

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0001-7

DFG

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
– Buchstelle [illegible] –
DÜSSELDORF
Y 883

Dv 138

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0002-3
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0003-8

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0004-4

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0005-0

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0006-6

DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0007-2
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0008-8
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0009-6

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0010-7

82/1305

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0011-2

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0012-8

DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0013-4

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0014-0

DFG

# HADRIANI
# À MYNSICHT,
Medici Germani præſtantiſſimi,
# THESAVRVS
ET
# ARMAMENTARIVM
# MEDICO-CHYMICVM.

*In quo ſelectiſſimorum contra quoſuis morbos Pharmacorum conficiendorum ſecretiſſima ratio aperitur, vnà cum eorumdem Virtute, Vſu, & Doſi.*

Cui in fine adiunctum eſt
TESTAMENTVM HADRIANEVM
DE AVREO PHILOSOPHORVM LAPIDE,




ROTHOMAGI,
Sumptibus IOANNIS BERTHELIN, Bibliopolæ.

M. DC. LI.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0015-6

*Illuſtriſſimo, Reuerendiſſimo, ac Celſiſſimo Principi & Domino,*

# D. ADOLPHO FRIDERICO, DVCI MEGAPOLITANO,

Principi vetuſtæ gentis Henetæ, Adminiſtratori Epiſcopatûs, & Comiti Svverinenſi, &c. Domino Roſtochij & Stargardiæ, &c. Domino meo Clementiſſimo,

*Salutem & felicitatem perpetuam*

P

THESAVROS qui colligunt, neruos illos rerum gerendarum, PRINCEPS ILLVSTRISSIME D. CLEMENTISSIME, ſibi illi, quique, cuiuſque etiam ordinis ſint & ſta-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0017-8
DFG

tûs, ſi non vnicè ſolis, præcipuè tamẽ & pr
aliis, cupiunt proſpectúmque: Sed nec rar
falluntur, & quod maximè intendunt, ne
ſemper, nec ad votum, imò vel minimè om
nium (vt ſunt humana!) aſſequũtur. Exem
plorum ſi plena fuit vnquam vllis ſæculis
hoc certè noſtro pleniſſima eſt magna ill
Tabula, quam in publico hoc mũdi theatr
publicè ſuſpendit, ſpectandámq; oculis o
fert Experientia. Quid enim nunc; vbi to
ab annis, tot per regna, regiones, vrbes
agros, terrâ, mariq; Mars graſſatur, fulmi
nat, tumultuatur, quid heic crebrius, qui
conſuetum magis, familiare & quotidian
illis, qui Martis illa caſtra ſequuntur, quà
parta aliorum bona, opes, theſauros, gazas
aliis vſibus collectas, aliis poſſeſſoribus de
ſtinatas, inuadere, diripere, diſtrahere, dil
pidare? vt alia taceam ſyllecta fortunarum
à Marte quidem & Martialibus intacta, ſe
tamen vix ipſorum vſui colligentium inſe
uientia, nedum ad hæredem tranſcende
tia. Vt plurimùm enim tam hæc, quàm ill
modis corraduntur iniuſtis, detinentur in
quis, nec in vſum, res, perſonas, loca, qu
debebant & quando, erogantur. Qu
ſæ etiam ſunt, vt ſortis arbitrio perm

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0018-4

modò huc, modò illuc, mutatis ſubinde Dominis, transferantur, nomen inde iam pilæ, iam ludibriorum fortunæ à Philoſophis ſortita. Et tales ferè ſunt, quæ ſic colliguntur, poſſidentur, vſurpantur, transferuntur opes & fortunæ, Theſaurique nomine commendantur. MEVM hunc quod attinet, quem ante annos aliquot iuris publici factũ, nunc, vt vſibus illis publicis bono ſit vberiori, ſub reuiſionis Cameram reuocatum, multíſque rerum Medico-Chymicarũ diuitiis nobiliſſimis locupletatum, redire in lucem,& ad vſum illũ communem iubeo: diuerſa eius eſt (& ſi qui ſunt, vel erunt ſimiles) ab aliis Theſauri nomen pręferentibus, ratio. Diuerſa eſt, inquam, non tantùm quoad meam tam colligentis, poſſidentis, vtentis, quàm communicantis intentionem; ſed etiam quoad ipſam ipſius Theſauri collecti, poſſeſſi, in vſu poſiti, & ad vſum communicati conditionem. Quæ ſanè ratio vti certior eſt, & conſtantior illâ aliorum (eſſe autem probabitur) ſic & præſtantior & nobilior. Probo. Bona fortunæ reſpiciunt tantùm ſi non omnes, plerique tamen, qui opibus intenti congerendis, cumulandis ; Ego dum meis illis pharma-

eorum ſelectiſſimorũ inuentis tum forman-
dis, tum in vnum colligendis occupor, non
tam fortunæ, quàm corporis & Animi bo-
na, externam videlicet & internam homi-
nis ſanitatem conſeruandam, finem habeo
propoſitum. Illi ab aliis plerumque & per
alios, ſæpè etiam de alienis, vel vi, vel frau-
de & impoſturis; à ſe verò & per ſe, déque
propriis iuſtè & innocenter vel nunquam,
vel rariſſimè theſaurizant; Vnde congeſtus
illorum auri & argenti, rerúmque aliarum,
vel opinione pretioſarum Theſaurus, (ſi
cum Theologis Theologicè, imò cum ip-
ſo Theologorum ſummo Principe & Præ-
ſide, rerum quippe omnium vt pantagno-
ſte, ſic onomathete illo infallibili Chriſto
Saluatore noſtro Chriſtianè loquamur)
Mammon iniuſtus vel iniuſtitiæ appellan-
dus: Ego MEA tantùm, hoc eſt, illa, quæ
per Dei gratiam, è viſceribus naturæ inti-
mis ingenio inuenire, arte formare & diſ-
ponere, vſu deniq; & propria laborum ex-
perientiâ feliciter comprobare data, ſine
vllâ vllius hominis læſione, damno ac de-
fraudatione, facio Theſaurum. Illi porro
ſibi ſuiſq; ferè, rariſſimè aliis (de intentio-
ne loquor) colligunt: Ego non Mihi magis

& Meis, quàm aliis. Illi ſuis, quas collectas poſſident, dum vti fruíque opibus volunt ipſi, & quatenus Vſum-fructum earumdem aliis non deſtinant, multò minùs, niſi coacti, cedunt: Ego Meis tam vſu-fructu, quàm poſſeſſione Meâ integris hiſce Theſauralibus, ſi quis vti volet fruíque, vel totis, vel ex parte, nemini interdico. Illi denique ſi quid de congeſto illo ſuo aliis communicant, certis illud perſonis, certum ad locum, certo etiam tempore communicatum plerúmque volunt; Ego MEA hæc, dum bono conſecro communi, ſepoſito perſonarum, locorum, temporum reſpectu, omnibus vſu eorumdem fructúque indigentibus propino lubens, ac communico omnia: Vt hinc ſanè liberalitatis cuiuſdam ſingularis, vel munificentiæ nomen potiùs; ſi non (quod quidam putant, ob reuelatam præſertim illam doſeos noſtræ rationem) nimiæ profuſionis, ſeu prodigalitatis, quàm inuidentiæ culpam mereri videar. Quæ proinde mea Theſaurizantis intentio, vt longè diuerſa eſt ab illâ aliorum, ſic & Theſauri ipſius, quem publicū denuò nunc facio, diſpar conditio. Illi nempè aliorum Theſauri dum colliguntur, poſſidentur, ad



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0021-8

DFG

vſum reponuntur, variæ ſubinde fortunæ, variis vicibus ſubjacent, rapinis, furibus, incendiis, tempeſtatibus, ærugini, tineis & quibus non caſibus? Quo nomine curas eorũ & ſollicitudines diſſuadet potiùs, quàm ſuadet os ſanctiſſimum veritatis. Meo huic nihil eorum vel damno eſt, vel formidini; quippe qui non ex Fortunæ, ſed Animi bonis mihi natus & renatus, cum Animo exſiſtit, etiam conſiſtit & perſiſtit, nec illos fortunæ casûs, niſi in externis ſui inuolucris & tegumentis nonnunquam, chartâ, ſcripturáque, ſubit & ſubire poteſt. Quid? quod illi ipſi fortunæ casûs, ſi quid hic agunt, anſam ſubinde & occaſionem eo ipſo præbent, non reuidendi ſolùm, ſed & augendi denuò ſplendidiúſque producendi Theſauri. Vnde & conditio eius altera prominet & præeminet, illa nimirum, quâ non, vt alij iſti, ſi communes fiant, vel vi rapti, vel ſponte diſtributi, dilabuntur protinus, euaneſcunt, ac conſumuntur, adeò quidem, vt pro Crœſo, qui poſſedit, opulentiſſimo, ſæpè Irum poſt ſe pauperrimum relinquant, & omnium miſerrimum, illum præſertim, qui ſummo in diuitiis collocato bono, priuatus illis, ſpem ſimul om-

nem & fiduciam cum ſuo illo, quo fretus vnicè, Nummo-Numine, amittit: non ſic Noſter ille; non: ſed ſibi conſtans ſemper, domi foriſque integer, tam aliis, quàm Mihi & Meis eſt & manet Theſaurus, & talis quidem, qui quò ſæpiùs emittatur in vulgùs, quò plus diſtrahatur, eò magis renaſcatur mihi, creſcat & augeſcat; tantùm abeſt, vt vel minimum capiat detrimentum aliis communicatus.

Quem proinde *Theſauri* titulum, vt à rerum ille pretioſiſſimarum, quas continet diuitiis, ſanitati hominis conſeruandæ omnium maximè conducentibus, adeóque cæteras illas, quæ à bonis fortunæ colliguntur, eâ præſtantiâ, quâ corpus animúſque fortunas, exſuperantibus, digniſſimè meretur, ſic & à viribus illis confectorum exinde pharmacorum admirabilibus, morbos omninò omnes, etiam deſperatiſſimè malos, armorum inſtar validiſſimorum penetrantibus, propulſantibus, tollentibus, alterum illud, quod addidi, *Armamentarij* nomen, vendicare ſibi iure, ac tueri poſſe videtur. Sed quid videri dico id, quod probat iampridem & aſſerit experientia, quod præter alios in Vrbibus, in Oppidis, in Agris

innumerabiles, tum è Nobilium, Baronum, Comitum numero non pauci, tum è Principum familiis etiam illi conteſtantur, qui à morbis infeſtati quidem acerrimis, contumaciſſimis, periculoſiſſimis, hac tamen noſtrâ ex Panopliâ tam Philacteriis, quàm Amynteriis inſtructiſſimâ, communiti, Deo aſpirante, vim hoſtis omnem fideliſſimè contuderunt. Hunc igitur Theſaurum Medico-Chymicum, primitùs ſub Illuſtriſſimorum Inferioris Saxoniæ Ducum auſpiciis publicatum; nunc verò compoſitionum quàm plurimarum, contra morbos etiam deſperatiſſimos, armorum inſtar Vulcaniorum, præualentium, nouâ Panopliâ ditatum, adeóque nouo etiam Armamentarij Medico-Chymici nomine in lucem denuò & merito iure prodeuntem, cùm nouo ſubijci Patrono, pro more, fas ſit, eccui potiùs omnium, quàm tuo ſubmittam, PRINCEPS ILLVSTRISSIME, Patrocinio? Me ipſum & Meos ſubdidi hactenus & concredidi, Tutelam, Gratiam, Benignitatem & Munificentiam ſenſi vbertim & perſenſi, cur non & Mea hæc, quæ non cum cæteris tantùm, ſed præ cæteris etiam Meis, potiſſimùm Mea, Tuæ committam

Celſitudini? Quæ licet talia ſint, vt variis illis caſibus, ad inſtar aliorum fortunæ bonorum, non æquè ſint expoſita? liuor tamen & dens ille Theoninus, qui nil non arrodere tentat, non hominum tantùm, ſed & Diuúm opera, vt ab auſibus iſtis, luxuriante temeritate & petulantia ſibi hîc temperet, illa Tuæ Celſitudinis authoritate patrocinante, ſi non permoueri ſe, moueri tamen, ſpero, patietur.

Accipe igitur, PRINCEPS CELSISSIME, D. CLEMENTISSIME, conſecratum Nomini tuo Illuſtriſſimo, Armamentarium hoc, tot iampridem hoſtes ſanitatis ſupprimens, tot trophæis, tot triumphis nobile; ſed (quod oro ſubmiſsè,) fronte accipe ſerenâ, illúdque in locum, quem grati pro beneficiis animi nuncius ſolet inuenire, facilis admitte.

Quod dum eâ, quâ par eſt, animi ſubmiſſione rogo, Deum inſimul omnipotentem, vt Celſitudinem Tuam vnà cum Coniuge & Liberis Illuſtriſſimis, adeóque Domum Megapolitanam cum Patriâ vniuerſam quàm diutiſſimè ſaluam & florentem, pace tandem aureâ nos reuiſente, tueatur, animitùs precor! Dab. in Aulâ Megapolitanâ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0025-2
DFG

Syverinenſi, Kalend. Ianuarij, Anno ſalutiferi partûs 1638. cuius ingreſſum, progreſſum, egreſſum Celſit. T. auſpicatiſſimum, fortunatiſſimúmque animitùs voueo.

*Illuſtriß. Celſit. T.*

*Deuotiſſimus*

HADRIANVS A MYNSICHT,
Comes Palat. Med. V. Doct. P. L. Cæſ. Conſil. & Archiater Megapolitanus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0026-8
DFG

# PRÆFATIO AD LECTOREM CANDIDVM ET BENEVOLVM.

ANTE annos aliquot, LECTOR BENEVOLE, quum Theſaurum meum Medico-Chymicum primitus publicarem, de cauſis nonnihil, publicationem ſuadentibus, ſum præfatus. Cùm enim viri boni ſit, qui commune bonum amat, ( quo numero ſi quem alium, certè Medicum ſolertem & in rerum experientiâ verſantem non inveniri ſolùm, ſed excellere etiam fas eſt ) ſua non defodere & occultare talenta; & meum eſſe arbitror, illa, quæ per Dei gratiam, mediante ingenij ſagacitate, arte, labore & vſu continuo indagare datum & invenire Arcana, tuis, candide Lector, vſibus bonoque publico revelare. Quæ ſanè quoniampridem candore, dexteritate, adeoque ſimplicitate ingenuâ profeſſus ſum & aperui lubens, quippe qui per naturam odi fucatum omne & ſimulatum, eodem nunc animo, eâdem ingenuitate, ſed auctiora, ſed correctiora, vſibúſque tuis aptiora, Imò ( quod monendum hîc præcipuè ) novarum compoſitionum quàm plurimarum, earumdémq; armorum inſtar Vulcani, validiſſimarum, reſpectu, novum etiam Armamentarium Medico-Chymicum conſtituentia repono. Quæ qualia ſint per ſe, quoad res ſive materias ipſas medicinales, iam indicatum quidam-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0027-4
DFG

modo fuit in edito illo antehac Theſauro meo, nempe no talia, quæ nemo Medicorum tractârit hactenus, quæ ne Hippocrates, Galenus, Auicenna aliique veteres ſuis ſæ culis, nec proximè ſuperiori magnus ille & verè celſus Pa racelſus, aliique tam huius, quàm illorum Sectatores, Vir præſtantiſſimi, indagarint, nouerint, deſcripſerint; non ſa nè, non; ſed talia, quæ ad noſtra hæc tempora, noſtra loca noſtros etiam homines accommodata, non rebus quidem & materiis ipſis, vti dictum, ſed rerum præparatione, vſu, & applicatione, ſiue, vt breuius dicam, ratione methodica Noua ſint, & ita Noua, vt hanc ipſorum nouitatem noui tas morborum etiam, hac mundi ſenectâ frigidiſſimâ, & nouo quaſi ſæculo pullulantium ſubindè & inualeſcentium qui veteribus illis planè fuerint incogniti, non tam ſuadere quàm flagitare & imperare videatur. Quod ſi igitur priſcis illis, imò omnibus omnium temporum Medicis laudi dan dum potiùs, quàm vitio, quod ſuum quiſque cælum, ſuos potiſſimum homines, Græcos, Arabes, Hiſpanos, Italos, Gallos, aliòſque alij, ſuis in compoſitionibus & ratione me dicâ deſcribendâ & præſcribendâ reſpexerunt, quis vitio mihi vertat, aut ſiniſtrè accipiat, quòd noſtris etiam noſtri cœli hominibus, & locis hiſce Borealibus, Saxoniæ præſer tim inferioris, & Balthici Maris accolis, me accommodem, quæque rerum vſu quotidiano, labore indefeſſo, ſumptibus ingentibus, praxi denique feliciſſimâ, talia inueni, quæ ægrotantibus maximè tuta, ſalutaria, acceptu grata, & ad citò conualeſcendum ſummè conducibilia, præſcribam & propinem? Hinc relictis illis (tormentis potiù, quàm me dicamentis) quæ nauſeabunda, horrenda & abominabilia, nec ſumuntur facilè nec continentur, imò quibus miſerè ho mines excarnificantur, violenter omnia turbantur; ventri culus periculosè euertitur, calor natiuus ſæpè mortificatur,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0028-9
DFG

plerumque etiam animi vires defectione ſoluuntur, roburque earumdem proſternitur; horum ego loco talia ſubſtitui remedia; quæ tam odore & ſapore, quàm doſi exiguâ ſingularem gratiam, ſuauitatem & jocunditatem præferunt, ideoque cùm delectabilia, grata & amica ſint, aſpectúque pulchra, ab ægrotis libentiſſimè accipiuntur & auidiſſimè repetuntur; nec ſine ſingulari effectu & fructu; cùm videlicet balſamum vitale reſuſcitent, augeant, foueant, dilatent, conſeruent, adeoque vitam ipſam, quantùm per artem licet, in ſtatu naturæ optimo, ad fatalem vſque terminū tueantur.

Et hinc ſanè perſuaſiſſimum mihi habeo, nihil eſſe omninò, quo Medicus ægris gratior, & decumbentes ægri Medico obſequentiores reddantur, quàm medicamentorum ſuauitate, iocunditate, paruâque doſeos quantitate. Nec dubito, quin mecum ſententiæ ſint eiuſdem omnes Medici veri & ſinceri, qui iudicio pollent, & in praxi verſantur, quibus proinde, iunioribus præſertim & nouellis Practicis, meos hoſce labores & experimenta, ad actum practicum ſeu curatiuum maximè neceſſaria, tutiſſima, probatiſſima, ipſis & ipſorum ſtudijs promouendis ingenuè hactenus communicata, haut ingrata fuiſſe aut inaccepta, non confido tantum, ſed planiſſimè ſcio. Vnde etiam permotus ſum ad nouæ huius Theſauri & Armamentarij noui editionis publicationem promouendam, in quâ, cùm prior illa Theſauri editio ſphalmatis Typographicis vitiata, me abſente, correctorem deſiderârit idoneum, & hinc errata remanſerint tum alia, tum præſertim in ponderum characteribus grauiſſima, vbi pro Drachmâ ſæpè Vnciâ, & vice versâ pro hâc illa perperam poſita, ne quid denuò & hîc tam enormiter erraretur, ſeduló operam dare non piguit. Prætereà etiam, vt meum de re Medicâ, adeoque bono publico, bene merendi ſtudium magis magíſque tibi, Lector, approbetur, promiſſam illam

in Theſauri Editione acceſsionem ſecretorum, vſu probatiſſimorum, quæ ob vim & efficaciam ſuam, in morbos deploratos ſingularem, nouæ referunt Arma Medica, hîc adiunctam habes, ſuis tibi locis inueniendam. Quibus iam nunc adiectis, opus hoc renatum, correctum, locupletatum, iuſtam obtinere ſcias iuſto modo perfectionem. Cætera quæ ſuperſunt adhuc, Mihi, dum viuo, ſuperſunt, poſteà demum me fatis functo, vſibus pariter publicis, ſi Deus voluerit, inſeruitura.

Vnum autem hîc monendum, quaſdam me compoſitiones, Theſauro illi iam antè edito inſertas, hîc omiſiſſe, ſubſtitutis aliis elegantioribus & ſecretioribus, ita tamen, vt pro tuo, Lector, arbitrio, vel hiſce, vel illis vti poſsis fructuosè, certis quippe vtriſque & vſu probatis.

Tuum nunc erit, Lector beneuole, meos hoſce labores & ſtudia, bono publico deſtinata ac propinata, æqui boniquè conſulere, in iudicando dexteritatem & candorem, in utendo fruendoque prudentiam adhibere, horum etiam tantorum munerum, adeoque omnis boni ac doni Principio Authori & Datori Deo Opt. Max. gratias mecum agere: qui faxit, vt quicquid hîc boni eſt, in ſui vergat gloriam, & hominum emolumentum, ſitque meæ erga Rempublicam Medicam obſeruantiæ monumentum ſempiternum. Bene vale, laboribus hiſce meis ſalubriter fruere, & fauere mihi perge.

Illuſtriſ-

ILLVSTRISSIMI ET CELSISSIMI
Principis ac Domini

# DN. IOACHIMI SIGISMVNDI SAXONIÆ, ANGRIÆ ET WESTPHALIÆ, &c. Ducis:

*In laudem Operis & Authoris*

## EPIGRAMMA.

GRandia quid tandem ceſſas medicamina quæſo
Proferre; & ſacras differs mōſtrare medelas?
Omnes, ingenuè fateor, tua Pharmaca mecum
Suſpirant, optántque tuas ex numine dotes.
Ingenij ergo graues fœtus emitte, paraſti
Quos ſudore tibi: diuinum hoc tempore munus,
Pellere lethiferos nôſti quo corpore morbos;
Sæpè etiam rigidas conor quo flectere Parcas:
Hinc Clotho, Lacheſiſque tuum remorantur amorem.

MANV PROPRIA.

## CARMINA AMICORVM IN THESAVRVM ET ARMAMENTARIVM MEDICO-CHYMICVM

*Nobiliſsimi, Clariſsimi & Excellentiſsimi viri*

**Dn. HADRIANI A MYNSICHT**

*Comitis Palatini, & V. Med. Doctoris P. L. Caſ. & diuerſorum Principum Conſil. & Archiatri.*

QVI ſæcli ſapientiam vetuſti
Non iam diceris ampliùs tenere,
Sed tenes ſtudio, profeſſione,
Vitâ, moribus, ore, fronte, linguâ,
HADRIANE, SACRÆ TRIVMPHVS ARTIS!
Si quæris, quid agat, quid auſpicetur
HARTMANNVS, nouiter tuæ fideles
Intra amicitiæ ſinûs receptus;
Illibata ſui viciſſim amoris,
Poſthac in medium ſtatuminando
Corda, perpetuo probata nexu?
Vis, dicam tibi verſu amœniore?
Dicam non tibi, ſed mihi, ſed iſti,
Huic atque omnibus integris amicis:
Miratur, ſtupet, æſtimat, triumphat,
Quòd ſæcli ſapientiam vetuſti

Non iam diceris ampliùs tenere,
Sed tenes ſtudio, profeſſione,
Vitâ, moribus, ore, fronte, linguâ,
HADRIANE, SACRÆ TRIVMPHVS ARTIS;
Viue; viue diu, DEÓQVE viue;
Tandem viue tibi, impiger, paratus
Vnus omnibus omnia, omniúmque
Dius Fidius, Arbiter, Sequeſter;
Ne te Steſichori referre culpam,
Dicant, atque oculis carere mentis,
Qui fingunt Curios, agunt Iacchos,
Dum colant culicem, vorant Camelum.

*Boni ominis ergò poſuit*

IOANNES HARTMANNVS
*Phil. & Med. Doctor & Profeſſor in Academiâ Marpurgenſi.*

## ALIVD.

*AFfectûs præter naturam conglomerati*
*Denſâ acie ſtabant, hominum genus inuaſuri,*
*Iamque ſubindè nouam inceptabant edere ſtragem,*
*Quando ſubindè nouæ luis exoriente phalange,*
*Multa cadunt hominum agmina: qualem nuper Iberus*
*Turba ſalax ad nos à fuſcis attulit Indis.*
*Sunt alij inſoliti morbi, quos enumerare*
*Omnes prolixè modò non vacat. Omnibus illis,*
*Turba quidem licèt ampla ſatis fuerit Medicorum,*
*Curandis certè non ſufficit. Ars equidem ipſa*
*Sufficit & Methodus: Sed quêis propellitur hoſtis,*

*Deſunt Arma. Noui morbi noua pharmaca poſcunt:*
*Tartareis morbis profligandis debetur*
*Tartareum medicamen. Quos Cyllenius adfert*
*Morbos: hos etiam curat Cyllenius. Et ſic*
*Sulphureos ſulphur, Saleos Sal tollit: ad omnem*
*Nodum prædurum eſt cuneus prædurus habendus.*
*Ergo, HADRIANE, tuum ſtudium meritò laudatur:*
*Qui contra inſolitos morbos das inſolita arma:*
*Vt contra duros nodos cuneos habeamus*
*Duros. Hoc Armamentarium in vltima ſecla*
*Poſteritas celebret, necnon fructu experiatur.*
*Dicitur in vitam reuocâſſe Epidaurius Anguis*
*Hyppolitum Androgeúmque; Tibi tua Pharmaca ſeruant*
*Nominis haud vllo morituram tempore famam.*

Gratulabundus accinebam

IOANNES ASSVERVS AMBSINGIVS
Tranſinſulanus Phil. & Med. Doct.
& Profeſſor in Acad. Roſarum.

## *ALIVD.*

INquirunt alij Theſauros mente ſagaci,
Inuentíſque ſimul gaudent feliciter vti:
Contrà alij, quos inuidiæ præfaſcinat œſtrum,
Abſcondunt, fuſcíſque tegunt inuenta tenebris,
Nílque ſibi, aut aliis vnquam prodeſſe laborant;
Prudentes illos, dementes hoſce vocamus.
Ergo HADRIANE, tuâ felix virtute triumphas,
Nominis æterni decorandus perpete famâ,
Quâ Phœbus ſurgit, quáque idem mergitur vndis,

Quando indefeſſo congeſta ARCANA labore
Et Chemica & Medica in totum effers ſedulus orbē:
EVAX! NOBILIORE VIA nemo aſtra ſubibit.

*Amicitiæ perennaturæ causâ*
*L. M. Q. ſcribebam*
IACOBVS FABRICIVS,
Phil. & Med. Doctor, Archiater
& Profeſſor Megapolitanus in
Academiâ Roſtochienſi.

## ALIVD.

*QVis nouus hic ordo? rerum quis flectit habenas?*
*Mulciber an Mauors? Palladis anne chorus?*
*Sternit vterque viros, conſumit prædia multa,*
*Non eſt qui fugiat tela triſulca Deûm.*
*Qui flammas alias in morbida corpora ſpargas,*
*Te Medicum miſit docta Minerua ſuum.*
*Omnia ſi flammis pereunt, quo corporis artûs*
*Morbo languentes igne leuabis? age.*
*Igni, ſed non quem Vulcanus ſuſcitat aut Mars,*
*Verùm quem Pallas promouet arte ſuâ.*
*Illi damna ferunt flammis, ego damna rependo:*
*Quæ cauſant morbi qualiacunque viris.*
*Ergo damna remoturus de corpore quiſquis*
*Arte volet, Librum comparet ære tuum.*
*Et prodeſſe magis valeas,* HADRIANE, *nocere*
*Ambo quàm poßint, maior vtroque Deus.*

## ALIVD.

LInquens Boica littora
Iuſſus, Balthica vt attigi,
LVBECAM ſubiit mihi
Quàm mox cernere: lumine
Aſpexi vigili domos
Diuûm & Magnificorum ope
Stantes diuite. Sed nihil
Contemplandum oculis meis
Occurrit pretij tui.
CAVSA EST. In Medicis habes
PRIMAS, in Chymicis PAREM
LVBECA haud tulit hactenus.

*Amoris & Amicitiæ ergo in itinere*
*Lubecæ apponebat*

FERDINANDVS SAGITTARIVS
Oenipontânus Phil. & Med. Doct. Sereniſſ.
Maximiliani V. Bauariæ Ducis, S.R. Imp. Archidap. & Elect. Conſil. Medicus Cubicular.

## ALIVD.

HOc HADRIANE, *quid eſt? Chymico quid in igne requiris?*
*An mare cum flammis iungitur, ignis aquæ?*
*Naturæ miranda hæc ſunt* Miracula, *ponti*
*Quod ſequitur nomen ars tua plena foco.*

*Hoc ſanè pulchrum ſimile eſt, vt in æquore vaſto*
*Gemmæ atque immenſæ reperiuntur opes:*
*Sic gemmis ſimile eſt, quod concoquit ignis in arte*
*Et Chymicâ & Medicâ, quâ mihi notus eris,*
*Scilicet vt vaſto veniebat ab æquore nomen,*
*Sumpſiſti vaſtum ſic opus hoc Chymicum.*
*Perge igitur conſtans gemmas, quot in æquore, nomen*
*Aſſumpſit crudas igne poli Chymico:*
*Namque mari vt nautæ felices plurima debent,*
*Debitor & tibi erit qui hocce tenebit opus,*
*Per mare ter felix, Chymicâ ter in arte beatus*
*Qui quicquid gemmas porrigit, omne tenes.*

Congratulationis ergò F.

FRANCISCVS BRASSIN,
Phil. & Med. D. Seren. Electoris Bauariæ Ducis Maximiliani V. conſtitutus Medicus caſtrenſis pro Illuſtr. & Excell. Comite à Tilly & toto ſuo exercitu.

---

*ALIVD.*

TV quoque tu noſtræ prænobile germen Hygeiæ
Et Sophies, HADRIANE, decus; dum priſca medentum
Euoluis monumenta frequens, ſeu Pergamus illos;
Seu Cos alta dedit, ſeu diues Arabia luci,
Siue etiam noſtro hoc voluit clareſcere ſeclo
Doctorum fœcunda parens Europa virorum:
Hoc agis, vt iuſtâ ſuſpendens ſingula lance,
Exactè ad veri trutines ſolius amuſſim,

Inque tuum vertas, quæ ritè probaueris, vſum.
Iámque etiam è locuplete penu, quæ cura labórque
Sedulus & ſolers rerum experientia cauto
Contulit, in plures ſatagis diſpergere, & omnes
Eſſe tui ſimiles cupis, & prodeſſe medendo
Pluribus, atque animam fugientem ſiſtere doctos,
Fraudare Orciuum ſperato porthmea naulo.
Si mihi fas Phœbi cortinam pandere luci,
Muſarúmque adyta & ſanctos aperire receſsûs:
Dj tibi pro meritis tribuent, & munere tanto,
Viuere felices vitæ non præpetis annos,
Æternoque tuum ſacrabunt NOMEN honori.

*Ioannes Heinricus Meibomius Phil. & Med. D. Profeſſor in Acad. Iuliâ, &c. F.*

## ALIVD.

*Hunc ſupra mundum, rutilis conterminus aſtris
Eximius locus eſt, terris proſcripta penates
Olim quò retulit, vulgaris neſcia ſortis,
Laude micans multâ, meritis pulcherrima Virtus;
Huc ſe Semidei penetrant à funere manes,
Quos fama æthereis cælorum deſtinat oris,
Vt vitâ exſtinctâ viuat ſecura ſepulchri
Gloria apud ſuperos, nec edant obliuia nomen.
O te* Mynſichte*! ô te aſtrorum hoc culmine dignum,
Dignum quem niueis ad ſydera ſumma quadrigis
Fama vehat; tantis meritis qui ſemper alumnos
Artis Apollineæ tantâ cum laude beâſti,
Exemptus vulgo, procerum, chariſsimus Aulis,*

*Jámque iterum Genij melioris dotibus auctum*
*Theſaurum ingeminas non vno munere largus.*
Amicitiæ & honoris ergò atteſtandi ſcripſit,
*D. Ioachimus Stockman Roſtoch. Phyſ. Profeſſor.*

## ALIVD.

VIr mentis acer, ADRIANE Nobilis,
Cui maſculi vegetum vigorem pectoris
Hyperionis decora proles indidit,
Patérque Phœbus artis immenſas ſuæ
Gazas, penúque credidit reconditum;
Docte ADRIANE, ſplendidum Mundi decus.
Quid hoſtimenti tibi reponet inclyta
Patritiorum comptiorum natio?
Quam tu eruditis antidhac ſcriptis tuis
Iuuiſti abundè, & inſuper iam nunc quoque
Beare Theſauris ſtudes recentibus?
Tibi fatetur illa ſeſe obnoxiam,
Mactata tam probato & amplo munere.
Non herclè de Republicâ minùs benè
Meretur ille, qui labores ingenî,
Quibus ſtat humanæ fugax vitæ ſalus,
Stylo propagat ad manus nepotium,
Quàm, qui hoſticam proſtrauit impiger manum,
Vt preſſit angues atque aprum Tyrinthius,
Sic monſtra, tu *Mynſichte*, morborum domas,
Et litteris & vi potentis ingenî.
Hinc nomine ingenti reples circumfluæ
Telluris oras, vnde ab Eoo mari
Curſum capeſſit Sol ad occiduum diem.
*Petrus Lauremberg Phil. & Med. D. & Profeſſor in Acad. Roſtoch. L. M. Q. F.*

## ALIVD.

## HADRIANVS à MYNSICHT.

### ANAGRAMM.

### MIHI DVRANS HIC SANAT.

*PRouida quid poßit virtus, quid præbeat vſus,*
*Hic monſtrat mirâ dexteritate* LIBER,
*Hinc meritæ laudes tibi ſurgent;* I, MIHI DVRANS
HIC SANAT, *præſens turba ſequenſque canet.*

## ALIVD.

### HINC SAT ANIMI HIS DVRA.

*MAcle, vir excellens, animo curáque fideli,*
His dura, hinc animi Sat, *quia laude virum*
*Dignum Muſa vetat morier, poſt funera viuet*
*Ingenij virtus hinc,* Hadriane, *tui.*

D. Conradus Mithobius, Ducis Br. & Lunæb. Archiater.

## ALIVD.

HOc erat in votis. Hoc dudum tota iuuentus
Optauit: Dudum hoc & petiêre Senes.
Vt tandem velles dias in luminis auras
Ingenij gazas diuitis eruere,
Quæque diu Medicâ fueras expertus in arte,
Aut proprio ingenio quæ meditatus eras,

Vt tandem toti velles exponere mundo,
Nec ſolus partis inuigilare bonis.
Nunc quando tot vota hominum feliciter imples,
Vnus tam multis férſque potenter opem:
Næ, tu Phœbus eris nouus, alter eríſque Machaon,
Æternum referens in Medicâ arte decus.

IACOBVS MARTINI *Phil. & Med. V. D. Reipubl. Lubecenſis Phyſicus ordinarius & primarius L. M. Q. F.*

# ALIVD.

*Quiſquis es accelera, Theſaurum hunc volue, reuolue;*
*Inuenies Medicâ quicquid in arte valet.*
*Authorem celebra, celebris quem fama notauit,*
*Quem Medicum inſignem magnus Apollo dedit.*
*Qui tam grande cupit, minus hoc celare talentum,*
*Pharmaca ſed gratis ſpargere tanta ſtudet.*
*Nemo hoc Pæonias didicit perfectiùs artes,*
*Et diuine libros nunc, Paracelſe, tuos.*
*Herbarum nouit vires, ac demere triſtes*
*Felici morbos dexteritate poteſt.*
*Se negat huic ſimilem vidiſſe prioribus annis*
*Tota Lycaonio ſubdita terra polo.*
*Se negat huic ſimilem Pallas vidiſſe Poëtam,*
*Carminibus iuncta eſt gratia tanta ſuis.*
*Arte etiam Phœbi curſûs Lunæque requirit,*
*Scandit & ingenio ſidera celſa ſuo.*
*Nec non ex Chymicis medicamina præparat aſtris*
*Spagyricâ ſanans vulnera quæque manu.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0041-0
DFG

*Nunc ergo egregiâ mecum fer laude per orbem,*
*Quo medicæ nullus doctior artis erit.*

Sincero amoris affectu deproperabam
MELCHIOR BRELERVS
*Conſil. & Archiater Lunæburgico-Megapolitanus.*

## ALIVD.

ARs ſi feciſſet me, vel Natura Poëtam,
Eſſet & ingenij vena benigna mei;
Non, obſcœna *Venus*, non arma horrentia Martis
Materies noſtri Carminis illa forent:
Sed dilecte tuos canerem *Collega* labores,
Illuſtres operas, ſedulitate graues.
His expandis opes animi, ſecreta reuelas;
Quæ celant alij, Tu patefacta velis.
Vrbs Epidaurus habet *Templum*; Tu conficis *Arcem*,
Et quo defendas, aggere fortificas.
Erigis *Arma*-Viris Medicis *mentaria*; poſſit
Vnde ſibi indubiam poſcere quiſquis opem.
Non valuit *Chiron*, non *Aeſculapius*, omni
Arte ſuâ tantum conficere artis opus.
Perge labore tuo, grates recinéntque Nepotes;
Æternum à MYNSICHT ô Tibi *Creſcat honos!*
Creſcant mentis opes, operis Lux inclyta creſcat,
Vt videas ſerâ poſteritate decus.

*Amoris & honoris teſtandi ergò*
*L. M. Q. F.*
IOANNES HELINGIVS,
*D. & Medicus Swerinenſis aulicus.*

# ALIVD.

VIr bonus eſt commune bonum; Námque vſibus omnem,
Quam potis eſt, operam patriæ communibus aptat:
Non ſibi Theſauros, priuati pabula ſumptûs,
Colligit, aut terræ, ceu pondus inutile, mandat;
Non opus, excoctum genio, ſpectacula condit
Inter operta domûs, & luminis arcet ab vſu;
Totus vbique extat, partéſque videndus in omnes;
Omnibus vt proſit, circumſpicit editus omnes,
Tale viri ciuíſque boni Medicique periti
Exemplum, paucis, Mynſichti, imitabile præſtas;
Dum, Patriæ ſtudio, communes vertis in vſûs,
Naturæ abſtruſo productam è viſcere gazam:
Non qualem vel Perſa colit, vel ſuſpicit Indus:
Aut qualem è terræ veſana receſsibus auri
Argentique fames & habendi cæca cupido
Eruit; humanis vitijs morbíſque futuram
Materiam, fomitem luxûs, fontémque malorum:
Sed longè natam meliores nuper in vſûs,
Conceptam auſpicio felici & Apolline dextro:
Quæque adeò ſyncera & quæ tua; nullius vnquam
Quippe manu verſata aut vſurpata priorum:
Scilicet ægrotis quibus & quæ pharmaca, quáve
Conueniat ratione dari, quo deinde ſub aſtro.
Diuitis ingenij & multo medicamina ab vſu
Firmata, & Medico tractanda ſalubriter omni.
Macte hoc ingenio, macte iſthac arte medendi,
Macte iſthoc animo cunctos, Hadriane, iuuandi,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0043-2
DFG

*Sic te poſteritas ſublimem laudibus omnis*
*Euehet, & vitâ te poſthuma fama beabit.*

ὁλοψύχως acclamabam
*IOEL PINNOVIUS Phil. &*
*Med. Doctor, P. L. Caeſ.*

## ALIVD.

THeſaurum nobis Medicum, clariſſime DOCTOR
  Cũ dabis à MYNSICHT, pharmaca cuncta dabis,
Lethiferam ſi quis rectè vult pellere febrim,
  Aut alios morbos, pharmaca certa tenes.
Corporis infirmi ſi vis firmare vigorem,
  Eximium SOLIS tu BEZOARTICVM habes.
Tradidit has artes tibi Phœbus, Apollo, Machaon,
  Tu promus-condus tradita redde; Vale.

*IOANNES ELERUS Phil. &*
*Med. D. & Reipub. Lunæb. Phyſicus*
*ordinarius & primarius.*

## ALIVD.

*Mirum aliis, Hadriane, Hygeiæ docte Sacerdos,*
*Morborum omne genus quod pellas, ſeminecéſque*
*Luci reſtituas ægros; non miror id ipſum,*
*Empyream diâ limatam Pallade mentem*
*Dum trutino, & quod cuncta ſui ſecreta Theatri*
*Crediderit tibi Pæoniæ pater inclytus artis;*
*Scilicet ipſe ſenex Cous quid ponat, & inde*

*Pergameus totam longè diffuſus in artem,*
*Quid longæuus Arabs gratis deſudet in herbis,*
*Quid veterum Chemia velit, noua quicquid anhelet.*
*Teſtis erit Liber hic, cumulo qui largiter vno*
*Monſtrat, quæ cuncti ſparſim parcéque tulerunt,*
*Theſaurum & proprium proprij & ſecreta laboris,*
*Vulcani quæ olim voluiſti exponere flammæ.*
*Non dubito lapidem verum, veram & Panacæam*
*Quin monſtres, famam & decus immortale reportes.*

Amoris & obſeruantiæ ergò perſcripſit

IOANNES NEVCRANTZ,
*Phil. & Med. D. Phyſicus Stralſundenſis primarius.*

---

## ALIVD.

SEculi in inuidiam publicas clariſſime Mynſicht,
Theſaurum Medico-Chymicum ἄγαλμα nouum;
Quem tali methodo non vidit in-ante vetuſtas,
Quali poſteritas vtilitate leget.
Macte opere illuſtri! quo tantò illuſtrior audis:
Quantò aliis Cedrus carior arboribus!

*Teſtandæ obſeruantiæ ergò deproperabam*
IOANNES BVRMEISTERVS,
*Lunaburg. P. L. Cæſ.*

---

## ALIVD.

*ADRIA gemmiferos ſpumantibus exſpuit vndis*
*Theſauros Thetidis paſsim, ſinuoſa ſuperbit*

*Acta quibus, radiant mox & diademata Regum;*
Colláque Nympharum *decorantur lactea: ſed Tu*
*Mentis Apollineo penetrali,* Adriane, *referto*
*Notitiâ rerum variâ, quas dædala rerum*
*Natura occuluit, promis, mundoque miniſtras*
*Dona ſuo longè pretio ſuperantia gemmas,*
*Pactoli & ramenta* Tagíque celebris *arenas.*

*Non etenim gemmæ, non æris aceruus & auri,*
*Ægroti poterunt lethales pellere morbos,*
*Et tot per totum Microcoſmi didita corpus*
*Semina morborum præuertere, noxia ne vis*
*Pulluler, ac vitæ per viſcera ſæuiat: immò*
*Si gazis aueat partis vtendo frui ſci*
*Poſſeſſor, vires medicamine ſæpe neceſſe eſt*
*Roboret infirmas, fractis medicamen oportet*
*Subueniat, mediiſque è faucibus extrahat ægrum*
*Orcigenæ mortis, quantum diuina poteſtas*
*Fatáque ſcripta polo Artifici permittere cauto*
*Non ſcrutanda volunt. Stipatus milite; bello*
*Maximus infeſtis Aſiam domiturus & orbem*
*Pelæus iuuenis ſignis, in limine vitam*
*Fudiſſet, Medicâ niſi propulſata fuiſſet*
*Arte lues. Quare nihil eſt Medicamine mundo*
*Vtilius, longéque alios ſuper ordo Medentûm*
*Eminet: hos inter ſed Tu Coryphæus haberis*
Mynſichti *meritò, qui quantum Cynthia vulgus*
*Ætheris, ingrediens iam turgida lumine Phœbi,*
*Stellarum vincit, Medicorum plurima certè*
*Longo interuallo: Te ſic quoque ponè relinquis*
*Agmina, dum reliquis incognita pharmaca quondam*
*Cum ſummo illorum plauſu ſeclique ſtupore*
*Pandis, & in publicam poſito liuore ſalutem*
Theſaurum *vulgas ſtudio feruente recoctum,*

*Inde tibi nomen partum immortale manebit,*
*Theſauris inhiant auidè mortalia donec*
*Pectora, donec erit morborum grata medela.*

Gratulationis ergò l.mq; apponebat
*Ioachimus Schnobelius I.V.C. & Iuniorum*
*Principum Megapolitanorum Ephorus.*

## ALIVD.

ECquid adhuc veteris miramur ſcita Galeni,
Aut etiam Coi emblemata ſtricta ſenis?
Siue Therapnæi volitantia in aëre diſci
Lumina, luminibus influa corporibus?
Sparſa nimis veterum diſpenſatoria cur non
Principiis cedant ſciſſa reſciſſa ſuis?
Næ tu principiis melioribus vſus in artes
Permagnum medicas lucis aroma vehis.
O MYNSICHT, Medicos inter lux aurea! lampas
Lucidulis Chymicos inter amœna comis!
Dirigis incertam Chymico dum puluere turbam,
Et monſtras ſtrictâ pharmaca pura manu.
Omnia diſpenſans ſolerti indagine mentis,
Et ſtatuens leges lance bilance nouas.
Oebalius cedat ſic cum ceromate puluis,
Tænaria & circo cedat arena tuo.
Nempè tibi medicâ mens Enthea ſudat in arte,
Plurimus ac palmæ munera præbet agon.
Nam quò pergis iter, vel quò te proripis, iſthîc
Viuifico miras ſemine ſpargis opes.
Corporibus morbi, te diſpenſante, recedunt,
Fers & opem, velut è flore Meliſſa fauum.

Te præſente tremit furibunda Empuſa : fugitque
Perſephone, & Lacheſis mergitur Eridano.
Sic ſic ſcribentem atque laborantem, inclyte *Mynſicht*,
Te ſeruet mitis gratia larga Dei.
Et tuus ille labor viuet, cùm putida mundi
Gloria nil niſi fæx, nil niſi fumus erit.
Ah! fruſtrà inuidiæ quid ſtringis, Mome, flagellum?
Quid contra has operas lingua petulca ſtrepis?
Clarant *Mynſichtum* ingenij vis, ſcripta, labores;
Hinc immortali laude ſuperſtes erit.
Porrigit ex aſtris virtus excelſa coronam,
Adiicit Vranie fronte fauente Daphnen.

*Amoris & obſeruantiæ ergò F.*
M. Dauides Meierus *P. L. Cæſ.*

# ALIVD.

T*Empore* Troiani *Martis Præceptor Achillis*
Aſclepi *ſoboles Rem docuit Medicam.*
*Tempore Germani Martis, flos ille ſalutis*
*Pæoniæ Medicas Res* Hadrianus *agit.*
*Theſauri Chymico Medici felicius vrget*
Chirone *ab* Mynſicht *ille* Hadrianus *opus.*
*Omnibus hoc dignum eſt* Hadrianis *vſque legatur*
Cæſaribus. *Gazas qui has habet, omnia habet.*

Ad boni Euentûs Mnemos.

*Ionas Angelus P. L. Cæſ.*

## ALIVD.

CErtè ſi qua viris Chymicâ laus manat ab Arte,
Diſpeream ſi non danda ſit illa tibi.
Námque tuos libros oculis dum contuor, & quos
In ſtudio tantos diuidis ore logos:
Miror in his aciem mentis; geniíque decorem;
Ingenium mirum; iudiciúmque merum.
Ecce! quis eſt potior tali te viſus in Arte;
Aut quis in hac vnquam par fuit, oro, tibi?
Flamine tu raptus ſacro Chymicóque Nitore,
Magnæ mentis opes ire per ora ſinis.
Hoc præſens laudat: veniens mirabitur ætas:
Et tantum quis non poſſit amare librum?
Denique ſi quid in hoc ſenio præſtare meretur,
Debilis ingenij conſcia Muſa ſibi:
Efficiam turpis ne texat aranea telam,
Nominis in laudes, Vir generoſe, tui.
Illuſtrabo metris ſic, vt virtute perenni,
Sis gratus iuueni, gratus & inde ſeni.
Perge viris tantum te ſic oſtendere doctis?
In non mortali carmine viuus eris.

*Honoris & amoris ergò F.*

Michaël Clenouius, *Hamburgenſis P. L. Caſ.*

## ALIVD.

Q*Vas nobis*, Hadriane, *tuæ vis enthea mentis*
*Naturæ abſtruſas arte recludit opes.*

*Iudice Tharſylogo, veterum ſyllecta ſophorum*
*Sunt tantùm, antiquis tradita cuncta libris.*
*Diuerſum ſenſère viri, quos inclyta Pallas*
*Multa docet methodis inuenienda nouis,*
*Plura occulta latent, Tu,* Magne Vir, *effer in auras,*
*Quæ reperire dedit ſacra talenta Deus.*
*Pergat Tharſylogus male-ſalſam prodere mentem,*
*Tu perge ingenij prodere dona tui.*
*Ille ſuam obſcuris cenſuram obtrudat homullis,*
*Tu tua præclaris ede probata viris.*

Debitæ obſeruantiæ fauſtæque acclamationis ergò apponebat

*Daniel Drencanus P. L. & Not. P. Caſ.*

---

*ALIVD.*

DOcte Liber, Medici ſincera medulla laboris,
Quem cuperet Phœbus lauriger eſſe ſuum;
Flos Chymies, vbérque penu, Theſauréque rerum,
Quas vel Pæonius neſciit antè chorus;
Gemma, decúſque tui nunquam delebile ſecli,
O ſacer orbis honos, ô ſacer orbis amor!
Quo genitore ſatus, quà ductus origine prodit?
Quis tam diuini germinis Author erit?
Non tralatitius certè de plebe putatur
Litterio, aut cœtûs extimus eſſe ſui:
Ingenij eſt ſublimis apex, & dulcis ocellus
Naturæ, fauſto quem tulit alma ſinu.
Credibile eſt illum doctrinâ diuite, rebus
Celſiùs humanis exeruiſſe caput:

Ignauæque procul telluris fæce relictâ,
Æthereis animos inſinuâſſe polis;
Tanta ſimul rerum miracla ingentia pandit,
Tam plenâ ſpargit munera rara manu?
Fortunate labos, & pignus amabile ſecli,
Deliciæ Medicis, diuitiæque viris:
Quem teret ingenti cum fructu publicus vſus,
Et quem baſiolis dulcibus vſque colet.
Ecce tibi ſpecioſus Honos, & Gloria viuax
Amplexûs pandunt cominus ecce ſuos.
Ecce fauent, vlnaſque ferunt, blandóſque lacertos;
Et faciunt nexu mancupióque ſuum:
Famæ etiam tradux indelibatus amicæ
Currit inoffenſo per loca cuncta pede.
Oſtendit quà ſe tenebris Matura relictis,
Et quà ſol feſſo lumineſerus obit.
Depoſitum immenſum, meta ingenij vltima, laudes
Nulla ſatis poterit dicere lingua tuas.

*Debitæ obſeruantiæ ergò ſcripſit in inclytâ Roſarum Academiâ*

Martinus Neſſelius *Vveiskircha-Morauus,* *P. L. Cæſ.*

## ALIVD.

*Certum eſt inuidiâ multorum corda teneri,*
*Mens quibus ingenij dotibus aucta micat;*
*Quos non biblotaphos libet appellare, ſed apto*
*Iudice me dices nomine technotaphos.*
*Nam quæ dante Deo forſan didicêre, tacenâ*
*Vel planè occultant defodiúntque malè:*

*Aut ſi quid prodant, tantis obducta tenebris*
*Produnt, ingenio nullius vt pateat.*
*Aſt horum in numerum, Vir clare* Hadriane, *referri*
*Non potes, inuidiam qui procul ire iubes.*
*Nam licet ingenio doctum ſuperare Galenum*
*Atque Theophraſto te æquiparare queas,*
*Nil tamen inuidiâ motus faſtúve tumenti*
*Celas, nil Medicâ prorſus in arte tegis:*
*Omnia ſed clarè Chymicorum Arcana recludis,*
*Lucéque Phœbeâ lucidiora facis.*
*Non Ioue, non Lunâ, nec Sole, alioue metallo*
*Cenſeri, aut gemmis hæc tua ſcripta decet.*
*Quantum namque ſalus gemmis præfertur & auro,*
*Tantum eſt & labor hic anteferendus iis.*
*Cætera quem lateant* Hadriani *ſcripta, vel iſthoc*
*Spagyricæ plenum perlegat artis opus.*
*Quod dico, inueniet, myſteria aperta videbit,*
*Quæ poßint dictis conciliare fidem.*
*Oderit & rodat, qui nil niſi propria laudat;*
*Qui ſapit & bonus eſt, non reprobabit opus.*
*Euge vir, eximio qui clares nomine, perge,*
*Laudes alta poli ſic ſuper aſtra feres.*

L. M. Q. F.

*M. Vlricus Schonberger VVeyda-*
*Palatinus.*

*ALIVD.*

Pieridum decus, in Chymicâ celeberrimus arte,
*A Mynſicht* magno vir micat ingenio!

Ac pariter, quamuis præſenti tempore rarum,
Eſt Medicus, Vates, eſt Comes, Aſtrologus!
Aſtrologi, Medici, Comitis, ſummíque Poëtæ
Quatuor à *Mynſicht* nomina laude tenet.
Non igitur mirum quòd plurima ſcripta relinquat,
Omnes & Chymicâ præſtet in arte viros.

*L. M. Q. F.*

*Ioannes Elſringius, Holſatus,*
*P. L. Cæſ.*

## ALIVD.

*QVid de te dicam? diuino percitus œſtro es?*
*In rebus grauis es, ſuauia metra facis.*
*Cor Sophoclis, mens Euripidis, Geniúſque Terentî,*
*Sal Plauti, & Senecæ es grande ſonantis epos!*
*Vmbra erat Hippocrates, Speculum Theophraſtus in arte;*
*Sed per te clarum lumen vterque capit!*

Amoris & obſeruantiæ ergò F.

*Ioannes Kempius P. L. & Not. pub. Cæſ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0053-7
DFG

*IN hoc Opere, Lector amice, cùm* LIBRAM *leges, intellige Ciuilem vnciarum ſexdecim, non Medicam duódecim. Hoc te monet Auctor ipſe, Sectione 13. vbi de Confectione Citri, pag. 208.*

22

# SECTIO I.
## DE MEDICAMENTIS CHYMICIS SELECTIS ET ALIIS PRETIOSIS, &c.

### *VNICORNV MINERALE.*

HÆC glorioſa & arcana Medicina, propter indignos & ingratos mundi filios, erat abſcondenda & tenebris inuoluenda: ne Spagyricæ gemmæ viderentur ſuibus proiectæ. Ego tamen hoc ſecretum ex Chriſtianæ dilectionis affectu, & almi Numinis impulſu, volui facere publicum, & inter alia myſteria, quæ vel ex lumine naturæ & gratiæ inquiſita accepi, vel ſcrutinio propriæ experientiæ inueni, vel beneuolentia eximiorum Spagyricorum Artificum, ſagaciúmque rerum ſcrutatorum mihi reuelauit, doctrinæ & ſapientiæ filiis communicare gratis. Pono autem extra omne dubium, quin hoc ſalutare & cœleſte præſidium ſint accepturi fronte hilari, prolubióque grati animi, erga Deum in laudem & gratiarum actionem deuoti,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0055-9
DFG

PROCESSVS.

♃. Vitriolum natiuum viride & ſolis Philoſo-
phis notum, vel in huius defectu, Vitriol
Veneris Cryſtallos optimè purgatos, ſublime mun
dificatos, & omnis terreſtreitatis immunes; immitt
validæ & bene munitæ Retortæ, & ſecundùm gra
dus fortiter opus vrge, quoad ſubrubri particeps fia
olei, quod bene adſerua, cuius vſum poſtea declarabo
♃. Deinde caput mortuum in fundo Cornutæ reli
ctum, menſtruum appropriatum ſuffunde, & in fri
gido loco repone, tunc concreſcent de vitrioli natu
râ & ſapore cryſtalli. Calcina caput mortuum ſecun
dâ vice, & vt ſuprà notatum eſt, procede, mox ite
rum eiuſdem ferè generis adhuc prodibunt cryſtal
li; ſed huic myſterio minimè vtiles. Laborem huiuſ
modi toties & tandiu itera, vſquedum nulla appa
reat vitrioli olentia; atque tum demum caput mor
tuum, quàm fortiſſimè, ſed philoſophicè calcina, &
extrahe ſal pulchrum & guſtu amabile, quod itiden
ſpe ſubſecuturæ doctrinæ retine, dictíque iſtius inte
rim recordare:

*Viſitetis interiora terræ rectificando, & inuenietis
occultum lapidem, veram Medicinam.*

♃. Poſtmodum antè dictum oleum, & affun
dendo aquam, in illo ſolue Martis limaturam, &
vitriolum ipſius præpara, illúdque in pluuiali diſtil
latâ aquâ ſolue, vt inde cryſtalli prodeant; quen
laborem toties reſume, donec purum ab impuro, &
in fine caliginis peplo cryſtalli appareant clari &
pellucidi. Ex his cryſtallis Martis denuò priore mo
do, igne fortiſſimo, rubicundiſſimum oleum diſtil

la, & optimè rectifica, ne vllum illi adhæreat phlegma: Tunc habebis rubri Leonis ſanguinem, videlicet Mineralem, & vnà Martis atque Veneris Sulphur, totalis vigoris, & à Vulcano captum, iuxta illud:

*Mulciberi capti Márſque Venúſque dolis.*

Extrahe porrò ex capite mortuo ſal omni Martiali olentiâ vacuum, ad eundem modum ſuprà in extractione ſalis vitrioli Veneris tibi oſtenſum. Ambo hæc ſalia in æquali pondere miſce, vitreæ tabulæ immitte, in hypogeo ſeu frigido loco repone, ſéque in aquam Mercurialem reſoluere ſine: Solutionem poſteà recipe, vnde iterum prodibunt cryſtalli; Et tunc habebis duplicatum Mercurium, ſal ſapientiæ & naturæ, ſal Philoſophorum, ſub quo Mundi centrum latet abſconditum. Et hunc duplicatum Mercurium peplo obſcuritatis inuolutum, ante me nemo Philoſophorum tam apertè quàm ego manifeſtauit, quamuis obſcurioribus quibuſdam verbis, quæ tamen vel minimo Philoſophi intellectu faciliima ſunt: Scrutinio igitur ſubtilium cogitationum rem vlteriùs inquire, & Mercurium hunc à Philoſophis REBIS, nuncupatum tanquam terreſtrem Theſaurum, & ſecundùm Deum ſummæ & maximæ ſcientiæ experimentum, ad vſum ſequentem repone.

℞. Mercurium iam dictum, & Sulphur illud rubicundiſſimum; duo iſta pro Philoſophici ponderis vigore, & magni intellectus acumine conjunge, ita tamen, vt Spagyrici vaſis tres partes maneant vacuæ, quarta verò videatur adimpleta eſſe; ſigilla Hermeticè, & rege igne Philoſophico ſecundùm gradus in continuo calore, quoad coaguletur in

vnam maſſam, & induat Lapidis formam: Quem lapidem confectum poſtea pro voluntatis tuæ libentiâ in priorem fontinam poteris redigere, eumque breui tempore nobiliorem & illuſtriorem reddere. Et ita magnum perfeciſti myſterium: Videbis etiam ante coagulationem rerum multarum admirabilem apparentiam, & multiuarium colorem, quæ omnia bene conſidera, Deum honora, & proximo tuo commoda.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Est Medicina vniuerſalis, & Theſaurus talis, qui poterit omnes ferè morbos curare, quocunque veniunt nomine in creaturis omnibus & ſingulis. Vnum, duo, vel plura huius Arcani grana pro qualitate ſiue conſtitutione Patientis vſurpata, totum corpus inſtar fumi penetrant, malignam vitioſitatem relegant, & meliorem naturæ conformitatem ſubordinant, creaturam totam renouant, & quaſi de nouo regenerant, & ita ſeruant fartam tectam, citra accidentium morborum grauedinem vllam, vſque ad ſenectam, & vitæ metam ab altiſſimo Deo conſtitutam, &c. Nam:

*Contra vim mortis non eſt medicamen in hortis.*

Hæc etiam illuſtriſſima medicina, cum puriſſimo Philoſophorum auro debitè fermentata, immunda Metalla innatâ Leprâ depurgat, bonâque puri & fixi auri virtute fingit. Pro quo immenſo & ineffabili beneficio, omniſque doni & ſapientiæ communicato aceruo, ſit laus & gloria creatori ſummo qui eſt in excelſis Deo.

## VNICORNV SOLARE.

QVemadmodum Vnicornu in Regno animali, ab omnibus hominibus, præſertim à Magnatibus æſtimandum magni, tantóque habetur in pretio, vt omnes gemmas, margaritas, aurum & argentum longè eminentiſſimo antiſtet valoris & antiſtitij ſuperpondio, locúmque habeat in ſupremo Theſaurorum ſubſellio: Ita etiam Vnicornu Solare in Regno minerali, æſtimandum eſt magni, propter maximam fixitatem, & pluſquam ſolidam perfectitudinem: Eſt enim ſummum, pretioſiſſimum, & vniuerſaliſſimo fonti proximum: Cui in virtute & operatione partiariâ coniunctiſſimum: & eò ſecretiſſimum myſterium: immò efficaciſſimum & inacceſſum remedium.

## PROCÉSSVS.

QVi licèt gnaris & peritis ſit facillimus; ignaris tamen & imperitis erit difficillimus, & peplo caliginis, propter ignorantiam, inuolutus. ℞. Mineram auri, fruſtatim inſtar nucis auellanæ, contunde: ab eo ad libræ pondus vel aliquantò minus mitte in Cornutam, vel in aliud vas Spagyricum, & ſub lentâ ignis flammâ diſtilla, vtrobique tamen clauſis, pro more, vitrorum iuncturis, ne materia in fundo liquefiat, ſed ſudore abſque aduſtione aquam ſuauem & cœleſtem emittat, quam magnipende. Quia verò, & quidem Spagyrici artificij beneficio, libra mineræ vix tantum aquæ ſudore emittit, quantum cochleare capit, toties laborem hunc cum nouâ minerâ iterabis, quoad ſufficere putabis. Hanc

aquam rectifica vice octauâ vel nonâ, vt purum ab impuro ſeparetur, & tunc ad vſum conſeruetur inſtar veri Arcani, & Hermetici Theſauri: qui enim Chymico artificio hunc aquæ humorem in viſcoſum & viuidum liquorem tranſmutare nouerit, ille reuerà habet ſecretiſſimam, rariſſimam, pauciſſimíſque cognitam illam clauem, per quam facillime caſtrum illud aureum triplici muro circumdatum recluditur, filiíſque ſapientiæ legitimè aditus conceditur ad reconditos in auro theſauros: Sed hoc opus, hic labor eſt, &c. ℞. poſtmodùm Aurum Arabicum optimum, per Antimonium lege artis in ſublimi gradu purificatum, ſine illud per aurifabrum in tenuiſſimam laminam extendi, quæ abſque additamento omni in ſubtiliſſimum puluerem poſſit redigi; vel ſi noueris abſque corroſiuo ſubtiliſſimam Solis calcem Spagyricè præparare, feceris meliore cum vtilitate, &c. Inde huius pulueris ſecretiſſimi in Vitrum Philoſophicum, quantum volueris, & affunde aliquantum Solaris menſtrui ad eminentiam dimidij minoris digiti, ſigilláque illud Hermeticè: digerantur calore tanto, quanto fouetur Embryo in matris vtero, quoad aqua abſumatur, vel ab auri puluere abſorbeatur; & tunc vitrum reclude, tantúmque Solaris menſtrui ſuffunde, quantum primâ vice: Exſiccetur iterum eâdem lege, totieſque repete, donec tranſmutetur aurum in puluerem ſubrubeum. Et ſic Vnicornu Solare præparatum eſt, quod multis vel ſaltem morbis deſperatiſſimis eſt comprobatum, vt accommodatiſſimum & ſuauiſſimum remedium: Et eſt verè illud vellus aureum, quod poſt multiplicem & toties repetitam Philoſophicam coctionem, ignis vincit calorem, nec ab illo vinci poteſt. Reuocabis igitur ad

25
limam maturioris conſilij qualitatem huiuſmodi myſterij.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HOc Arcano ſapientiores Medici hactenus non ſolùm corporis ſanitatem & valentiam, ſecundùm Dei volentiam, quàm diutiſſimè conſeruârunt, vitæque metam in multos annos prolongârunt : Sed etiam Epilepſiam, Apoplexiam, Elephantiaſim, Morphæam, Melancholiam, Inſaniam, Quartanam, Iſchiaſin, Podagram, Arthritin, Hydropem, Icteritiam, Luem Veneream, Aſthma, Phthiſin, pleureſin, Lupum, Cancrum, Noli me tangere, & huius generis ſimiles morbos hominum periculoſos & aliàs inſanabiles curârunt; Nam vſque adeò fortis latet in illo ignis, qui non dumtaxat humores lethales abſumit; verùm etiam ipſiſſimam oſſium medullam, quaſi renouatam reficit, totúmque corpus humanum ſemimortuum erigit. Eſt etiam notatu dignum, quod hoc Arcanum in ſe contineat: Quicunque igitur hoc vti volet, ſi præſertim antè dictis morbis laboret, lecto ſe ad vnam vel duas horas deſtinet, & ſudorem expectet, quem ſuauiſſimè & copioſiſſimè abſque vllo languore emittet, nihílque impùri vel ſuperflui in corpore humano relinquet. Iuuenibus vitam longæuam expetentibus, ſingulis menſibus ſemel offertur; ſed vſque ad veſperam iſtius diei, cibo & potu abſtineant, ſic illa materia in humoris radicalis parilitatem congerminaſcet; vnde corporis robur majorem in modum inualeſcet, pulchritudo accreſcet, quæ inſtar pincturæ, inacceſsâ venuſtate conſpicuæ, intuenti adlubeſcet, nec cum ætate illorum decreſcet. His autem qui



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0061-1
DFG

antè numeratis morbis laborant, decem continuè dies propinatur in vehiculis appropriatis morbum propriè reſpicientibus, & ita, quantum per artem licèt, priſtinæ, Deo volente, ſanitati reſtituuntur. Senibus ſobriis, in menſe bis, exhibetur; ſic manebunt, poſt Dei prouidentiam, ſanæ mentis, illorúmque ſenecta erit viribus viridis vſque ad feretrum mortis. Virginibus & fœminis iunioribus datur hoc Arcanum ſingulis quatuor ſeptimanis, menſibus expletis; & erunt ſemper ætate floridæ, & ex omni parte corporis ſpecioſæ. Si item puerperis æquo diutius in partu laborantibus propinaueris, licèt fœtus glutine carnis eſſet accretus, ilicet tamen optatus, ſine vllo ferè dolore, ſubſequetur partus. Fœminis, quæ non ampliùs menſibus ſunt obnoxiæ, exhibitum, vegetas & formoſas conſeruat, adeò vt menſtrua interdum redeant, & ſic iterum puerperæ fieri poſſint. Medetur etiam peſti, & ſi extuberant carbunculi, illorum materiam diſpellit, & per ſudorem virtuoſiſſimè expellit. Pro quo magno & glorioſo Arcano, Iehouæ Zebaoth indiuiduæ Trinitati ſit honor in ſæcula ſæculorum, &c.

## AVRVM POTABILE.

♃. AVrum Vngaricum, apprimè per ſtibium & fulmen præparatum, ſine illud in tenuiſſimam laminam per aurifabrum duci: poſtmodum reſolue per bonum & optimè rectificatum ſalis oleum, veris ſolummodò Chymicis notum, & poſt ſolutionem, illud per alembicum abſtrahe, tunc in fundo flauiſſimam Solis calcem reperis. Hanc

recipe, & vaſi vitreo inde; & tantum olei Cinnamomi ſuffunde, vt fiat mixtura pulti ſimillima, & in puncto materiam nigreſcere & efferueſcere videbis; tunc habe ad manus bonum Vini ſpiritum ſingulariter rectificatum, & à tartaro Sophorum impraegnatum; de illo aliquantum ſuffunde ſuper eandem materiam, vſque ad latam minoris digiti eminentiam, & continuò ſpiritus extrahet Solis animam pulcherrimam & auro ſimillimam; & quando pro quantitate menſuræ nihil magis accreſcit tincturæ, tunc ſpiritum tinctum effunde, & alium recentem affunde, & hunc laborem toties repete, donec ſpiritus tingendi virtute deſtituatur. Remanentem Solis calcem reſolue denuò à nouo, recenti ſalis oleo, & procede, vt primâ vice, repetendo & continuando vſque dum reſoluatur totum corpus, & fiat liquor potabilis: poſt id circulatur hic liquor Solis aromaticus, vt acrimonia ol. ſalis euaneſcat, quæ ipſa tamen vel relicta cum S. V. profectò nihil nocet. Et hæc eſt optima ſolutio, facta abſque corroſiuis, quæ in æternum à nemine poteſt in aurum naturale reduci.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HÆc eſt inter ſupremas Medicina præcipua, conſeruandæ hominum ſanitati maximè proficua, quæ multos corporis defectus & ægritudines, intrinſecus originem trahentes, conſtantiſſimè & ſummâ cum admiratione curat. Totam naturam renouat & conſeruat. Omnes in homine ſpiritus vitales reficit. Malas humiditates abſumit. Hilares facit & bonum Sanguinem impertit. Eſt ſpecificum cordiale, taliſque nobiliſſimus Chymiæ Theſaurus,

pro quo, Deo optimo maximo, ingentes gratiæ merito ſunt agendæ, &c. Doſis à gut. iij. ad v. & vij. in liquoribus ſeu vehiculis conuenientibus, manè ſtomacho ieiuno.

## ARGENTVM POTABILE.

℞. Lvnæ puræ q. v. & in aq. forti reſolue, poſteà in frigido loco repone, protinus apparebunt cryſtalli, effunde tunc phlegma, & exime cryſtallos, inde vitreæ ſeu lapideæ tabulæ, ſine in hypogéo reſoluere, aquæ naturam induere, & ad aridum vſque euaporare: Tunc habebis puluerem, quem miſce cum ſale armoniaco, & ſecundùm artem ſublima, mox euehit ſecum ſal armoniacum animam Lunæ veram. Hanc ſublimatam materiam inde conchæ vitreæ, & aq. pluuiali diſtillatâ optimè edulcora, tunc corroſiua & ſuperflua acredo aq. fortis cum ſale armoniaco expellitur. Puluerem ſicca deinde, & inde vitro, & ſpiritum Microcoſini optimè rectificatum ſuffunde, & 24. horas in loco calido repone, tunc in monumento extrahet hic ſpiritus animam Lunæ pulchram, pellucidam, cæruleam in ſapphyri colore. Menſtruum verò tinctum aufer, & recens affunde, donec ſulphur omne extractum ſit; poſteà ſine illud ſpontaneâ euaporatione euaneſcere, vel in cineribus per alembicum abſtrahe, & alterâ vice S. V. Philoſophorum affunde, qui fundamentaliter extrahet animam, illámque conſtantiſſimè retinebit. Si autem pro tuâ lubentiâ in formâ pulueris expetis; Tunc menſtruum prius per alembicum abſtrahe, & anima remanebit in fundo, quam ad vſum retineto.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ARgentum hoc potabile, ſiue anima Lunæ vera, curat Epilepſiam & omnium Lunaticorum morborum ſentinam, tam in genere quàm in ſpecie. Curas graues diſpellit. Somno inquieto reſiſtit. Catarrhos conſumit. Aurium ſuſurrum placat, lenémque auditui aditum facit. Cerebrum confortat. Obliuionem relegat. Debilem Memoriam recreat. Vertiginem, mœrorem & omnem Melancholiæ multiformis colluuiẽ expellit. Eſt ſpecificum capitale, quod vnamquamque naturam ab omnibus periculoſiſſimis capitis affectibus curare & præſeruare poteſt. Eſt denique pretioſus & nobilis theſaurus morbis & imbecillitatibus quàm plurimis medens. Doſis a gut. iij. v. ad ℈ ß. in vehiculis morbum propriè reſpicientibus.

---

## ARCANVM DVPLICATVM.

APpellatur etiam hoc Arcanum Sal ſapientiæ, Item Sal de duobus, quòd nempe ex duobus, vitriolo & nitro conſtet; paratur autem à Chymiatris ſequente modo: Extrahe ex capite mortuo Aq. fortis ex vitrioli & nitri partibus æqualibus deſtillat. cum aquâ tepidâ Sal candidiſſimum. Hoc poſtea totum & ſubtiliſſimè ſupra marmor tritum impone cucurbitæ lutatæ, & ſucceſſiuè augendo & continuando ignem ad horas duodecim ſecundùm gradus ſæpius agitando calcinetur, vt circa finem fundus cucurbitæ aliquo modo candeſcat. Et poſtquam omnia refrixerunt, vitro rupto ſal eximatur,

& à nouo, vt primâ vice, ſubtiliſſimè teratur, & hic labor denuò ſecundâ & tertiâ vice repetatur; & ſic verè præparatum eſt.

Quidam ſecretiores Spagyri, huius ſalis partibus ſeptem vel decem, addunt Calc. Solis, vel Lunæ debitè ac ritè præp. p. j. Et inuicem bene mixta, ſupra marmor ſubtiliter terunt; & poſtea beneficio ignis, vt ſciunt artifices, figendo vniunt, & theſauri inſtar cuſtodiunt.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Melancholiâ, Inſaniâ, Mentis alienatione, Peſte, morbis Epidemicis, Febribus, &c. Secretum eſt. Et operatur hoc medicamentum variè per ſudores, ſedes, & interdum etiam ſomnum facit. Doſis à ℈ j. ad ʒ ß. in vehiculis appropriatis & morbum proprie reſpicientibus.

## ROS MINERALIS.

℞. LEonem Spagyricum totum, non euiſceratum, ſed in Sole priùs philoſophicè aſſatum: Impone illum Balneo ſapientiæ, valde tamen ingenioſè, ad eſudandum Rorem mineralem, quĩ dulcis & amabilis eſt. Hunc poſtea aliquoties per ſe rectifica, donec ſpiritualis & cœleſtis fiat: Et ſic habebis aureum Iouis imbrem, veram ſcaturiginem Veneris, ſudorem Palladis, lachrymas Dianæ, & metamorphoſin Actæonis, multarum ſcilicet & variarum ægritudinum. Pro quo glorioſo & diuo munere, Deo immortali laus ſit ſempiterna.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0066-1

*Vires, Vſus, Doſis.*

EST Medicina generalis, & ad extrahendum omniũ vegetabilium Eſſentias & Tincturas appropriata: Quemadmodum enim cœlum in hæc ſublunaria rebus omnibus vitam largiendo & conferendo, potenter agit; ita etiam cœleſtis hic liquor corporis humani valetudinem conſeruat. Vitam prolongat. Iuuentam extendit. Senectam remoratur; necnon putredinem arcet, & omne morbi genus abigit. Doſis à ʒ ij. ad ℥ ß. & ℥ j. per ſe, vel in vehiculis ſpecificis.

---

## BEZOARTICVM IOVIALE.

HOc Secretum veri & periti Chymici mecum talem in modum faciunt & præparant: ℞ Reguli Antimonij ℥ iij. Iouis Anglic. purificati ℥ ij. Liquefiant inuicem & redigantur in puluerem ſubtilem, addantúrque Mercurij ſublimati ℥ x. Quæ omnia inter ſe mixta & Retortæ immiſſa diſtilla, tunc apperebit materia alba, quam butyrum Antimonij Artiſtæ vocant. Hunc album & craſſum humorem inde Cucurbitæ, & diſtillando omnem humiditatem abſtrahe, & tantum adde ſp. ſalis Nitri, quantum pondus exempti pulueris requirit, & ex arenâ vſque ad aridum diſtilla. Iterum exime, in puluerem redige, & abſtractum liquorem vnà cum ℥ ij. ſp. ſal. Nitri recentis ſuffunde, & ſecundâ vice, vt priùs, ad ſiccitatem vſque abſtrahe. Album puluerem denuò exime, quàm minutiſſime tere, & liquorem diſtillatum cum aliis ℥ ij. ſp. ſal. Nitri

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0067-7

affunde, & tertiâ vice diſtilla. Tum demum exemptum & tritum puluerem tigillo immitte, & ad ignem duas vel tres horas ſine excandeſcere, & poſtea ad vſum repone. Ego ad hunc modum illud præparaui Anno 1610. primâ vice, validúmque & efficax in operatione deprehendi.

*Vires, Vſus, Doſis.*

DIaphoreticum eſt ſtupendum, & efficaciſſimum ſecretum in omnibus & ſingulis matricis ægritudinibus, aliiſque mulierum morbis quàm plurimis. In Febribus, Peſte, Scorbuto, morbis Epidemiis, & omnis generis imbibito lethali veneno, vt etiam in omnibus caſibus, in quibus Bezoarticis & ſudoriferis eſt locus. Doſis à gran. iij. ad v. & vj. in aq. Theriacali, vel de Corn. Cerui noſt. aut aliâ conueniente.

## CROCVS METALLORVM ABSINTHIACVS.

℞. ANtimonij crudi, optimi & perlucidi, ſal. Abſinthij ana ℥ iv. Miſceantur, igniantur & calcinentur ſingulari diligentiâ & debito modo, vt eſt artis, & Antimonium calcinatum, ſubrubeum, fixum, & Arſenicali ſuo ſulphure penitus ſpoliatum inuenies; quod aquâ dulci toties ablue, donec nulla ampliùs ſalis Abſinthij acrimonia guſtu percipiatur: poſtea puluerem ita edulcoratum & exſiccatum, tanquam verum & genuinum metallorum crocum ad vſum reſerua.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0068-3

*Vires, Vſus, Doſis.*

REmedium eſt admodum vtile, & morbis quàm plurimis accommodatum. In dolore capitis, Epilepſiâ qualicunque, Ventriculi affectibus, Febribus, Peſte, Melancholiâ hypochondriacâ, Aſthmate, pleuritide tam ſpuriâ quàm exquiſitâ, Podagrâ, &c. inſignes & mirandos effectus edit. In Hydrope ſine omni noxâ, nauſeâ, & vomitu plerumque per inferiora tantùm purgat: In aliis verò morbis per vomitum & inferiora ſimul operatur. Inſuper Hepatis obſtructionibus opitulatur. Icterum curat. Lienem rectificat. Scorbuto medetur. Doſis à gran. iij. ad iv. vel v. aut vj. in conſeruis vel aliis vehiculis appropriatis. Vel quod melius, infundantur tot grana per noctem in vini albi Rhenani ℥ ij. aq. Cinnamomi ʒ ij. Manè colentur, & vinum clarum, abiecto croco, calidè bibatur. Si verò infuderis cum vino maluatico, rarò mouet vomitum, ſed per ſeceſſum tantùm euacuat: propterea pro vomitiuo vinum album recipiendum.

## TARTARVS EMETICVS.

℞. ACidi Tartari ſubtiliſſimè puluериſati, Croci Metallorum Abſinthiaci, ana ℥ ij. Bene permiſce, in phialam immitte, & aq. Benedict. noſtræ Serpilli ℔ ij. affunde, optimè tectum & obligatum tribus aut quatuor diebus in arenâ calidâ poſitum, ſæpius moue, vt acidum Tartari perfectè ſoluatur. Poſtea ita calidum per manicam filtra iuxta artem, vt Crocus metallorum, à ſolutione bene ſe-

paratus, in illâ remaneat. Solutionem verò, quæ clarificata pertranſit in locum frigidum ad cryſtallandum transfer. Tum cryſtallos hoſce Tartari imprægnatos exime, ſiccatoſque & pulueriſatos ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EMeticum eſt præſtantiſſimum in omnibus diuturnis, & obfirmatis morbis, corporúmque affectibus, præſertim in illis hominibus, qui conſtitutione virium mediocri & naturâ ſunt tenellâ, cùm in operatione ſuâ multò lenius & tutius ſit Croco Metallorum, aliiſque vomitoriis mineralibus. Prodeſt autem imprimis contra Melancholiam, Maniam, Inſaniam, Delirium, diutinos Capitis dolores, qui ex aliis corporis partibus per conſenſum oriuntur, Vertiginem, Epilepſiam, Apoplexiam, Faſcinationes, difficultatem Auditus, tinnitum Aurium, & difficilem Memoriam. Item, contra Nauſeam & inflationem Stomachi & laterum, Icteritiam flauam, Hydropem, tertianas, quartanas & alias diuturnas, continuas, putridas & acutas Febres, Philtra, Venena hauſta, pleuritidem biliosſam, & morbos in vniuerſum omnes, quos vtraque bilis excitat. Prodeſt porrò contra Dyſenteriam illam venenoſam tempore Peſtis vulgò graſſantem. Contra morbum etiam Vngaricum, diuinum & perquàm ſalutare eſt remedium. Si quis vel ex vſu praui & venenati cibi aut potûs, vel à muſcarum virulentarum, aranearum, & ſimilium improuiſâ ingluuie, vel à piſcium oſſiculis, aliiſque in fauce hæſitantibus, vel ab aliis etiam per incantationes immiſſis rebus, vtpote pilis, clauis, aciculis, panniculis, aliiſue id

genus prodigioſis, in vitæ periculo verſaretur: hic Vomitorum iſthuc miros effectus præſtat. Doſis eſt à iiij. ad v. & vj. ℥. præſertim in robuſtioribus, cum vehiculis appropriatis, duabus vel tribus horis ante & poſt paſtum, vel tempore neceſſitatis.

Attendendum autem, ne vel hæc, vel alia vomitiua, quibuſuis ſine diſcrimine ordinentur & offerantur; ſed illis dumtaxat, qui ad vomitum ſunt procliues, ſtomachum fortem, thoracem amplum & latum habent, quique vomere ſunt conſueti, & quibus humorum materia ſurſum fertur. Picrocholi verò, & qui per naturam à vomitu abhorrent, præterea & cerebri ſunt debilis, aut vllis affecti capitis imbecillitatibus, quæ ibidem propriè reſident, nec per conſenſum ex aliis partibus corporis ſuboriuntur. Omnes item Phthiſici, Aſthmatici, Tuſſiculoſi, Colici, Hæmoptoici, Inflammati, & qui Apoſtemata intrinſeca, vel obſtructiones inueteratas & obfirmatas Meſenterij, Hepatis, & Lienis, vel aliàs in eiſdem partibus ſchirrhoſos tumores, vel membra principalia læſa habent. Quin & illi, qui ardentibus, veneноſis, & peſtilentialibus Febribus valde debilitati & viribus exhauſti ſunt, nauſeâ etiam perpetuâ laborant, vt neque cibum neque potum continere queant, (quod ipſum non à materiâ quadam ventriculo inhærente, quam natura ipſa per vomitum reiicere conetur, ſed accidentaliter ex affectibus partium adiacentium oritur.) Emetico hoc abſtineant. Denique tam grauidis, quàm aliis etiam mulieribus & virginibus, menſtrui retentione laborantibus, quæ non ex viſcerum impuritate, ſed ex ſolâ venarum matricem ingredientium obſtructione exiſtit, vomitiua hæc omnino vitanda. Notandum etiam,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0071-7
DFG

cùm quis vomere incipit, dari ſolitum ipſi, vel piſc
rum, vel carnis juſculum minùs pingue, vel hauſtum
cereuiſiæ calidæ; ídque, ſi opus, reiterandum, vt e
faciliùs vomitus prouocetur, & actio medicament
acceleretur.

## TARTARVS NITRATVS.

℞. *Sal. Tartari, Nitri præp.* ana p. æ. Soluantur i
aq. Roſarum calidâ; Poſtea filtrentur & ſuper ignem
incoquendo mediocriter, donec quaſi cruſtam acqui
rat, reliquum in frigido concreſcat: ſic habebis cry
ſtallos, quos ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

PRæſtantiſſimum eſt medicamentum; ſingularem
enim incidendi & detergendi humores craſſos &
tartareos, necnon meatûs obſtructos aperiendi vim
habet. Inſuper in Febribus putridis, Vngaricis ac ma
lignis experimentum eſt. Putredini reſiſtit. In inflam
matione gutturis, quam Prunellam vocant, præſen
tiſſimè iuuat. Calculum Renum expellit. Veſicæ im
puritates expellit, vrinámque mouet. Doſis à ℈ j. a
ʒ ß. in vehiculis appropriatis.

## OXYSACCHARVM EMETICVM.

℞. *Croci Metallor. Abſinthiaci* ℥ ß. *Caſsiæ Li-
gneæ.* ʒ ij. *Lig. Aloës, Rad. Angelic.* ana ʒ j. *Roſa
rub.* ʒ ß. Mixta infundantur in aceto Flor. Tunic

℥xv. Stent in Infuſione in loco calido per 24. horas; poſtea filtrentur, & ſacchari cand. alb. tantumdem addatur, & ad vſum reponatur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN dolore Capitis, Melancholiâ, Epilepſiâ qualicunque, Anginâ, Peſte, Pleuritide, Tuſſi, Aſthmate, Ventriculi affectibus, præſeruatione à Podagrâ, Dyſenteriâ, morbo Vngarico, venenis hauſtis, coagulatione ſanguinis, &c. excellens eſt. Doſis ab ʒ ß. ad ʒ vj. in vehiculis ſpecificis, vel per ſe exhibita.

## CATHARTICVM ARGENTEVM.

℞. ARgenti puri ℥ j. Aq. fortis ex ſale Nitri & Vitrioli exſiccati, ana part. æqual. deſtillatæ, & per Retortam in arenâ lentiſſimo igne priùs rectificatæ, ℥ vj. Solue Lunam in hac aquâ, & ſolutis adde recentis aq. fortis ℥ iv. Nitri purificati ℥ ß. & inuicem bene mixta, per alembicum in B. M. vel arenâ vaporoſâ ad tertium cohobium deſtilla, liquorem ſcilicet deſtillatum fæcibus ſemper reaffundendo ſecundùm artem. Poſtea in arenam ſiccam pone cucurbitam inferiùs luto munitam & apertam, vt reliquus humor aq. fortis vſque ad ſiccitatem inde penitùs eliciatur. Tunc fracto vitro materiam coagulatam, exteriùs nigricantem, intus verò albicantem & craſſiculè priùs contuſam diſſolue in aq. fortis ſuperiùs cohobatæ ℥ iv. vel circiter, donec puluis niger, qui vera Luna eſt, fundum petat; tunc liquorem clarum aufer per incli-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0073-9

nationem, & in loco frigido, vt cryſtalli concreſcant, repone. Hos cryſtallos exime, ad ignem ſicca, non verò ad Solem, aliàs nigreſcunt, & ſunt inutiles. Cúmque ſatis deſiccati ſunt, ad vſum ita, abſque edulcoratione tibi ſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CAtharticum eſt forte, quo peritiores Chymiatri in Cachexia, Hydrope, &c. omnes ſeroſas, ſiue aquoſas humiditates corporis, & externorum membrorum tumores in complexionibus fortioribus purgant; retentas etiam & occultas aquoſitates, in angulis laterum, vel alibi collectas, & varia ſymptomata cauſantes, expellunt, & degrauantes corporis partes releuant. Doſis à 4. ad 5. g̃. manè in vini calidi bono hauſtu: Vſus verò decreſcente Lunâ, & falcatâ ſeu corniculatâ (niſi affectûs ratio temporis hanc moram diſſuaſerit) maximè eſt conducibilis.

## TVRBITH MINERALE VERVM.

VErum & genuinum minerale Turbith, à veris & peritis Chymiatris, non ex Mercurio viuo cum aq. forti, ſed ex ſublimato, ſequenti modo, præparatur. ♃. Mercurij ſublimati q. v. reſolue illum in aq. cœleſti calidâ, ſolutionem aliquoties filtra, filtratam vitro immitte, & guttatim infunde tantum ol. Salis Tartari, quantum putabis requiri; quoad in fundo appareat & ſubſiſtat puluis rubeus: Aquoſitatem profunde, & puluerem rubeum retine; aquâ

communi edulcora, vſquedum deſtituatur omni acredine & ſalſedine. Cohoba deinde cum aq. mellis optimè rectificatâ 6. vel 7. vice, cohobiis tot repetitis, tandem puluis eximatur, Alkohol vini ſuffundatur, vt bene humectetur, incendatur & ferreâ ſpatulâ continuo motu circumferatur, donec ſp. Vini ardore comburij abſumatur: Et ita Turbith minerale verè præparatum eſt, cuius virtutem nobiliſſimam omnibus ferè notiſſimam non cenſeo hic connumerandam. Doſis à g̃. 4. 5. ad 6. & 7. in vehiculis appropriatis.

## MERCVRIVS DVLCIS.

Mercurius dulcis à veris & ſanioribus Spagyris ita præparatur: ℞. Mercurij ſublimati ℥ vj. Argenti viui & bene purgati ℥ iiij. Miſce exactè, vt Mercurius viuus ampliùs non videatur, & ſublima, vt eſt moris; ſublimatio hæc quinquies vel ſexies reiteretur, donec dulcem ſeu inſipidum ſaporem Mercurius acquirat. Puluis rubeus in fundo; & albus in vitri collum ſublimatus, ſemper reiiciatur, medium verò teneatur, quoad nihil inueniatur: Et ita verè præparatus eſt Mercurius dulcis, quem poſtea exime, tere, & ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

In Hydrope, Peſte, Pleureſi, Podagrâ, Icteritiâ, &c. miranda præſtat; ſanguinem enim purificando, & medullam in oſſibus rectificando, ſimul omnia noxia è corpore humano radicaliter pellit: propterea Catharticum eſt inſigne, quod iure optimo meretur

nuncupari Panacæa. In morbis deploratis ex humorum putredine cauſatis, ſingulare eſt experimentum: Quia omnes venenoſos & vitioſos humores educit, & non mouet vomitum, ſed ſaltem per ſeceſſum leniter purgat, & abſque moleſtiâ ſuas operationes exequitur. Inſuper vermes necat, & omnia vlcera Venerea, immò ipſam Luem Veneream, cerebríque defluxiones potenter exſiccat, & radicitus tollit. Doſis à ℈ j. ad ʒ ß. & ℈ ij. præſertim in robuſtioribus.

## MERCVRIVS VITÆ CORRECTVS.

MErcurius vitæ beneficio Boracis vulg. vitrificatus ſubtiliter teratur, aliquoties affundendo acetum deſtillatum à ſp. Salis Nitri priùs fortiter imprægnatum, & iterum exſiccando in cineribus: Sic habebis poſt debitam edulcorationem, puluerem, cuius tutior eſt vſus, & qui minori moleſtiâ operationes deſideratas exequitur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Quartanâ aliíſque Febribus intermittentibus, necnon in morbis Capitis quàm plurimis, Peſte, Hydrope, Leprâ, Lue Venereâ, Vlceribus malignis, & ſimilibus grauioribus affectibus, &c. mirabiliter operatur. Doſis in debilioribus à granis ij. ad iij. in robuſtioribus verò à gran. iv. ad v. aut per ſe, vel in Conſ. Roſar. vel Violarum, vel tot grana in vino, aut alio conueniente liquore per noctem infuſa, & per linteum colata, manè exhibentur.

## MAGISTERIVM MARTIS APERITIVVM.

℞. SVcci Oxalidis expreſſi & depurati lib. iij. & affunde Tamarindor. opt. ℥ viij. Confricetur manibus vel piſtillo ligneo in patinâ terreâ non ſtanneâ, vt fiat in modum pulmenti. Poſteà exemptis nucleis & ſtipitibus coquatur parum, & clarificetur cum albuminibus ouorum duorum. Deinde colentur per laneum pannum; clarificatum detur in cucurbitâ vitrea, cui adde limaturæ Chalybis à ſordibus bene purgatæ ℥ iiij. Digerantur in arenâ loco calido tribus diebus & noctibus. Cucurbitæ ſuperponatur alembicus cęcus, vt ſemper agitari poſſit cum ſpatulâ ligneâ. Poſt digeſtionem coletur per chartam in patinam vitream vel terream, & inſpiſſetur per arenam ad conſiſtentiam extracti liquidi: Et habes Magiſterium Martis aperitiuum. Remanentia Chalybis in ſubtiliſſimum puluerem conuerſa exſiccetur & ad vſum ſeruetur: Et habes Chalybem cum aceto Tamarindorum præparatum pro vino Chalybeato, cuius deſcriptionem & vſum quære in Sectione propriâ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VIrtutem habet ſingularem aperiendi, diſſoluendi, & exſiccandi; quo nomine non ſolùm præſtanti cum fructu & emolumento, in Hepatis, Lienis, & venarum meſaraicarum opilationibus inueteratis; ſed etiam ad tumores duros ſcirrhoſos reſoluendos ac conſumendos, ad exſiccanda etiam & roboranda loca ſuperfluis humiditatibus grauata ac debilitata,

feliciter ordinatur. Præterea ſingularem habet proprietatem attenuandi, ſoluendi & præparandi atram bilem: Ideoque experimentum eſt in curatione Melancholiæ, Icteritiæ nigræ, Quartanæ, aliorúmque affectuum ex ſuperfluitate, obturatione, putrefactione, ſimilibúſque humiditatibus ſubortorum. Aperit etiam modo ſingulari obſtructas Matricis venas, & impedita hinc menſtrua prouocat ac promouet. Experimentum quoque eſt in febri albâ, ſiue morbo virgineo, Cachexiâ, tumoribus corporum & principiis Hydropis. Partes item genitales in viris & mulieribus, ſuperfluis humiditatibus relaxatas & debilitatas corroborat. Denique vtiliſſimum etiam eſt tam contra Gonorrhœam inueteratam, quàm diuturnum Vteri fluxum album & fœtentem. Magiſterium porrò hoc liquidum, ſi vino Rhenano miſceatur iuſtâ quantitate, atro illud colore tingit. Si verò per chartam vinum filtretur, fit rurſus clarum & dilucidum; nec minùs tamen vi Martiali fortem retinet guſtũ, éſtque virtutis & efficaciæ parilis, atque adeò in omnibus illis affectibus, vbi aquæ Spadanæ, acidulæ, ferreæ, vel aliæ ſimiles, mineram Martis continentes aquæ naturales, à Medicis practicis ſummæ laudãtur, ægrotantibus propinari poteſt. Vbi enim primò corpus per appropriatum purgans decenter euacuatum, vena etiam aliqua, ſi opus, adaperta, tum deinde per aliquot dies de vino illo Martiali pluſculum potatum, & bona ſimul diæta obſeruata fuerit, ibi tum eadem omnino effecta, quæ ab illis è terrâ promanantibus aquis præſtari vnquam poſſint, æquè operatur. Doſis Magiſterij huius aperitiui à dimidia ad totam ʒ. plus minúſve, in vehiculis appropriatis; vel cum electuariis, conſeruis, morſulis, rotulis, aliiſque medica-

34
mentorum ſpeciebus, pro Medici arbitratu commiſcetur. Doſis verò vini Martialis eſt ab ℥ ij. ad iij. per ſe, vel cum aliis mixti liquoribus.

## MAGISTERIVM IOVIS.

℞. CInerem ſtanni puri, operto igne præparatum, & cum aceto diſtillato forti extrahe ſalem, vt eſt artis. Poſtea ſume ſpiritum Vitrioli optimè rectificatum, Illúmque guttatim ſuper extractionem hanc priùs debitè filtratam inſtilla, ſic ſtatim albeſcet inſtar lactis, & præcipitabitur puluis albus ad fundum vaſis, quem exime, & toties aq. pluuiali diſtillatâ edulcora, donec omnis acrimonia ſeparetur; tandem puluis exſiccatur, & ad vſum ſeruatur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN aberratione Vteri & aliis affectibus hyſtericis miranda præſtat: Aſſumptum enim Vterum vel ex eo tetros vapores ad ſupernas partes aſcendentes cogit, ſiſtit, & grauiſſima ſymptomata hinc naſci ſolita impedit. Doſis à ℈ iiij. ad vj. in vehiculis appropriatis.

## MAGISTERIVM SATVRNI.

℞. SAlis Saturni cryſtallini & pulcherrimi q. v. ſolue in aqu. Roſarum; poſtea affunde Spiritum Vitrioli (ſunt qui oleo Tartari vtuntur, ſed Spiritus Vitrioli præſtat) lentè & celeri tamen lapſu, tamdiu, vſquedum colorem ſpiſſi lactis acquirat. Deinde filtra per chartam emporeticam, & Magi-

ſterium albiſſimum in charta remanens, ſecundum artem ſpagyricam, aquis cordialibus edulcora, exſicca, & ad vſum reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MAgiſterium hoc Saturni ab omni nauſeoſâ & noxiâ dulcedine liberum eſt, propterea feliciſſimè eò vtimur in Phthiſi, Hecticâ, Febribus ardentibus, aliiſque inflammationibus internis. Itẽ in Quartanâ, Lienis affectibus, Colicâ, & Libidine Venereâ, Secretum eſt; his enim omnibus contrariatur. Doſis à gran. iiij. ad gran. vj. in vehiculis congruis & ſpecificis. Præterea vſus eius præſtantiſſimus eſt in putredine oris, vlceribus malignis, Cancroſis, Saturninis, Lupo, Fiſtula, igne Perſico, Ambuſtis, Puſtulis faciei rubeis, Rubedine oculorum, &c. Poteſt variè vel Emplaſtris, vel Linimentis miſceri, vel in aliis appropriatis ſolui & externè applicari.

## ANIMA VITRIOLI.

℞. ALiquot magna & capacia fictilia, quò maiora & capaciora, eò meliora; imple illa aq. pluuiali, & in vnumquodque fictile duos, tres, vel plures manipulos communis vitrioli immitte; vitriolum autem metire, adauge vel imminue, pro fictilium quantitate: vitriolum in aquâ colliqueſcat, & aliquoties circumfuſum in ſole vel aëre immotum conſiſtat, ita tamen ne pluuia vel res immunda in fictilia incidat: Tunc videbis animam vitrioli inſtar Iridis vel caudæ pauonis in aquæ ſuperficie

natare, vario colore, quem colorem quàm ſubtiliſſimè cochleari ab aquâ aliquoties in die exime, aquam circumfunde, & mox in illâ quieſcente viciſſim apparebit anima, quam recipe, & tantum illius pedetentim collige, quantum putabis ſufficere: Et nota, quando colores non magis apparent in aquâ, quòd exempta ſit anima, quæ immiſſo recenti vitriolo eſt reſtauranda. Abſtracta anima ſub initio eſt limo terræ ſimillima, quam tigillo immitte, & in fortiſſimo igne ſine excandeſcere, tunc illa ſanguinis colore tincta, erit fixa, & perdurabit in flammâ, nec illi minimum decreſcet granum, licèt plures dies ignis ſentiat comburium.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HÆc Vitrioli anima (philoſophicè prius extracta & ſpagyricè præparata) in morbis quàm plurimis, & præſertim in omnibus capitis & ventris fluxibus, menſtruorum & ſanguinis profluuiis, &c. Epilepſiâ, Hydrope, Gonorrhœâ, puncturis laterum, Arthritide, Febribus, phreneſi, &c. myſterium eſt. Doſis à granis 5. ad 6. & 8. in vehiculis appropriatis & morbum propriè reſpicientibus.

## ARCANVM VITRIOLI.

DIſtilla ex vitriolo natiuo calcinato oleum rubicundum. ♃. caput mortuum, & inde extrahe vltimum ſalem à vitrioli ſapore omninò liberum: Deinde miſce tres partes huius ſalis extracti, & duas partes olei diſtillati, ſine in igne areſieri. Hunc laborem toties repete, quoad ſal dupletur

pondere, pro conſtitutione priore: Tunc ſalem in vitream cucurbitulam mitte, tantumdem ol. vitrioli ſuffunde, ſigilla Hermeticè, pone in putrefactionem, poſtea in arenam calentem; ſic intra paucos dies reperitur coagulatum: Et ita præparatum eſt.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HOc Arcanum non dumtaxat eſt ſpecificum ſtomachicum; verum etiam efficaciſſimum contra omnimodos morbos remedium: Quo ego, pro conſeruandâ ſanitate corporis, in genere fœliciſſimè vtor. Doſis à g. 3. 5. ad 6. & 8. in vehiculis appropriatis.

## NITRVM VITRIOLATVM.

℞. NItri præparati, part. j. ſp. vitrioli rectificati, part. ij. Miſce & diſtilla per Retortam ſecundùm gradus, primùm leni, deinde fortiori igne, donec tandem Retorta candeſcat, & cùm nil ſpiritûs aſcendit ampliùs; refrigeſcat paulatim, & ſic in fundo cornutæ puluis remanet niueus, qui acredinem ſuam corroſiuam & nitroſam ferè amiſit: Huic ſpiritûs vitrioli recentis tantum affunde, quantum ad ſolutionem eius perfectam ſufficiens; deinde per chartam emporeticam filtra, & ad medietatem vſque euaporare ſine: Et tunc demum loco frigido infer ad cryſtallandum. Hos cryſtallos exime, ſicca, & ad vſum reſerua. Et ſic verum habes Nitrum vitriolatum, quod etiam à Chymiatris quibuſdam ſpiritus vitrioli coagulatus appellatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0082-9

*Vires, Vſus, Doſis.*

EAndem virtutem & operationem, quàm ſpiritus Vitrioli, exempto quòd magis refrigerat, vimque diureticam maiorem habet, in tingendo etiam idem quod ille præſtat. Operatio eius præcipua conſiſtit in incidendo, diſſipando, mundificando, ſiccando, contrahendo, putredini reſiſtendo, & mediante acetoſitate ſuâ ſitim reſtinguendo. Hinc in omnibus Febribus malignis, peſtilentialibus, putridis, Hungaricis, Epidemicis, quæ ex ſulphureâ, aſtrali, & venenoſâ influentiâ in hominibus accenduntur & mouentur, præſtantiſſima eſt Medicina, Bezoarticam continens proprietatem, quâ ſudorem ſæpè & vrinam promouet, ſimúlque omnes feruidos & noxios intus vapores conſumit; purgat & confortat etiam ſtomachum ferueſcentem, & concoctionem eius iuuat, appetitũ excitat, putredinem, halitûs fœtentis cauſam aufert, necnon vermes, ex cruditate & putredine natos, enecat. Hepaticis etiam, quorum facies ſcatent puſtulis rubentibus, vti & illis, qui Diarrhœæ ſæpè ſunt obnoxij, remedium eſt vtiliſſimum.

In Anginâ, Pleuritide peſtilentiali, tnmore Splenis, Gonorrhœâ putridâ, & fluxu albo mulierum, Scorbuto, & ſimilibus, æquè proficuum eſt medicamentum. Doſis à granis 4. 6. ad 8. & 10. in conſeruis, electuariis, Syrupis, Iulapiis vel aliis conuenientibus liquoribus. In affectibus frigidis vino mixtum exhibetur: In Febribus autem ardentibus Fontanâ purâ vel hordei aquâ. Aliàs contra Diarrhœam & pro Hepatis confortatione, vti etiam in Gonorrhœâ & fluxu Matricis cum conſeruâ Roſarum rub. eſt miſcendum, vt aceſcat, & rubedinem ſanguineam induat, de quo

manè & veſperi ad quantitatem Caſtaneæ ſumatur. Omnes verò illi qui contracturæ & neruorum conuulſioni obnoxij ſunt, quíque capitis valdè ſicci, corporis admodum macilenti & aridi ſunt, adeóque illi etiam, qui Stomachum valde tenerum & debilem habent, & orificium ventriculi ſubtile; Mulieres item & virgines ſuppreſſione menſtrui laborantes, hi omnes à medicamenti huius vſu abſtineant.

## FLORES NITRI.

SOlue Nitrum præparatum in aq. Roſarum; Poſtea inde ollæ nouæ non vitreatæ, & pone in loco frigido per aliquot dies; donec Flores Nitri pertranſeant, & parietibus ollæ externis adhæreant: qui deinde pede leporino diligenter abſtergantur, & ad vſum, ſine vlteriore præparatione, ſeruentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

FEbribus Hungaricis, & aliis malignis & ardentibus ſingulariter conducunt. Omnes inflammationes compeſcunt. Faucium ſcabritiem, confiniúmque partium æſtum, præſertim quando nigreſcere incipiunt, citiſſimè tollunt. Inſuper ad Cordis, Ventriculi, Pulmonis, Hepatis, Lienis, Renum, & Veſicæ, intemperiem calidam alterandam, inſigniter valent. Calculum expellunt, & Vrinam remoratam pellunt, Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. in vehiculis appropriatis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0084-1

## SPIRITVS SALIS COAGVLATVS.

℞. SAl Abſinthij cryſtallinum vel ſummè rectificatum, huic ſuperadde de Spiritu Salis tantum, vt cum eo ſecundùm artem Spagyricam coaguletur & vniatur, ita tamen vt ſapore & vi præualeat & exſuperet Spiritus Salis. Hoc ita coagulatum & iuſtè iam conſiſtens, in vaſe vitreo ſerua ad vſum: Eſt enim tum circumgeſtatio eius, tum tractatio multò commodior, quàm ipſius Spiritûs Salis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EXcellentiſſimum eſt medicamentum, proprietatem habens balſamicam: Totum hominem renouat. Sanguinem purificat. Caput, Cor, & Ventriculum confortat. Obſtructiones Hepatis & Lienis reſerat. Incidit, diſcutit, mundificat, & putredinem fugat. Prætereàque diureticum eſt efficaciſſimum, adeóque ſpecificum Hydropicum, omnes quippe aquoſas humiditates & flatus, omnémque tartaream & viſcoſam materiam, vnde calculus Veſicæ ac Renum procreatur, per vrinam potenter expellens. In Iliacâ & Colicâ paſſione, Icteritiâ, Febribus diuturnis & ardentibus, Dyſenteriâ, Paralyſi, Apoplexiâ, Podagrâ, Leprâ, Lumbricis, Herniâ, ſudore Anglico, Peſte, Venenis, &c. præſentaneum eſt auxilium. Doſis à granis 6. 7. ad 10. & 15. in vehiculis ſpecificis & appropriatis. In Hydrope offertur (præmiſſis tamen vniuerſalibus) in aq. Abſinthij & ſp. flor. ſambuci ana mixtis, quotidiè con-

tinuando, donec Hydrops & Tympanites paucis diebus euaneſcant.

## SPIRITVS VITRIOLI COAGVLATVS.

EOdem modo Spiritus Vitrioli cum Sale Acetoſæ coagulatur, medicamentum certè diuinum & in vſu medico maximæ efficaciæ, vt experientia omnium rerum Magiſtra teſtatur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN corroborando languente ventriculo, cuius digeſtionem promouet, necnon in Febribus, Stomachi inflammationibus & Siti, &c. ſecretum eſt. Vtimur etiam in omnibus morbis Capitis, Suffocatione Matricis, Calculo, Ictero, Peſte, morbis Epidemicis, &c. fortiter enim impreſſioni reſiſtit, & à putredine conſeruat. Doſis, corpore priùs euacuato, eſt ſaporis in acidum mutatio; ita tamen, vt dentes ſtupidi non reddantur: Exhibetur in iure carnis calido, vel in alio vehiculo appropriato: Cholerici tamen & Picrocholi, &c. ab eius vſu planè abſtineant. Coagulatur etiam à quibuſdam Spiritus Vitrioli, cum Sal. Abſinthij, & æquè efficax eſt in ſuâ operatione.

## GEMMA VITÆ.

♃. SAlis Gemmæ, priùs ingenioſè fuſi; poſtea aliquot vicibus, ſecundùm artem Chymicam,

cam in vino Rhenano diſſoluti, filtrati & coagulati ℔ iij. Indantur cucurbitæ argilla benè munitæ, & imponatur alembicus duplex, vt ſciunt artifices, cum recipiente ſatis capaci, & ſeruatis gradibus, igne fortiſſimo ſublimetur, donec omnes albi & corroſiui Spiritus exierint, & recipiens nubibus repletus, iterum factus ſit clarus. Deinde Sal in alembicum eleuatum, exime, & cum ſp. Vini extrahe: Imprægnatum verò ſpiritum aufer per inclinationem & ſeorſim cuſtodi. Sal in fundo relictum, iterum in priori vino Rhenano abſtracto diſſolue, filtra, & per alembicum aquoſitatem euoca: Exſiccatum ſecundâ vice ſublima; & ſublimatum denuò cum Sp. Vini, vt priùs, extrahe, laborem hunc quater vel toties reiterando, vſque dum nihil ampliùs extrahi poſſit. Vltimò omnem Spiritum Vini ſeorſim ſeruatum, à ſale imprægnatũ, ſimúlque mixtum in lento balnei calore, ad ſiccitatem Salis euocato: Sic habebis Sal ſpirituale, amabile, pulchrum & cryſtallinum, magnæ profectò virtutis & operationis.

Salem hunc vaſi argenteo aurato tandem inde, funde, & in fluxu, ſub tegulâ probatoriâ pedetentim tot folia auri puri, fermentando, impone; donec tingatur colore rubicundiſſimo, & tunc poſt quadrantem horæ exime, refrigeſcere ſine, in ſubtiliſſimum puluerem redige, & velut incomparabilem theſaurum ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EST Medicina, maximis & ingentibus laudibus meritò extollenda; & vt paucis omnia dicam: Eſt ſingularis vitæ humanæ Theſaurus, aduersùs

quoſuis morbos, etiam deploratiſſimos: maior enim vis alterandi, penetrandi, immutandi, confortandi, expellendi, & putredini reſiſtendi, vix reperitur in alio. Præterea omnia obſtructa aperit, venena diſſipat, necnon ſanguinis, omniúmque ſpirituum ſubſtantiam, prolongando vitam, niſi fatalis neceſſitas, Deo ita annuente, repúgnet, puriorem atque illuſtriorem reddit. Doſis à gr iiij. ad ℈ ß. cum appropriatis, in quibus tamen reſpectus habendus eſt ad qualitatem affectus.

## ALVMEN TINCTVM.

℞. *Aluminis crudi* ℥ j. *Magn. Sang. Dracon.* ℥ ß. Solue in aq. Cardui bened. & coagula, vt eſt artis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ALumen hoc à ſanguine Draconis imprægnatum in Febribus, etiam in ipſâ Quartanâ, miranda præſtat: necnon in Dyſenteriâ, cæteríſque alui profluuiis ſecretum eſt. Doſis à ℈ ß. ad ℈ j. in vehiculis appropriatis. In Febribus autem horis aliquot ante paroxyſmum cum aq. Nicotianæ datur, ſudoribus, ſi fieri poteſt, prouocatis.

## BEZOAR POTABILE.

AD hoc Arcanum effice ac præpara, ſingulari tamen ſtudio, ſequens ſoluendi menſtruum: ℞. Nitri purgati, Sp. Vitrioli rect. an. p. æ. diſtilla per

Retortam in arenâ ſecundùm gradus, & quando primâ vice, quarto ignis gradu detractum, effuſus inde liquor librandus eſt, & æquo huic pondere addendum de ſpiritu Vini alkoholiſati, atque ita bis adhuc cohobandum, primùm igni admodum lento, ne ſpiritus Vini euaporet, deinde gradatim, donec quartum gradum aſſequaris, nec quid ampliùs tranſcendere ſentias. Hic labor tribus horis circiter abſoluitur, vt quartus gradus habeatur; tum denique Retortam videbis candentem: quæ cùm refrixit, auferri poteſt vas recipiens, vbi menſtruum iam paratum, reſidente in fundo Retortæ terrâ albâ, eáque perpaucâ & ſaporis ferè experte. Poſtea lapidis Bezoar Orientalis, ſubtiliſſimè pulueriſati ſume ℥ j. in cucurbitulam vitream intromitte, de menſtruo dicto ad eminentiam trium digitorum ſuperinfunde, ínque B. modici caloris impone, tum ſpatio 2. aut 3. horarum menſtruum illud lapidem Bezoar rubicundè reſoluet. Solutionem hanc deliqua, reſiduo non ſoluto denuò tantumdem illius prioris menſtrui affunde, & in Balneum repone; vſque dum pariter ſoluatur. Iam porrò lapide Bezoar penitùs ſoluto, menſtruum illud tinctum infer cucurbitulæ, & per alembicum leniter abſtrahe, quo facto, reſiduo in fundo extracto ſpiritum Vini ſuperinfunde, eundémque igne lento inde euoca, & hoc ipſum ſecundâ & tertiâ vice itera, ita tamen, vt ſemper recentem Sp. Vini addas, donec nulla ampliùs acrimonia prioris menſtrui ſentiatur: Tunc porrò aq. cornu cerui, vel alius cordialis ℥ viij. affunde, in B. denuò repone, vſquedum Extractum illud totum hac aqua ſolutum. Poſtea per chartam filtra, & lentè vſque ad dimidium euapo-

rare ſine, vt ℥ iiij. remaneant, quas inſtar theſauri inter terrenos præſtantiſſimi ad vſum ſerua. Quo verò modo Aq. illa cornu ceruini propriè & peculiariter præparanda ſit, in Sectione de Aquis explicatum habes.

*Vires, Vſus, Doſis.*

NObiliſſima iſthæc & pluſquàm Regia Medicina, contra omne venenum cuiuſcumque generis, validiſſimæ virtutis & efficaciæ eſt. Præcipuè autem vapores venenatâ putredine noxios, peſtiferáſque infectiones, in corporis habitu dominantes, & facultati vitali maximè infeſtas, per ſudorem ac inſenſibiles exhalationes expellit, necnon cor, cæteráſque partes interiores principales corroborat. Probatiſſimum hoc etiam inueni contra omnis generis ſubitaneos & veneno peſtilentiali valde periculoſos affectûs, Febres petechiales, Variolas, Morbillos, Pleuritidem, epidemiam, morbum Vngaricum, omnéſque alios ex dictis malis enaſcentes morbos: vti nec minùs contra Eryſipelas & alia ſymptomata venenoſa, vbi diaphoretica Bezoartica, putredini & malignitati virulentæ reſiſtentia, ac ſanguinem mundificantia requiruntur, magnâ virtute operatur. Doſis eſt à ℈ j. ad ʒ j. in vehiculis appropriatis. Datur autem ægrotis, ita bibendum vt habetur, haud calefactum, idque ſummo manè vel etiam, ſi neceſſitas poſtulet, alio diei tempore; habitâ tamen ratione, ne vires ægrotantium ſint exhauſtæ, tum vt caleſcat æger & ſudet, quantum ſine virium decremento, & debilitatione nimiâ fieri poteſt. Inſuper Medicamentum hoc ſecundâ, tertiâ, pluribúſque

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0090-5 DFG

vicibus, pro infirmorum conditione, in omnibus cõplexionibus, & corporum conſtitutionibus, grauidis etiam mulieribus, puerulis, & infantibus, abſque omni periculo propinari & adhiberi poteſt. Si præſertim ſtatus morbi talis, vt calida illa antidota Theriacalia & Alexiteria locum inuenire nequeant. Quòd ſi decumbentium conditio requirere videretur, vt venæ ſectio præcedat, vel per vomitoria aut cathartica purgetur corpus & euacuetur, expediri id priùs poterit, & poſtea ſudoriferum iſthuc vſurpari. Si item corporis conſtitutione tali eſſet æger, vt ſudare per naturam non poſſet, quales aliquam multi inueniuntur, is talis homo cumulatis tegumentis aliiſue mediis ad ſudandum compelli non debet: cùm euenire poſſit, vt arcanum hoc vel per vomitum, vel ſeceſſum, vel per vrinam, aliámue inſenſibilem perſpirationem operetur, vel inſtar vulnerarij peſtilentialis materiam peccantem à centro ad emunctoria ſua extra corpus propellat, atque ita nihilò ſeciùs malignitatem inuadat, adeóque eundem hîc fructum progeneret, quem in aliis ſubiectis ſudorem inde emittentibus. In exhibitione etiam diligenter obſeruandum & cauendum, ne quid aceti vel aliud acetoſi liquoris addatur, néue in Syrupis acetoſis, vtpote Citri, Ribium, Berberum, &c. offeratur; alioquin eſſentia lap. Bezoar præcipitaretur, & pulueris inſtar ad fundum decidit, nec ſolubilis manet. Quod ſi verò Thraſo quiſpiam, cognitionis rerum naturalium, ſecretiorum præſertim, rudis & ignarus hîc inſurgat, qui Medicamenti huius diuini efficaciam credere nollet, aut nequiret, iſte probet hoc modo: Venenum exhibeat columbæ, gallinæ, cani, feli, vel alij animali, quod cùm iacet iam iam moriturum, tunc eidem de

hoc medicamento exhibe in vehiculo appropriato, & videbis, quid auſpice Creatore ſuo, ſit effecturum. Ipſe ſæpenumero probaui, & per Dei gratiam apud infectos, in morbis acutis, Peſte, Petechiis, Venetis hauſtis, &c. magna & mira eodem præſtiti. Notandum denique Bezoar hoc potabile, non in vitris Venetis aut Bohemicis, ſed Germanicis ſpiſſioribus, ob fideliorem virtutis eius ſpiritualis cuſtodiam, ad vſum aſſeruari oportere. Deo laus & honor.

## MAGISTERIVM LAPIDIS BEZOAR.

DE lapide Bezoar Oriētali pretioſiſſimum etiam ac præſtantiſſimum Magiſterium ſiccum, virtutis & efficaciæ ſubtilis ac penetrantis ſic paratur: Bezoar debitò modo & artificio ſolue in menſtruo, cuius præparatio iam ante fuit indigitatâ; ſolutum filtra per chartam: poſt ad manum habe acetum diſtillatum, vel ſuccum Citri clarificatum; hunc guttatim ſolutioni ſuperinfunde, celeri tamē & alto lapſu; ſic ſtatim tenellus ſubtiliſque puluiſculus præcipitabitur in fundum, ferè ſine omni acrimoniâ, qui deinde, euacuato priùs menſtruo, aquis cordialibus edulcorandus, ſiccandus, & ad vſum, vtpote verum & ſincerum lapidis Bezoartici Magiſterium, aſſeruandus eſt.

*Vires, Vſus, Doſis.*

NObiliſſimum hoc Magiſterium ita præparatum, in omnibus affectibus & ſymptomatibus

malignis, contraque omnia veneficia cordi infeſta, præſertim vbi qualitas calida, & putredo deprehenditur; adeóque in aliis omnibus, vbi vſus lapidis Bezoar dilaudatur, adhiberi & vſurpari poteſt, apud illos imprimis, qui naturæ ſunt tenellæ, nauſeantes medicamenta; nec minùs apud grauidas & infantes, cùm nec odorem, nec ſaporem ferè vllum habeat. Doſis eius in infantibus eſt, à 2.3. vſque ad 4. ℥. In Adultioribus verò pro diſcrimine ætatis & neceſſitatis, à 10. 12. ad 15. ℥. Datur in aq. deſtillatis & conuenientibus, prout Medico perito commodiſſimum videbitur.

## MAGISTERIVM CORALLORVM ROSATVM.

℞. *Aceti vini deſtillat.* ℔ iiij. *Roſar. rub. exſic.* ℥ j. Miſce & ſtent in infuſione, donec Tincturam rubicundiſſimam accipias, quæ filtrari debet: Atque in hac diſſolue Corallia rubra, vt eſt artis: Poſtea in hanc ſolutionem Sp. Vitrioli fac inſtillare, & mox puluis ſubrubeus ſeſe præcipitat, quem in vmbrâ, & non in ignis calore exſiccâ, & ſine omni edulcoratione, ne per illam acetoſitas Sp. Vitrioli tollatur, & Tinctura Roſarum abluatur, ad vſum reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MAgiſterium hoc in illis adhibetur & vſurpatur, vbi aliàs Corallorum rubeorum vſus communis in pretio habetur. Cor & Spiritus vitales confortat, & ab omni veneno præſeruat. Sanguinem purificat, putredini, aliiſque morbis omnibus

è ſanguine corrupto exiſtentibus reſiſtit. Modicè refrigerat, ſiccat, & contrahit: Vnde membra omnia interna, è calida intemperie debilitata, rurſus corroborat, & in bono valetudinis ſtatu conſeruat. In ſubuerſione Stomachi, vomitu, Hæmorrhagiâ narium, fluxu Hepatico, Suffocatione Matricis, Menſtruis ſuperfluis, fluxu albo Vteri, Abortu, Gonorrhœâ, Calculo Renum, Dyſenteriâ, cæteríſque alui profluuiis experimentum eſt maximè vtile. Doſis à gr. iiij. ad vj. in vehiculis appropriatis, & affectum propriè reſpicientibus.

## ANNOTATIO.

SImili modo, Magiſterium Corallorum Pæoniatum, ex floribus Pæoniæ, parare ſolemus, in Epilepſia, & aliis periculoſis affectibus; medicamentum valde commendabile, & laudabile. Et hoc etiam de aliis quibuſdam floribus intelligendum eſt.

## SCAMMONIVM ROSATVM.

℞. SP. Vitrioli cum Sp. Vini priùs rectificati ℥ iij. Roſar. rub. exſic. ℥ i ß. Infundantur donec Spiritus rubicundus euadat; quem per chartam filtra, & habes Spiritum Vitrioli roſatum. Poſtea cum hoc Spiritu diſſolue Scammonium crudum inſtar pultis, iterúmque exſicca, & hunc laborem vice ſecundâ & tertiâ repete. Tandem adde pauxillum S. Roſarum, & (piſtillo priùs Ol. Amygdal. dulc. illito) tere fortiter vt fiat maſſa; ex quâ deinde cum Ol. Stil. Roſarum & Cinnamomi formentur Trochiſci fra-

grantiſſimi & ſuauiſſimi odoris, qui per plurimos annos inuiolati ſeruari poſſunt.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Diuerſos humores, imprimis autem flauam bilem citra moleſtiam euocat, & à vaſis & ſanguine exhaurit: Hinc in multis morbis euacuatione egentibus magno cum fructu exhibetur: leniter enim & ſine omnibus torminibus aluum ſubducit. Doſis à granis xiij. vel xvj. ad xx. vſque. Formantur inde pilulæ, vel in puluerem poſt exſiccationem teritur, & in vehiculis appropriatis offertur.

## ANNOTATIO.

IN totâ Republicâ Spagyricâ, nobilius Scammonij correctorium inuenire hactenus haud potui. Teſtor ipſam experientiam. Hoc enim cætera omnia, immò ipſam Scammonij reſinam, ſuperat. Quia lentam, tenacem, viſcoſam & venenoſam ipſius malignitatem diſſipat, atque corrigit, & certas deiectiones promittit: quæ ſemper ex reſinâ aſſumptâ non ſequuntur.

---

## MAGISTERIVM SCAMMONII.

SPagyrica & vera Scammonij præparatio & correctio, quâ ſecretiores Medici vtuntur, hæc eſt: ℞. Scammonij ſelecti ſufficientem quantitatem, quam ſolue in S. V. ſophorum; poſt debitam filtrationem iterum in B. per alembicum ad medietatem

ſaltem abſtrahe, & aq. Roſaceæ, quantum ad præcipitationem requiri videbitur, affunde, & præcipitabitur reſina Scammonij puriſſima, abſque omni venenosâ acredine, nauſeoſo ſapore & odore omnino libera, quam remoto phlegmate ſicca, & ad vſum reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EX corpore humano vtramque bilem, aliósque humores diuerſos, ſine omni læſione & nauſeâ deducit: propterea vix mitius, ſuauius & nobilius catharticum in rerum naturâ inueniri poterit. Doſis à ℈ ß. ad ℈ j. in conſeruis vel aliis vehiculis appropriatis.

## MAGISTERIVM GVM. GHITTAJEMOV.

EAdem lege ex Gum. Peruuiano Magiſterium ſeu flores præparantur ad expurgandos ſeroſos & craſſos humores, catharticum incomparabile, quod magnifaciendum & ad vſum reſeruandum. Doſis à 10. 12. ad 15. g̃. & ℈ j. præſertim in robuſtioribus.

## GVMMI DE PERV ROSATVM.

℞. GVm. de Peru, ſeu Ghittajemou optimè pulueriſat. ℥ j. aq. Cichorei ℥ ß. Sp. Vitrioli rectificat. ʒ j. Hæc bene commixta, tabulæ vitreæ, vel vaſi Indico ſuperilline, loco calido (ſed non ni-

iùm tamen, aliàs nigreſcit ac deperit ) euaporare
ne; donec materia terreum colorem induat. Hanc
oſtea pulueriſa, & adde pulu. flor. Roſar. rub. ℥ j.
ant. rub. ʒ ij. Sp. Vini ſufficientem quantitatem af-
ude, per horas 24. circula, tum quando refrixit, per
artam filtra, & paulatim vſque dum ſiccetur, eua-
orare ſine: Et ſic extractum habes rubicundum,
alidæ ac præſtantiſſimæ efficaciç, ipſo etiam aſpectu
ulchrum & amabile, cùm Gummi per ſe, vel eiuſdem
agiſterium ob colorem ſuum iniucundè flaueſcen-
em, nauſeam facilè pariat. Quo fine etiam inuentum,
ullíque hactenus, niſi dignis, à me reuelatum &
ommunicatum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

A Seroſis humiditatibus totum corpus humanum ſine omni periculo & difficultate purgat. Vnde ngenti cum fructu & commodo in Cachexiâ, Hy- rope, Arthritide, Podagrâ, ſimilibúſque affectibus; ıti etiam in Scorbuto, & morbo virgineo, inſtar ſin- ularis experimenti, vſurpatur. Doſis à g̃. 15. ad 21. ræſertim in robuſtioribus.

## AMBRA MOSCHATA.

℞. *Ambræ griſeæ & puræ* ℥ j. *Moſchi odoratiſſ.* ʒ j. *Elæoſacch. Citri* ʒ ß. Miſce, & f. puluis ſubtiliſſimus, qui irroretur Sp. Roſar. ardente, & iterum exſiccetur; hic labor aliquoties repetatur: poſtea denuò ſubtili- ter teratur, & vſui reponatur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CAlefacit & ſiccat. Cerebrum confortat, corroborat, & omnibus ipſius affectibus ſuccurrit. Dolorem Capitis diuturnum mulcet. Albugines oculorum tenues detergit. Humidas oculorum defluxiones conſumit. Senibus & natura frigidis mirificè opem præſtat. Vino infuſa temuleatos efficit. Doſis à gran. iiij. ad vj. & viij. ad ſummum, in vino generoſo, vel in alio vehiculo appropriato.

## DIACINNAMOMVM REGIVM.

℞. *Succulatæ Indæ*, ℥ iiij. *Nuc. Moſchat. Indic. cond.* No. ij. *Syr. Cinnamomi noſt.* q. ſ. Miſce in formam Electuarij, & adde: *Conf. Alkermes*, ℥ j. *Ol. Cinnamomi* ʒ ß. *Ambræ moſchatæ, Margar. trochiſcat.* ana ʒ j. *Fol. Auri Virgar.* No. xxxi. Denuò miſce, & tanquam Regium & magnificentiſſimum medicamentum ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CAlidæ eſt facultatis. Cerebrum & cor ſupra modum confortat. Stomachi vitioſos humores diſcutit, & concoctionem iuuat. Syncopen & cordis palpitationem ſedat. Inflationem tumorémque Ventriculi prohibet. Flatus diſſipat. Colicos dolores à cauſâ frigidâ ſedat. Oris halitum commendat. Omnem putredinem impedit. Senibus, frigidis, & debilibus, & quibus humor natiuus, & calor naturalis imminuuntur, conuenit. Vires mirificè reficit. Sperma auget. Vim procreandi promouet; necnon ad Venerem moderatè ſtimulandam, libidinem ſuauiter excitandam, Coitum tutò augmentandum, experimentum Regium eſt. Doſis manè ante paſtum & veſperi in in-

[...]roitu lecti quantitas nucis auellanæ, plus minúſue, [...]ro ratione complexionis & ſexûs.

## MARGARITÆ TROCHISCATÆ.

℞. SAl. Perlarum Orientalium candidiſſimi, atque ab omni acetoſitate liberi, q. v. ſolue in aq. Roris Maialis ſupra triticum collectæ, vel in aliâ cordiali: ſolutioni guttatim immitte Sp. Vitrioli rectif. quantum ad præcipitationem requiri videbitur, & præcipitabitur puluis albiſſimus ad fundum, quem remoto phlegmate edulcora & exſicca, vt eſt artis; verum enim Margaritarum magiſterium habes.

℞. *Huius Magiſterij* ℥ j. *Ol. Roſar. veri, Cinnamomi*, ana ℈ i. Miſc. & cum tragacanth. in aq. Roſar. & Cinnamomi ana diſſolut. f. l. a. Trochiſci parui, quos theſauri inſtar cuſtodi, & ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD cordis affectus, vtpote dolorem, anguſtiam, tremorem, pulſationem, palpitationem, & animi deliquia, &c. Item in dolore Capitis, Vertigine, Epilepſiâ, Apoplexiâ, Paralyſi, Contracturis, Reſolutione neruorum, Conuulſione, Phrenitide, Melancholiâ, Maniâ, Arthritide, Podagrâ, Tabe, Ariditâ, Marcore ſenili, Calculo, Hydrope, Scorbuto, morbo venereo, Febribus, &c. ſummum eſt confortatiuum. Sanguinem enim purificant. Omnes ſenſus, Cerebrũ, Memoriam, & Cor confortant, totúmque corpus ſanum conſeruant. Naturam internam & fœtum in Vtero fortificant. Spiritus corroborant. Vires reparant. Semen humanum augent. Lac muliebre emendant. Oculorum nebulas detergunt. Catarrhos abſu-

munt, &c. Et Margaritæ hæ trochiſcatæ, à mul
Magnatibus, ex ordinatione noſtrâ, hactenus ſa
ſunt comprobatæ, inſtar ſecreti æſtimatæ, auróq
potabili in effectu æquiparatæ. Doſis pro naturâ i
firmi, & iudicio præſentis Medici, à ℥. vj. ad viij. i
vehiculis appropriatis & ſpecificis.

## ELÆOSACCHARVM CITRI.

℞. *Aq. Roſarum* ℔. xvj. *Cort. Citri ext.* ℔. j. Diſtill
per veſicam, ſepara oleum ab aquâ, rectifica, & a
vſum reſerua; poſtea ℞. *Sacchari cand. alb.* ℥ iij. *Ol. Ci
tri rectif.* ℥ ß. Miſce & habebis Elæoſaccharum Cit
odoratiſſimum. Eſt & alius ſecretior, Elæoſaccharu
Citri & Aurantiorum, parandi modus, videlicet e
eorum corticibus exter. & recentibus ſuccus oleoſu
expreſſus, & cum ſacchari Candi albi ſ. q. mixtus, &
bene incorporatus, quod Elæoſaccharum odore &
ſapore longè ſuauius, præſtantius, & paratu etiam
facilius eſt.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD Cordis & Ventriculi imbecillitatem iuuan
dam, concoctionem promouendam, Flatus diſ
cutiendum, ſalubre eſt. Inſuper Venenis aduerſatur
Oris halitum commendat & ſuauitatem accerſit
Vino etiam permixtum, illud ſuauiſſimo ſuo odore
& ſapore magnificè illuſtrat. Doſis à ℈ ß. ad ℈ j. in
vehiculis conuenientibus.

*ANNOTATIO.*

HAc viâ ferè ex omnibus aromatibus, Gummis
Corticibus, Herbis, Floribus & Seminibus
&c. Garyophyllis ſcilicet, Cinnamomo, Caſſiâ, lig.

Nuc. Moſcat. Mace, Pipere, Succino albo, Maſtiche, Maioranâ, Saluiâ, Rutâ, Lauendulâ, Flor. Chamomil. Roſis, Aniſo, Fœniculo, Angelicâ, Caruo, Cymino, Anetho, &c. & ſimilibus, Elæoſacchara talia, naturæ humanæ amiciſſima parari poſſunt.

## MAGISTERIVM PETROSELINI.

♃. Cineris Clauellat. vel Salis Tartari ℔ v. & cum aq. pluuialis ſ.q. fiat lixiuium forte & clarum; poſtea:

♃. Herb. Petroſelini in mediocri calore; & non in Sole exſiccat. & craſſiuſculè inciſ. q. v. Inde vitro, & affunde prædictum lixiuiū; Stent in digeſtione in loco tepido ad extrahendum Tincturam: Huic impraegnato & calido lixiuio, Aluminis crudi in aq. pluuiali diſſolut. ℔ v. calidè affunde, bene inuicem miſce, & præcipitabitur cum ebullitione Tinctura Petroſelini vera, & ſubuiridis: Quam diligentiſſimè edulcora, & ad vſum reſerua.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

EXcalefacit, incidit, menſes & vrinam longè prouocat, necnon flatus diſcutit, & calculum expellit. Doſis à ℥ vj. ad ℈ ß. & ℈ j. in vehiculis appropriatis.

### *ANNOTATIO.*

SImili modo Magiſteria, ſeu Tincturæ ſiccæ ſubuirides, ex Rutâ, Naſturtio, Mentâ criſpâ, Roremarino, Saluiâ, &c. extrahuntur, & ad vſum Medicum reponuntur.

# SECTIO II.
## DE TINCTVRIS LIQVIDIS.

### TINCTVRA CORALLORVM.

SPIRITVM mellis verum, Philoſophicè deſtillatum, non autem corroſiuum illum & venenatum vulgi, funde ſuper fragment Corallorum rubicundiſſima, per ſe pri Spagyricè, & quidem ſine igne calcinata, ad extrahen dum Tincturam, donec corpus album & quaſi mor tuum remanſerit. Extractiones omnes mixtas, poſt de bitam ablutionem & coagulationem in B. M. lent abſtrahe, & reſiduam eſſentiam rei ſolutæ, & non menſtrui ſoluentis denuò rectificatiſſimo vini ſpirit extrahe, vſquedum Tincturam rubicundiſſima Sanguinis inſtar acceperis, quam in formâ olei, al coholiſatam, ad medietatem cuocato, tanquam ve ram & genuinam Corallorum, & nequaquam ad Mellis Tincturam (vt multi hactenus, inuidioſè ſe cretum hoc occultando, ſomniauerunt) ad vſum reti nere poteris.

Vire,

*Vires, Vſus, Doſis.*

HAc nobiliſſimâ & pretioſiſſimâ Eſſentiâ hactenus ſe extulerunt Artifices Hermetici; Vſi enim ſunt eâdem contra Phantaſiam, Epilepſiam, & Melancholiam felici cum ſucceſſu & magno fructu: Quia mundificat & renouat pleniſſimè ſanguinem in toto humano corpore. Reſiſtit etiam omnibus defectibus ex putredine & corrupto ſanguine orientibus: omnéſque morbos internos radicitùs euellit. Confortat quoque ſeptem membra principalia, præſertim autem Cor & vitales Spiritus, quos contra virus & omnes malos & periculoſos caſus munit. Item omnes obſtructiones in præcipuis membris, Pulmone, Iecore, Splene, & Renibus mirificè reſerat, & inflammationes ſedat. Febrium æſtum compeſcit, earúmque materiam conſumit, &c. In vehementiſſimâ ſuffocatione Matricis, menſtruis ſuperfluis, Hydrope, Paralyſi, Scorbuto, Lue Venereâ, Leprâ, Dyſenteriâ, Gonorrhœâ, Spaſmo, & Sanguine concreto medicamentum diuinum eſt. Doſis à guttis vj. ad ℈ ß. & ℈ j. in vehiculis conuenientibus & morbos propriè reſpicientibus.

## TINCTVRA MARTIS.

℞. *SAlis Armoniaci*, p. ij. *Limatur. Chalybis*, p. j. Miſce & per retortam, ſecundùm gradus deſtilla, primùm lento, deinde fortiori igni, ſic Martis eſſentia remanet in fundo, hanc exime, & optim. edulcora, vt ab omni Salis Armoniaci acredine ſit libera: poſtea materiam hanc edulcoratam cucurbitulæ immitte, &

cum Spiritu Vini extrahe tincturam; cùmque deſi[…] tinctio, Spiritum tinctum exime, & per alembicum abſtrahe, vſque ad medietatem; reliquum manen[…] cum eſſentiâ extractâ, per chartam filtra, ídque ipſum, vtpote veram Martis tincturam ad vſum aſſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HÆc Tinctura Martis, ſingulare experimentum eſt in omnibus obſtructionibus Hepatis & Lie[…]nis. Item in Melancholiâ hypochondriacâ, Quarta[…]nâ, Cachexiâ, Hydrope, morbo Virgineo, Scorbuto, Menſibus ſuperfluis & retentis, &c. Doſis à gut. vi. a[…] ℈ ß. in Vino, vel Syrupis, vel decoctis, vel aliis liquo[…]ribus conuenientibus, vt vires eiuſdem eò meliùs pe[…]netrare, etiam ad remotas corporis partes & angulo[…] poſſint. In vſu autem eiuſdem, corpus ab humoribu[…] peccantibus ſæpiuſculè, decenter & leniter purgan[…]dum, & ſimul bona diæta obſeruanda.

## TINCTVRA ANTIMONII.

℞. VItrioli ad rubedinem debitè calcinat. q. v. ſuperfundatur acetum deſtillatum, Stent loco calido per biduum aut triduum, aufer tinctu[…]ram per inclinationem, filtra, & menſtruum para[…]tum eſt. Poſtea ℞. Antimonij crudi q. ſ. optimè puluериſa, & affunde menſtrui iam dicti ſ. q. dige[…]rantur vt eſt artis, donec flauedo in menſtruo ap[…]pareat, aufer & recens affunde, vſque dum omnis tinctura extracta fuerit. Hoc facto, omnes depletio[…]nes mixtas ad ſpiſſitudinem mellis deſtillentur; tan[…]

46
dem cum Sp. Vini de nouo extrahe, & ad medietatem iterum abſtrahe, tunc ſubrubeam tincturam retinebis, quam ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Epilepſiâ, Melancholiâ, Maniâ, Philtris, & Venenis hauſtis, Peſte, Febribus acutis, &c. mirè operatur. Doſis, grana vj. in vehiculo conuenienti.

## TINCTVRA SVLPHVRIS.

FLores Sulphuris extrahe cum Spiritu Terebinthinæ, more vſitato, quo facto, Spiritum paulatim euaporare ſine, donec reliqua exſiccentur: exime tunc materiam illam exſiccatam, redige in puluerem, & hinc cum Spiritu Vini rectificato Tincturam extrahe, & deſinente tinctione, Spiritum tinctum, cùm deliquaueris, miſce affundendo, quantum illius eſt, de aquâ noſtrâ pectorali, & aliquot diebus loco calente, vt digerantur, repone: Poſtea Spiritum Vini in B. M. lento igne abſtrahe, & ſic Tinctura Sulphuris, remanet in aquâ pectorali. Hanc aufer per inclinationem, & ad medietatem ſeu oleitatem ſaltem euaporare ſine, reliquum per chartam emporeticam filtra, & ad vſum communem ſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HÆc Tinctura non ſolùm pectus ab omni humore craſſo, organa reſpirationis obturante, tuſſim & anhelitûs difficultatem cauſſante, liberat; ſed pulmonum etiam & vicinarum partium apoſte-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0105-6

mata in thorace purgat, earumdémque curationem promouet, anhelitum tardum & facilem reddit, caputque frigefactum, conſumptis catarrhis delabentibus, refouet, ſiccat & corroborat. Inſuper Colicos dolores ſedat. Omni putredini reſiſtit. Magno etiam cum fructu in peſtis humidæ contagio adhibetur, ſed hominibus præſertim plebeiis, vili & vulgari victu multas humiditates prauas in ſanguine colligentibus, ideóque infectioni huic magis quàm alij ſubiectis & obnoxiis. Doſis ordinaria eſt à v. vj. vij. vſque ad x. guttulas, in vehiculis appropriatis.

## TINCTVRA TARTARI.

℞. Salis Tartari, frequenti ſolutione & coagulatione ſummè depurati, quantum vis; affunde opt. Sp. Vini alkoholiſatum ad eminentiam trium vel quatuor digitorum: Pone in digeſtione per aliquot dies, quotidiè aliquoties, vt decet, mouendo, ſed cauendo, ne Spiritus Vini vitrum rumpat, & tingetur colore rubicundiſſimo. Poſtea tinctum Spiritum aufer per inclinationem, & recentem affunde, tamdiu, donec non ampliùs tingatur, vel omnis tinctura extracta ſit. Vltimò Spiritum Vini tinctum, ſimúlque mixtum filtra, & ad vſum reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Veſicam & Renes à ſuperfluis liberat, atque calculos, vrinam largiter mouendo, & ſanitatem conſeruando, rumpit, conterit, farinæque inſtar expellit. Omnes etiam obſtructiones & putrefactiones,

præ omnibus ferè aliis medicamentis & Arcanis, totum penetrando & roborando corpus, egregiè tollit. A Paralyſi & Podagrâ præſeruat, ſi bis quotidiè exhibeatur, manè ſcilicet & veſperi, per ſe vel in liquoribus ſpecificis. Inſuper in rectificatione Sanguinis, dolore Capitis, Hydrope, Eryſipelate, Icteritiâ vtraque, Colicâ, Leprâ, Lue Venereâ, Scabie, Pruritu, Serpigine, Lentigine, Menſibus retentis, Pleuritide, Puncturis laterum, Febribus, Contracturis, Arthritide, cæteríſque morbis tartareis & aliis venenatis, &c. multum facit, & eſt medicamentum nunquam ſatis laudatum. Doſis à Cochl. ß. ad integrum, per ſe, vel cum vehiculis appropriatis, quæ tamen doſis, habitâ ratione ætatis, ſexûs, complexionis, & conſimilium circunſtantiarum augeri minuúue poteſt.

## TINCTVRA LACCÆ.

℞. GVm. *Laccæ ſubtiliter pulu.* ℥ ß. *Aluminis vſti* ʒ ij. Mixtis affunde Aq. Lap. Medicament. cum aq. Saluiæ & Roſar. fact. ℔ iij. Stent in digeſtione, donec perfectè tingantur; poſteà filtrentur, & tinctura rubicundiſſima ad vſum communem ſeruetur.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

IN gingipedio morbo, ſeu Scorbuto oris, experimentum eſt; Gingiuarum enim laxitatem, putredinem, & fœtorem oris, curat, & carnem amiſſam reparat: præſertim quando hac Tincturà gingiuæ laxæ, flaccidæ, & ſanguinolentæ frequenter fricantur & abluuntur.

## TINCTVRA PROPRIETATIS.

℞. SP. *Vini anſati* ℥ xvj. *Elix. proprietatis* ℥ j. *Conſ. Alkermes* ℥ ß. *Flor. tunicæ rub.* ʒ j. Stent in digeſtione, donec perfectè tingatur; poſtea Spiritum tinctum & filtratum ſacchari candi alb. ſ.q. edulcora, & ad vſum reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Melancholiâ, Hemicraniâ, Vertigine, Paralyſi, Catarrho, Aſthmate, Tuſſi, Ventriculo debilitato, Cardialgiâ, Quartanâ, Calculo, &c. medicamentum eſt illuſtre. Inſuper eos confortat, Canitiem retardat, & lætitiam adfert, &c. Doſis à ʒ j. ad ʒ ij. in vehiculo conueniente & ſpecifico.

## TINCTVRA BAC. IVNIPERI.

℞. BAc. *Iuniperi rec. & craßiuſculè contuſ.* ℔ j. *Sem. Aniſi cont.* ℥ iiij. *Rad. Angelicæ* ℥ j. *Lig. Nephritici* ℥ ß. *Macis elect.* ʒ ij. Mixta infundantur in Vini Maluat. ℔ viij. Stent in infuſione per 14. dies, quotidiè aliquoties mouendo; Poſtea B. M. deſtillentur, & cum hoc deſtillato liquore ex Bac. Iuniperi Tincturam extrahe, vt eſt artis: quæ deinde filtretur, & parum edulcorata ad vſum ſeruetur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EXcalefacit, aperit, attenuat, & diſcutit. Stomacho vtilis. Contra Pectoris vitia, Tuſſim infla-

tiones, Tormina, & Serpentum ictus efficaciſſimè bibitur. Venenis mirificè aduerſatur; quare Peſtilentiam arcet hauſta. Calculos quoque è Renibus pellit. Vrinam ciet: Vnde ruptis, conuulſis & Vuluæ ſtrangulatui ſubuenit. Doſis à Cochl. j. ad tria, manè ieiuno Stomacho.

## TINCTVRA PAPAVERIS ERRATICI.

℞. *Conſ. Flor. Papaueris errat.* ℥ j. *Flor. Papau. errat. Sp. Vitrioli irrorat.* ʒ j. Miſc. & cum aq. ex ſucco prædictorum florum deſtill. ℥ xxx. extrahatur Tinctura rubicundiſſima; quam poſtea filtra, & adde: *Syr. è ſuc. flor. Papau. errat. parum Vitriolat.* ℥ viij. Miſce & ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN defluxionibus calidis, tenuibus, & acribus, aſperam arteriam & fauces exaſperantibus, inſomniámque facientibus, quàm maximè valet: Tuſſim quoque indè natam; nec non Catarrhum & Phthiſin ſedat, refrigerat, atque ſomnum conciliat. In pleuritide & puncturis laterum ad dolorem mitigandum, inflammationem reſoluendam, ſudorémque eliciendum admirabile præſidium eſt. Inſuper ad alui profluuium & dyſenteriam ex materiæ acris & bilioſæ affluxu excitatam, valdè prodeſt. Doſis ab ℥ j. ad ℥ ij. per ſe vel cum aliis vehiculis idoneis.

## TINCTVRA CASSIÆ LIGNEÆ.

℞. AQ. *Cinnamomi cum Vino Maluatico, vel alio generoſo diſtillat.* ℔ j. *Caßiæ ligneæ veræ,* ℨ vj. Stent tamdiu in digeſtione, donec perfectè tingantur; poſtea filtra, & ad vſum reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

OMnibus frigidis affectibus idonea eſt. Stomachum, Iecur, Lienem, Pulmonem, Cor, Cerebrum & neruos roborat. Viſum acuit. Venenis, Venenatíſque ictibus ac morſibus prodeſt. Halitûs gratiam commendat. Menſtrua ac lotium educit. Nauſeam ſedat. Faſtidientem Stomachum iuuat. Omnibus tandem morbis auxiliatur, vbi calefacere, reſerare, attenuare, digerere & confortare velimus. Qui tamen calidiori ſunt temperamento, cordis præſertim, aut aliquarum in meſenterio, cæteríſue locis partium inflammatione laborant, eâ temerè non vtantur.

## TINCTVRA HYPERICI.

℞. SVc. *Herb. & flor. Hyperici exp. & depurat.* ℔ ij. *Anagallidis cum florib. purpureis exp. & depurat.* ℔ j. *Sang. Aſinini ex venis poſt aures ext.* ℔ ß. *Flor. Bugloſſæ, roſar. rub. Anthos.* ana ℨ vj. *Conf. Alkermes, Caßiæ ligneæ,* ana ℥ ß. *Croci Or.* ℨ j. Infundantur per noctem, & B.M. deſtillentur ad ſecundum cohobium. ℞. *Huius aq.* ℔ ij. *Eſſ. flor. Hyperici cum ſp. Vini ext.* ℥ ß. Stent in loco

49
tepido per noctem, manè aliquoties filtrentur, donec Tincturam rubicundiſſimam, rubini inſtar accipies; quæ ſacchari candi alb. ſ. q. edulcoranda, & ad vſum ſeruanda.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Melancholiâ, Mania, Dementiis, faſcinationibus, & incantationibus, necnon in imminutâ & abolitâ Phantaſiâ, & ratiocinatione, hæc aqua valde ſecreta eſt: imbecillitatem enim, hebetudinem, ſtupiditatem torporémque mentis, & tarditatem ingenij emendat, & quantum per artem licet, corrigit, & omnes imaginationum affectus feliciter tollit. Inſuper Vrinam ciet. Menſtrua pellit. Tertianis & quartanis ſuccurrit. Morbis quoque Renum & Veſicæ prodeſt. Doſis à cochl. iij. ad iiij. bis in die, manè ſcilicet ante Solis ortum, & veſperi eundo cubitum.

## TINCTVRA VITÆ.

℞. SP. *Vini ſimpl.* ℔ vj. *Aq. Roſarum opt.* ℔ iij. *Cort. Arantiorum, Citri, Roſar, rubear. exſic. Mentæ criſp. Meliſſæ, Santali Alb. Cinnamomi*, ana ℥ ß. *Lig. Aloës, Macis*, ana ʒ ij. *Sem. Angelicæ, Coriand. Aniſi, Fœniculi*. ana ʒ j ß. *Spicænardi, Galang. min. Croci Orient. Cardamom. min. Caryophyllor*, ana ʒ ß. *Ambræ griſeæ, Moſchi Alexād.* ana ℈ ß. Stent in digeſtione per octiduum; poſteà per alembicum deſtillentur.

℞. *Sp. euocati*, ℔ vij. *Caßiæ, Ligneæ veræ*, ℥ ij. *Conf. Alkerm.* ℥ ß. *Croci Orient.* ℈ j. Digerantur, donec perfectè tingantur, poſtea ſpiritus tinctus cum Sacch.

candi alb. ſ. q. in phlegmate proprio diſſolut. edulcoretur & ad vſum ſeruetur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

SVâ odoris eximiâ gratiâ Cor & Spiritus reficit, exhilarat, & vitam prolongat. Cerebrum, & Stomachum confortat. Ventriculi calorem auget. Robur firmat. Flatus diſſipat. Concoctionem iuuat. Tormina ventris ſedat. Inteſtina ſana conſeruat; necnon ad frigida Thoracis, Hepatis, & Lienis vitia valdè vtilis eſt. Doſis à Cochl. j. ad Cochl. ij.

---

## TINCTVRA LIGNI GVAIACI.

♃. R *Aſ. Lig. Guajaci*, ℥ iiij. *Maſtichis elect.* ℥ j. *Lig. Aloës reſinoſ.* ʒ j. *Flor. Tunicæ exſic.* ʒ ß. Mixtis ſuperaffundatur Sp. Vini ſ. q. ad extrahendum tincturam, quæ poſteà filtrata ad vſum ſeruetur.

*Vires, & Vſus.*

CVm hac Tincturâ ſæpius quotidie abluantur os & dentes dolentes, dolorem enim plerumque à Capitis defluxionibus ortum, ſiſtit, Catarrhum inhibet, fœtorem & putredinem oris aufert, eiúſque halitum emendat. Temporibus etiam Empl. de Gum. Elemi vel Maſtiche factum, ſimul applicetur, quod tamen ante applicationem optimè calefiat. Item poſt exſpuitionem ſemper os decocto aniſi diligenter abluatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0112-4
DFG

## TINCTVRA LIGNI SASSAFRAS.

℞. *AQ. Fontanæ bene coct. & adhuc ſummè calidæ*, ℔ viij. *Lig. Saſſafras in taleolas tenues inciſ.* ℥ ij. Stent in infuſione per noctem in ollâ nouâ vitreatâ & bene coopertâ; donec per ſe refrigeſcant: Manè per chartam filtrentur, & colatura clara cum Tinct. Caſſiæ Ligneæ parum aromatizetur, & ad vſum pro potu quotidiano ſeruetur.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

CAtarrhoſis & Arthriticis Nectar eſt: Ob ingentem enim ſiccitatem & moderatum calorem eſt remedium excellens ad omnis generis defluxiones, quas radicitus abſumit, necnon calculum eiicit. Flatus diſcutit. Vterum ad conceptionem pręparat. Menſes prouocat. Concoctionem iuuat. Vomitus cohibet, & aluum ſubducit. Sed iis, qui extenuati ſunt & imbecilles, non conuenit. Doſis propriè non obſeruatur, ſed patiens ad libitum bibat, continuando per aliquot ſeptimanas.

## TINCTVRA ODONTALGICA.

℞. *RAſ. Lig. Guajaci*, ℥ ij. *Saſſafras, Sarſ. Parill.* ana ℥ j. *Rad. Pyrethri, Aluminis crud. Nitri præp.* ana ℥ ß. *Sem. Staphidagriæ, Hyoſcyami*, ana ʒ ij. *Opij ſpagyricè præp. Garyophyll.* ana ʒ i ß. *Serpylli, Origani, Croci Or.* ana ʒj. Miſce & f. puluis, quem inde vitro, & ſuperfunde Sp. V. ſimpl. & aceti vini ana ℔ i ß, & f. Tinctura,

*Vires, & Vſus.*

DE hac Tincturâ tantillum calidè in ore contineatur, loco illo, vbi ſunt dolentes dentes; poſtea iterum exſpuatur, & reiteretur, ſi opus eſt; efficaciſſimè omnes dentium dolores etiam acutiſſimos, affluxûs inhibendo, ſedat atque placat. Immò mirabiliter extrahit humores illapſos: ab initio quidem videtur ſæpiùs dolor augeri, ſed paulò poſt mitigatur & deſinit.

## TINCTVRA VTERINA.

℞. *Bac. Chamæactes, Sambuci*, ana ℥ iiij. *Rad. Bryoniæ*, ℥ j. *Herba Majoranæ*, ʒ j. Miſc. & affunde aq. Hyſteric. Lit. A. dictæ ſ. q. Adde etiam aliquot guttulas Sp. Vitrioli, & fiat digeſtio in B. M. per aliquot dies, vſque dum Tincturam rubini inſtar accipias, quam ad vſum reponas.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MAnifeſtiſſimam hyſtericam & Cephalicam vim habet: propterea omnes ſuffocationes & ſtrangulationes vteri, etiam periculoſiſſimas; nec non præcordiorũ compreſſiones & dolores tollit. Doſis à Cochl. ß. ad Cochl. j. per ſe, vel in aq. ſingulari hyſtericâ.

## TINCTVRA DIAPHORETICA.

℞. *Sp. Vini ex confectione Bezoartici ſolaricis noſt. reſidui, Flor. Sambuci rectif.* ana ℥ iiij. *Tartari ali-*

*quoties rectif.* ℥ iij. *Vitrioli opt.* ℥ j. *Conf. Alkermes*, ʒ vj. Digere per aliquot dies, ſæpius mouendo, vſquedum perfectè tingatur; poſtea liquor tinctus & filtratus ad vſum reponatur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Peſte, putredine, morbis capitis, Paralyſi, rectificatione ſanguinis, tremore Cordis, Cachexiâ Hydrope, Ictero, Aſthmate, Pleuritide, Anginâ, pũcturis laterum, Lue Venereâ, Leprâ, Vermibus, contracturis, menſibus retentis, febribus, &c. ſingulare eſt medicamentum: membra enim principalia confortando, ſuperfluitates conſumendo, noxia corrigendo & expellendo, omnes neruos, muſculos & medullam vi ſuâ diaphoreticâ penetrat; necnon omnia in priſtinum naturalémque ſtatum reducit. Doſis à Cochl. dimidio ad integrum, in aq. Card. bened. Sambuci, jaceæ, &c.

## TINCTVRA STYPTICA.

℞. VItell. *ouorum ad duritiem coctorum*, N°. xxj. *Conſ. rad. Conſolid. major. Flor. Papau. errat.* ana ℥ iiij. *Raſ. Coll. Piſcium, Nuc. Moſchatæ, Gum. Arabici*, ana ℥ ii. *Cap. Papau. alb. cum ſeminibus, Flor. Vrticæ mort. rub. Suc. Acaciæ*, ana ℥ j. Miſc. & infundantur per 24. horas in Vini rubri ſtyptici ℔ vj. poſtea adde Aq. Hypnoticæ noſt. ℥ x. miſc. & in B. M. deſtillentur.

℞. *Liquoris ſtillatitij*, ℔ iiij. *Sang. Draconis Sp. Vitrioli parum irrorati*, q. ſ. Miſc. donec perfectè tingatur; deinde filtra, & tinctura rubicundiſſima Syr. è ſuc. flor. Papau. errat. priùs edulcorata, ad vſum ſeruetur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN omnibus alui fluoribus, nempe Dyſenteriâ, Diar-
rhœâ, Lienteriâ, Teneſmo, &c. valdè vtilis, & ma-
gnæ efficaciæ eſt. Doſis ab ℥ ij. ad ℥ iij.

# SECTIO III.
# DE EXTRACTIS.

## *BEZOARTICVM SOLARE.*

℞. THERIACÆ *Andromachi. Mithrid. Da-
moc.* ana ℥ viij. *Raſ. Lig. Guajaci, Saſſa-
fras*, ana ℥ vj. *Bac. Iuniperi, Rad. Enulæ
camp. Angelicæ*, ana ʒ iiij. *Vincetoxici,
Zedoariæ, Tormentillæ*, ana ℥ ij. *Serpenta-
riæ, Imperatoriæ, Valerianæ, Scorzoneræ, Diptam. alb. Petaſi-
tis*, ana ℥ j. *Maſtichis elect. Myrrhæ rub. Lig. Aloës pond. Ca-
lami aromat. Cardamomi min. Zingib. alb. Cubebarum, Croci
Orient. Macis*, ana ʒ vj. Pulueriſata & mixta opt. Sp.
V. ſecundùm artem Spagyricam extrahantur, ac Spi-
ritum ab eſſentiâ extractâ in lento balnei calore ab-
ſtrahe, donec craſſamentum inſtar mellis in fundo
relinquatur; poſteà adde: *Confect. Alkermes*, ℥ j.

*Bezoart. Iouial. Diaphoret. mineral. Lap. Bezoar. Or.* ana ℥ ß. *Corn. Alcis & Cerui ſpagyricè calcinator. Cinnabaris nat. præp. Terræ Sigillatæ, Flor. Nitri*, ana ℥ iij. *Vnicorn. Mineralis, Solaris, Animalis*, ana ℥ jß. *Sal. Margarit. Or. Corallor. rub. Flor. Benzoin, Lact. Sulphuris*, ana ℥ j. *Sal. Veronicæ, Scabioſæ, Scordij*, ana ℈ iiij. *Lap. 5. pretioſor. præp. Oſſ. de Corde Cerui, Serpentum*, ana ℥ ß. *Ambræ griſeæ, Moſchi laudat.* ana ℈ j. Omnia diligenter incorporentur, & demùm immiſc.

Ol. *Stil. Roſarum veri, Sem. Angelicæ, Aurantiorum, Succini albi, Caryophyllorum, Nuc. Moſchat. Cinnamomi, Camphoræ. Rutæ hort. Citri rect.* ana ℥ j. Denuò miſc. & redigantur in formam iuſtæ conſiſtentiæ, & ſalem è fæcibus calcinatis arte extractum maioris efficaciæ ergò admiſcere poteris.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

IN variis & ferè omnibus morbis ſummum arcanum, immò efficaciſſimum medicamentum eſt, contra omnia metallica, animalia, & vegetabilia venena; vtpote: Mercurium ſublimatum, Arſenicum, Napellum, Cerebrum felis, Toxica, Philtra, Virus aranearum, Viperarum, Serpentum, Scorpionum & Bufonum, &c. quæ à corde & cæteris membris principalibus per ſudorem virtuoſiſſimè expellit, totúmque corpus penetrat & conſeruat. Valet quoque poſt debitum purgans, in omnibus putrefactionibus & ſuperfluis humiditatibus corporis vndecunque proueniant: Cachexiâ, Hydrope, &c. In Eryſipelate, (ita tamen vt in robuſtioribus venæ ſectio præcedat) ſudore Anglico, Puncturis late-

rum, Variolis, Morbillis, Aſthmate, Melancholiâ, Lue Venereâ, Obſtructionibus & doloribus Hepatis & Lienis, Leprâ, Contracturis, longis & obſtinatis morbis, &c. Item in Arthritide, Podagrâ, Gonagrâ, Iſchiaſi, Febribus, Menſibus retentis, Icteritiâ, necnon in Iliacâ & Colicâ paſſione, &c. ſingulare & incomparabile eſt experimentum. In Peſte, morbo Vngarico, & in omnibus morbis Epidemicis ſecretum magnum eſt, quod ad miraculum, ægrotantium teſtimonio, operari ſolet: Eſt enim veneni totius corporis, vt ſummatim dicam, vniuerſalis euacuatio. In Apoſtemate, Anthrace, Carbunculo, Pleureſi verâ, doſis vna adminiſtretur; deinde exactis quinque horis alteram exhibe, & qui illam horam attingit, vt tertiam doſin accipiat, de felici reſtitutione nequaquam dubitet. Si autem æger medicamentum vomitu rejiciat, mox illud repetendum; immò etſi illud retineat, ſemel exhibere non ſufficit, ſed vt venenum peſtilens planè è corpore eiiciatur, omninò neceſſarium eſt Alexipharmaca & ſudorifera intra biduum quinquies vel ſexies repetere: Quod cùm ſæpè negligatur, quàm plurimi, qui ſeruari poſſent, moriuntur, & nobiliſſima etiam remedia infamantur. Inter ſudandum æger reficiatur Conſ. Roſar. vitriolat. Acetoſ. Rob. Ribium, Succo & Syrup. Citri, Granator. aq. cordialibus, & ſimilibus, &c. & à ſomno æger abſtineat, donec bis ſudauerit. Finito ſudore linteis mundis & moderatè calentibus totum corpus exſiccetur, diligentérque videndum ne aëre frigido occurrente venenum expulſum intrò recedat; linteamina quoque & tegumenta lectorum mutentur. Si autem æger ſudore defatigatus fuerit, vtatur ci-
bi

bis confortantibus & reficientibus, vt ouis recentibus, iuſculis carnium, Ptiſanâ, & aliis, qui ſunt molles & in paruâ quantitate multùm nutriunt. Doſis à ℈ ß. ad ℈ j. Verùm correptus Peſte, ſiue extremè deſperatus, ſtatim ab initio ʒ ß. vel ℈ ij. ex aq. Corn. Cerui noſt. vel Theriacali, aut Card. benedicti, aut alio appropriato vehiculo aſſumat, & ſudet; potentiſſimè venenum è centro foras vi ſuâ diaphoreticâ pellit: videbitis enim totum corpus ſudore diffluere. Pro quo diuino auxilio nomen Domini ſit benedictum.

---

## AVREA HADRIANEA.

℞. *Extractorum ſequentium cum aceto diſtillato factorum: Theriacæ Venet. Mithridatij, Gran. Alkermes,* ana ℥ j. *Rad. Anthoræ, Enulæ camp. Angelicæ,* ana ℥ ß. *Scordij veri, Croci Orient. Vuar. Lupinar.* ana ʒ iij. *Corn. Cerui & Alcis ſpagyricè calcin. Bol. rub. cum Suc. Citri præp. Terræ ſigillatæ, Lap. Bezoar. Or. Diaphoretici min. Bezoart. Ionial.* ana ʒ ij. *Hyacinth. præp. Smarag. præp. Sal. Abſinthij Pont. Card. Bened. Centaur. min.* ana ʒ j ß. *Mag. Perlar. Or. Corall. Or. rub. Oc. Cancri,* ana ʒ j. *Oſſ. de corde Cerui, Serpentum. Vnicorn. Animal. Ext. Lig. Aloës,* ana ʒ ß. *Ol. Stil. Succini alb. rect. Camphoræ Zedoariæ. Roſar. veri,* ana ℈ j. *Caryophyllorum, Cinnamomi, Citri rectif. Angelicæ, Rutæ,* ana ℈ ß. Extracta miſce diligenter, vt inuicem bene vniantur, & poſtquam probè mixta fuerint, adde olea reliquóſque pulueres tenuiſſimè tritos; quos paulatim inſperge, tepidè miſcendo in formam extracti.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ANtidotus hæc à pretio & virium præſtantiâ Aurea dicitur, & in virtute & operatione Bezoartico noſtro Solari quàm proximè accedit, & paratu etiam eſt facilior. Imprimis contra Peſtem, morbos Epidemicos, & aduersùs omnia venenorum genera, præſtantiſſimum eſt remedium. Quicunque enim in Peſte hanc medicinam vſurpauerit, eamque retinuerit, & deſuper ſudauerit, poſt Dei prouidentiam, euadet. Infectus autem vtatur à ʒ ß. ad ʒ j. in ſummâ neceſſitate, & in lecto operatio expectetur; & ſomnus, dum ſudant, inhibendus, quem Medici quàm plurimi ante 24. horarum ſpatium, præſertim Anthrace & Bubone apparentibus, non concedunt; qui tamen, cùm vires reſtauret, & in ſomno ad exteriora potiùs quàm interiora calor feratur, non vltra modum inhiberi debet: Neque ægri per vim ad ſudores, niſi ſponte erumpant, impellendi; cùm & ſine eo, ex huius Alexiterii vſu, per inſenſilem tranſpirationem, fiat euacuatio, & peſtifera illa vis retundatur, quod in omnibus Diaphoreticis exhibitis obſeruandum. Inſuper Epilepticis, Apoplecticis, Hemicranicis, Cephalicis, Vertiginoſis, Spaſmaticis, Paralyticis & Melancholicis benefacit. Aſthmaticis, Cardiacis, Lienoſis, Hepaticis, Hydropicis, Hæmoptoicis, Dyſentericis, Cœliacis, Colicis, Iſchiaticis, Podagricis; necnon Febribus Quotidianis, Tertianis, & Quartanis præſenti eſt auxilio. Doſis à ℈ ß. ad ℈ j. & ʒ ß. in vehiculis appropriatis & ſpecificis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0120-8

## EXT. PANCHYMAGOGON.

℞. *F*Ol. *Senæ elect.* ℥ viij. *Pulp. Colocynthid. Rad. Turbith. alb. Hellebori nigri*, ana ℥ iiij. *Mechocannæ, Hermodact. alb. Elaterij veri, Ialappæ reſinoſ.* ana ℥ iij. *Aloës roſatæ, Rhabarb. elect. Bacc. Ebuli*, ana ℥ ij. F. ſecundùm artem ſpagyricàm Extractum iuſtæ conſiſtentiæ, cui adde:

*Scammonij roſat. Acidi Tartari.* ana ℥ j. *Ol. Caryophyllor. Cinnamomi, Fœniculi, Maſtichis, Chamomillæ, Arantiorum, Macis*, ana ℈ j. Miſc. & in fòrmâ pilulari ad vſum repone.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

CAtharticum eſt vniuerſale, omníque ætati vtile: Quia tam in genere quàm in ſpecie omnes ſuperabundantes & moleſtantes humores, quibuſcunque corporis partibus & anfractibus deliteſcentes, ſuauiter & citra vllam nauſeam expurgat. Doſis à ℈ j. ad ℈ ij. & ʒ j. præſertim in robuſtioribus.

## EXT. POLYCHRESTVM.

℞. *A*Loës roſatæ, *Fol. Senæ elect.* ana ℥ iiij. *Hermodact. alb. Turbith. alb. & gum. Ialappæ*, ana ℥ iij. *Hellebori nigri, Mechoacannæ, Troch. Alhandal.* ana ℥ ij. *Gum. Peruuiani, Myrrhæ rub. Maſtichis elect. Ammoniaci, Sagapeni, Opopanacis, Sarcocollæ*, ana ℥ j ß,

*Agarici trochiſcat. Bac. Ebuli exſic. Rhabarb. elect.* ana ℥ j. *Myrob. Citrinor. & Indor. Polypodij quercin. Epithymi opt. Sem. Cymini, Flor. Stæchad. Arab.* ana ℥ ß. *Caſtorei veri, Spicæ Indicæ, Caryophyllor.* ana dra. ij. Mixta extrahantur l. a. opt. Sp. V. & fiat iuſtæ conſiſtentiæ Extractum pro pilulis noſtris polychreſtis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VOcatur polychreſtum, quòd ad multos affectus corporis præter naturam ſit vtile, & omnes humores purget. Doſis à dra. ß. ad dra. j. per ſe vel cum aliis Catapotiis mixtis. Acuitur cum Scammonio noſtro roſato.

## EXT. SPECIFICVM HYDROPICVM.

℞. SVc. inſpiſſ. rad. Ireos noſt. Elaterij veri, ana ℥ viij. Miſc. & Sp. Vini in quo Spec. Diarrhod. Abbat. maduerint. ſ. a. extrahe; & extractionem ſeorſim cuſtodi; deinde: ℞. *Pulp. Colocynthid. Rad. Turbith. alb. & gum. Hellebori nigri*, ana ℥ iiij. *Rhabarbari elect. Ialappæ gummoſ. Mechoacannæ*, *ana* ℥ ij. Cort. *int. rad. Sambuci, Iuglandis, Frangulæ*, ana ℥ j. *Herb. Gratiolæ, Fumariæ, Gran. Coccognidij, Bac. Ebuli*, ana dra. vj. Miſc. & ſimiliter cum Sp. V. rectif. in quo priùs Spec. Diacubebæ maduerint, extrahantut: poſtea omnes extractiones mixtæ in lento B. calore abſtrahantur, quoad craſſamentum inſtar pultis in fundo relinquatur, & tunc demum adde: *Mag. Ghittajemou, Scammonij roſati*, ana ℥ j. *Tartari vitriolati, Hyacint. præp.* ana

℥ ß. *Croci Metallor. Abſinthiac. Mercurij vitæ*, ana dra. ij. *Spirit. Vitrioli rect.* dra. j. Hæc omnia ſubtiliſſimè & ſeorſim pulueriſata incorporentur fideliter, & circa finem immiſce: Oleor. Cinnamomi, Caryophyllor. Macis, Chamomillæ, Arantior. Mentæ criſp. ana dra. ß. Et fiat ſ. a. Extractum ſeu maſſa iuſtæ conſiſtentiæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

SPecificum eſt Hydropicum; principaliter enim ad ſeroſum Hydropicorum excrementum purgandum, omnes ſuperfluas humiditates expellendum, aquam flauam emittendam, & materiam tumoris diſcutiendam inuentum & accommodatum eſt. Morbos etiam omnes ab humore ſalſo & vſto natos; Elephantiaſin, Pſoram, Lepram, Cancrum, Impetiginem, Serpiginem, Vlcera maligna, & fiſtuloſa præcauet & curat. Exhibetur in aurorâ matutinali, & cũ cautelâ, quoniam eſt Catharticum forte, phlegma, pituitam, ſeu aquoſitatem omnem à toto corpore validiſſimè purgans.

## EXTRACTVM DIASENÆ.

℞. FOl. *Senæ elect.* ℥ iiij. *Rad. Ialappæ, Polypodij*, ana ℥ ß. *Agarici alb.* ℥ ij. *Hellebori nigri præp. Rhabarb. elect.* ana ℥ j. *Sem. Fœniculi.* ℥ ß. *Cinnamomi, Schænanth.* ana dra. ij. *Zingib. alb. Zedoariæ*, ana dra. j. Macerentur in ſ. q. aq. ad tepidum calorem, extrahatur aqua & affundatur noua, donec tota virtus ſit educta: Euaporentur ſecundùm artem ad mellis craſſitiem,

cui miſce Ol. Aniſi & Caryophyllor. ana dra. i. Et f. Extractum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Est purgans vtiliſſimum in omnibus conſtitutionibus, præſertim Melancholicis, &c. Doſis à ʒj. ad ℈ iiij.

## EXT. SPECIFICVM EMETICVM.

℞. *Spec. Diarrhod. Abb.* ℥ j ß. *Rad. Aſari recent. exſic. Bryoniæ, Cyclamin.* ana ℥ j. *Cort. int. rad. Frangulæ Rhabarb. opt. Suc. Glycyrrhiz. Maſtichis elect.* ana ℥ ß. Ex his cum Sp. V. tincturam in digeſtione, vt decet, aliquoties in die mouendo extrahe, & ſeorſim cuſtodi, deinde: ℞. *Rad. Eſulæ min. præp. Helleb. alb. præp.* ana vnc. viij. Inciſis & mediocriter tritis Spiritus ſuperior tinctus ſuperaffundatur, atque in lento balnei calore per 14. dies macerentur; poſtea Spiritum per inclinationem aufer, & recentem affunde, tamdiu, donec omnis eſſentia extracta ſit. Vltimò Sp. Vini verè tinctum ſimúlque mixtum ſ. a. ſpagyricam abſtrahe, vſquedum in fundo inſtar mellis appareat: & tunc adde: *Sal. Vitrioli alb.* ℥ ß, *Gum. Ghittajemou, Tartari vitriolati*, ana ʒ iij. *Ol. Caryophyllorum, Cinnamomi, Nuc. Moſchat.* ana ℈ j. Miſce denuò, & f. l. a. Extractum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Est ſpecificum Emeticum, & operatur variè per vomitum & ſeceſſum in omnibus Febribus, dolore Capitis, Arthritide, Podagrâ, Icteritiâ, Hydrope,

Hepatis & Lienis obſtructionibus; necnon in appetitu corrupto, & debilitato ventriculo, &c. valde efficax eſt: Nihil enim praui in illo relinquit; ſed omnes impuros & peccantes humores radicitùs euellit, nec quicquam infert nocumenti. Doſis habitâ ratione complexionis & ſexûs à ℈ j. ad ʒ ß. in liquore conuenienti, vel in formâ pilulari non longè à paſtu; tunc enim minori moleſtiâ vomitum mouet.

---

## EXT. SPECIFICVM COLICVM.

℞. F*Laued. Cort. Arantior.* ℥ vj. *Spec. Diacymini, Gran. Iuniperi*, ana ℥ iij. *Rad. Enulæ camp. Pimpinellæ, Caryophyllatæ, Zedoariæ*, ana ℥ i ß. *Sem. Chærefolij, Bac. Lauri exc. Herb. Serpylli, Maioran. Suc. Glycyrrhiz.* ana ℥ j. *Cardamomi min. Croci Orient.* ana dra. vj. Miſc, & extrahantur Sp. Vini, quem poſtea in B. M. ad ſpiſſitudinem mellis abſtrahe, & adde: *Nitri vitriolati*, drac. iij. *Corn. Cerui ſpagyricè calc. Tali Leporini & ſuilli calc.* ana drac. ij. *Succini alb. præp. Mag. Corallorum, Lap. Carpionis*, ana dra. i ß. *Diaphoritici mineral. Bezoart. Iouialis, Lap. Bezoar. Or. Lact. Sulphuris*, ana dra. j. *Sp. Salis rectif.* dra. ß. Miſc. & fiat ſecundùm artem Chymicam Extractum; cui denuò immiſce: *Or. Carminatiui noſt.* dr. ij. *Angelicæ, Garyophyllor. Succini alb. Maſtichis, Macis, Cinnamomi, Citri*, ana ℈ j. Omnia bene incorporentur, & tandem Extractum ad vſum reponatur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HOc ſpecificum Colicum, valet propriè ad Colicam & Iliacam paſſionem ex cauſa frigidâ, hu-

midâ & flatuoſâ ortam; quoniam depoſitis prius alui excrementis, in vehementiſſimis & grauiſſimis inteſtinorum doloribus ſedandis, ſecretum eſt. Craſſos enim & lentos humores tenuat & flatus diſſipat. Hypochondriorum & ventriculi diſtentionem & inflationem placat. Pectoris refrigerationi & viſcerum imbecillitati opitulatur. Senibus & quartanariis confert. Stomachi concoctionem iuuat, & tartarum in inteſtinis reſolutum virtuoſiſſimè expellit. Doſis à ℈ j. ad ʒ ß. in aq. noſtrâ contra Colicam, vel in aliâ appropriatâ.

---

## EXT. SPECIFICVM VTERINVM.

℞. *Bac. Sambuci exſic. Chamæactes*, ana ℥ iiij. *Rad. Pæoniæ debitè collect. Artemiſiæ rub. Dictam. alb. Bryoniæ*, ana ℥ ij. *Viſci quercini, Sem. Ameos, Herb. Pulegij, Meliſſæ rec. exſic. Caßiæ ligneæ*, ana ℥ j. *Croci Orient. Caſtorei veri*, ana ℥ ß. Miſce, & extrahe cum Sp. Vini tincturam, & ſepara ſpiritum ad remanentiam extractorum; poſtea adde: *Sang. Porcæ in clibano exſiccata, & cum aq. Hyſteric. præp.* ℥ ß. *Bezoart. Ioualis*, ʒ ij. *Mag. Iouis Anglic. Matris Perlar. Corallorum*, ana ʒ i ß. *Ol. Anthophyllorum, Angelicæ, Succini albi, Arantiorum*, ana ʒ j. Denuò miſce, & fiat Extractũ, quod ad vſum reſerua.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

NOn habemus Vterinum ſecretius: Quia in ſuffocatione matricis, vbi omnia irrita & quaſi deſperata ſunt, eſt medicina ſaluberrima. Huius enim ferociſſimi affectús cauſam abſcindit, & omnes vel

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0126-3
DFG

deploratiſſimas mulierum præcipitationes, & ſtrangulationes vteri ob ſpermatis retentionem, aliáſque cauſas quàm plurimas ſiſtit, & matricis motum perfectè ſedat. Doſis huius ſpecifici Vterini eſt à ℈ j. ad ʒ ß. tribus aut quatuor diluculis continuis in aq. noſtrâ hyſtericâ vel aliâ conuenienti; vtpote, Artemiſiæ, Meliſſæ, Matricariæ, pulegij, &c.

## LAVDANVM OPIATVM.

℞. *Opij Thebaici ſpagyricè præp.* ℥ ij. *Suc. Flor. Papau. errat. inſpiſs.* ℥ j. *Rad. Cynogloſſæ, Mumiæ transmar. Styrac. Calamit. Suc. Glycyrrhizæ, Croci Orient.* ana ℥ ß. Cum Sp. V. extrahe tincturam cuiuſque ſeorſim, præter opium, quod vel aceto diſtillato vel ſuc. Citri extrahendum; poſtea tincturæ extractiones in lentiſſimo Balnei calore ad ſpiſſitudinem mellis abſtrahe, & adde: *Ext. Lap. Bezoar. Orient. Sulph. Anodyni Vitrioli*, ana ʒ ij. *Sal. Margarit. Orient. Corallor. rub.* ana ʒ i. *Corn. Alcis Hermeticè calc. Oſſ. de Cord. Cerui, Succini, alb. præp.* ana ʒ ß. *Ambræ griſeæ*, ℈ j. *Moſchi laudat.* ℈ ß. Omnibus exactè incorporatis & mixtis adde: *Auri potab. noſt.* ʒ i ß. *Ol. Chamomil. Rom. Arantiorum, Caryophyll. Abſinthij, Nuc. Moſchat. Anethi, Citri rect. Aniſi, Cardui*, ana ℈ ß. Denuò miſce, & ex his, ſecundùm artem Chymicam, fiat Maſſa pilularis, ſeu extractum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN ſiſtendis omnibus humorum & catarrhorum profluuiis & menſtruorum excretionibus. In vigiliis & inquietudinibus immodicis, & in omnibus febrium generibus viriúmque reſolutionibus: In Phrenesi, Maniâ, Melancholiâ, Vomitu, Epilepſiâ, Cardiacâ, Singultu, Colicâ, debilitato Ventriculo, Pleureſi, Arthritide, Gonagrâ, Podagrâ, Iſchiaſi, Lithiaſi & Nephritide, Medicamentum eſt ſtupendum: Quia in ſedandis omnibus vehementiſſimis & acutiſſimis doloribus, diuinum eſt auxilium & quaſi vltimum Aſylum. Illuſtrius, præſentius, tutius & ſecretius Anodynum in Republicâ ſpagyricâ vix excogitari poteſt; teſtor rerum Medicarum ipſiſſimam matrem, eandémque Nutricem Experientiam. Propterea ad gloriam Altiſſimi, & proximi ægrotantis ſalutem hoc ſolo vtere, & mecum gratias age. Doſis à gran. ij. iij, ad gran. iiij. v. vel vj. quæ veſperi circa introitum lecti, corpore inanito & euacuato offerantur: refert autem cœnam eo die omittere, ne cibus corrumpatur. Et quia Laudanum opiatum hodie famoſiſſimum & frequentiſſimè vſurpatur; varium eius vſum hîc ſubnectere placet.

## IN CAPITIS AFFECTIBVS.

### HAVSTVS.

℞. L*Audani Opiat*. gran. iij. iiij. v. vel vj. *Aq. Maioranæ*, ℥ ß. *Syrup. Betonicæ*, ʒ ij. *Conf. Smaragd.* ℈ j. *Ol. Margarit. Or.* gut. iij. *Fœniculi*, gut. j. *Sp. Vitrioli*

*q. ſ. ad gratiſſimam acetoſitatem.* Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

### ALIVS.

℞. *Laudani Opiat. q.v. Syrup. è ſuc. Ceraſor. nigr. Aq. Verbenæ, Nuc. Moſchat.* ana ℥ ij. *Conf. Hyacinth.* ℈ j. *Sal. Corallor. rub.* gr iij. *Ol. Succini alb.* gut. j. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

## PILVLÆ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Mag. Perlar. Or. Smarag. præp.* ana gran. iij. Miſc. & cum Ol. Fœniculi formentur Pilulæ paruæ deaurandæ pro vnâ doſi.

### ALIAE.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Mag. Corallor. rub. Hyacinth. præp.* ana gran. iij. Miſc. & cum Ol. Succini alb. vel Maioranæ fiant Pilulæ paruæ, quæ deaurentur pro vnâ doſi.

## BOLVS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Conſ. Maioran.* ℨ j. *Conf. Smaragdinæ,* ℈ j. *Spec. Diambræ,* ℈ ß. *Elæoſacch. Cinnamomi, q. ſ.* Vt fiat Bolus pro vnâ doſi.

### ALIVS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Conf. Anthos,* ℨ j. *Conf. Hyacinth.* ℈ j. *Spec. Diamoſc. dulc.* ℈ ß. *Ol. Maceris,* gut. j. *Man. Chriſti perlat.* q. ſ. Miſc. & fiat Bolus pro vnâ doſi.

## IN CORDIS AFFECTIBVS.

### HAVSTVS.

♃. LAudani Opiat. q.ſ. Syrup. Limonum, ʒ ij. Aq. Bo- raginis, Cinnamomi, Roſarum, Nymphææ, ana ʒ j. Conf. Alkermes, Tinct. Corallorum, ana ℈ ß. Sal. Perlarum Or. gran. iij. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

### ALIVS.

♃. Laudani Opiat. q. ſ. Syrup. Acetoſit. Citri, Rubi Idæi, ana ʒ ij. Aq. Meliſſæ, Bugloſſæ, ana ʒ j ß. Conf. Pre- tioſ. noſt. ℈ j. Tinct. Rubini veræ, ℈ ß. Miſc, & fiat hau- ſtus pro vnâ doſi.

### PILVLÆ.

♃. Laudani Opiat. q. v. Margar. trochiſc. noſt. Oſſ. de Corde Cerui, ana gran. iij. Miſc. & cum Ol. Maceris fiant Pilulæ paruæ inaurandæ pro vnâ doſi.

### ALIÆ.

♃. Laudani Opiat. q. ſ. Lap. quinque pretioſor. præp. Bezoar. Or. ana gran. j. Miſc. & cum Ol. Cinnamomi fiant Pilulæ paruæ, quæ deaurentur pro vnâ doſi.

### BOLVS.

♃. Laudani Opiat. q.v. Conſ. Borrag. vitriol. ʒ j. Conf.

*Alkermet* ℈ j. *Spec. Diamarg. frigid.* ℈ ß. Man. Chriſti perlat. q. ſ. vt fiat Bolus pro vnâ doſi.

### ALIVS.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Conſ. flor. Tunicæ vitriol.* dra. j. *Conſ. Citri noſt.* ℈ j. *Spec. Diarrhod. Abb.* ℈ ß. *Elæoſacch. Cinnamomi, q. ſ. vt fiat Bolus pro vnâ doſi.*

---

## IN EPILEPSIA, VERTIGINE, &c.

### HAVSTVS.

℞. L*Audani Opiat.* q. ſ. *Syr. Flor. Pæoniæ, Aq. Lilior. conuall. Epilepticæ noſt.* ana dra. ij. *Conf. Cephalic. noſt.* ℈ j. *Ol. Cubebarum, Corn. Alcis,* ana gut. j. *Sp. Vitrioli q. ſ. ad gratiam.* Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

### ALIVS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Syrup. de Betonic. Aq. Lauendulæ, Tiliæ,* ana dra. ij. *Conf. Smaragd.* ℈ j. *Eſſ. Camphoræ,* ℥ iij. *Ol. ſuccini alb. Corn. Cerui,* ana gut. j. *Elix. Pæoniæ noſt. q. ſ. ad gratã acetoſitatem.* Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

### PILVLÆ.

℞. *Laudani Opiat. q. v. Vnicorn. Animal. Mag. Corallor.* ana gran. iij. Miſc. & cum Ol. Cranij humani, fiant Pilulæ paruæ deaurandæ pro vnâ doſi.

### ALIAE.

℞. *Laudani Opiat. q. v. Mag. Cranij hum. Sulph.*

*Lunæ ſic.* ana gran. iij. Miſc. & cum Ol. Vng. Alcis f. Pilulæ paruæ, quæ deaurentur pro vnâ doſi.

## BOLVS.

℞. *Laud. Opiat.* q. ſ. *Conſ. Flor. Pæoniæ vitriolat.* ʒ j. *Conſ. Smarag.* ℈ j. *Spec. Dia-Lunæ noſt.* ℈ ß. *Ol. Roriſmarin.* gut. j. Miſc. & cum Rot. Diambræ ſ.q. fiat bolus pro vnâ doſi.

## ALIVS.

℞. *Laudani Opiat.* q.ſ. *Conſ. Anthoſ.* dra.j. *Conſ. Cephalic. noſt.* ℈ j. *Spec. Diacranei noſt.* ℈ ß. *Ol. Lauendulæ,* gut.j. Miſc. & cum Rot. Diamoſch. dulc. f. bolus pro vnâ doſi.

---

## IN VOMITV, SINGVLTV, & Ventriculo debilitato.

℞. L*Audani Opiat.* q. ſ. *Syrup. de Menthâ, Aq. Stomachal. noſt.* ana dra. iij. *Ext. Calami aromat. Sal. Stomach. noſt.* ana gran. iiij. *Ol. Nuc. Moſchat. Maſtichis,* ana gut. j. *Elix. Vitrioli noſt. q. ſ. ad gratiam.* Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

## ALIVS.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Syrup.* Cydonior. *Aq. Calami aromat.* ana dra. iij. *Ext. Galang. min. Nitri vitriolat.* ana gran. iiij. *Ol. Caryophyllor. Menthæ criſp.* ana gut. j. *Elix. Sulphuris noſt. q. ſ. ad gratiam.* Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0132-6

## PILVLÆ.

℞. *Laud. Opiati* q. ſ. *Speg. Diagalang.* ℈ ß. Miſc. & cum Ol. Saluiæ fiant Pilulæ paruæ pro vnâ vice, quæ deaurentur.

## ALIAE.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Spec. Aromat. Caryophyll.* ℈ ß. Miſc. & cum Ol. Abſynthij fiant Pilulæ paruæ deaurandæ pro vnâ doſi.

## BOLVS.

℞. *Laud. Opiat.* q. ſ. *Zingiberis condit.* dra. j. *Acori condit.* ℨ ß. *Ol. maſtichis, Zedoariæ*, ana gut. j. Miſc. & cum Rot. Diagalang. fiat Bolus pro vnâ doſi.

## ALIVS.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Conſ. Mert e criſp.* dra. j. *Diarrhodon. aromat.* dra. ß. *Ol. Cinnamomi, Calami aromat.* ana gut. j. Miſc. & cum Rot. Aromat. Caryophyllat. fiat Bolus pro vnâ doſi.

---

# IN MELANCHOLIA, MANIA, & Phreneſi, &c.

## HAVSTVS.

℞. L*Audani Opiat.* q. v. *Iulep. Baſilic. Aq. Bugloſſ.* ana dra. iij. *Spir. Terræ ſigillat. Eſſ. Hyperici*, ana ℈ j. *Elix. proprietatis* q. ſ. *ad gratiam.* Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

### ALIVS.

℞. *Laudani Opiat.* q. v. *Aq. Meliſſæ*, ℥ ß. *Syrup. B*
*gloſſ.* ʒ ij. *Conf. Citri noſt.* ʒ ß. *Eſſ. Croci Or.* g̃ iiij. *Tin*
*Smarag.* ℈ ß. Miſc. & fiat hauſtus pro vna doſi.

### PILVLÆ.

℞. *Laudani Opiat.* q. v. *Sulph. Lunæ ſic. Mag. Perl*
*Or.* ana g̃ iij. Miſc. & cum Ol. Cinnamomi fiant P
lulæ deaurandæ pro vna doſi.

### ALIAE.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Pulu. Teſtudinis combuſt. M*
*Corallor. rub.* ana g̃ iij. Miſc. & cum Ol. Stil. Roſ
fiant Pilulæ paruæ quæ deaurentur pro vnâ doſi.

### BOLVS.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Conf. Hyacinth.* ʒ j. *Eſſ. Hy*
*rici*, ℈ j. *Spec. Diamargar. frig. Elæoſacch. Citri*, ana ℈
Miſc. & cum Man. Chriſti perlat. ſ. q. fiat Bolus p
vnâ doſi.

### ALIVS.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Conf. Smaragd.* ʒ j. *Eſſ. Hy*
*rici*, ℈ j. *Tinct. Corallorum, Elæoſacch. Cinnamomi*, ana ℈
Miſc. & cum Rot. Diarrhod. Abb. ſ. q. fiat Bolus p
vnâ doſi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0134-7
DFG

## IN OMNIVM FEBRIVM GENERE.

### HAVSTVS.

℞. Laud. Opiat. q.ſ. Aq.Card. Benedict. ℥ j. Syrup. de Centaur. min. ʒ ij. Sal. Febril. noſt. ℈ j. Ext. Zedoariæ, ℈ ß. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

### ALIVS.

℞. Laudani Opiat. q.v. Aq. Febrifug. noſt. ℥ j. Syr. de Abſynth. ʒ ij. Elix. Febril. noſt. ℈ j. Ext. Caryophyl. ℈ ß. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

### PILVLÆ.

℞. Laudani Opiat. q. ſ. Sal. Febril. noſt. ℈ ß. Miſc. & cum Ol. Abſinthij fiant Pilulæ paruæ deaurandæ pro vnâ doſi.

### ALIAE.

℞. Laudani Opiat. q. ſ. Nitri vitriolat. ℈ ß. Miſc. & cum Ol. Camphoræ fiant Pilulæ paruæ deaurandæ pro vnâ doſi.

### BOLVS.

℞. Laudani Opiat. q.ſ. Theriac. Febril. noſt. ʒ j. Zingib. condit. ʒ ß. Spec. Febrifug. noſt. ℈ j. Elæoſacch. Myrrhæ, ℈ ß. Miſc. & cum ſaccharo cando alb. fiat bolus pro vnâ doſi.

### ALIVS.

℞. Laud. Opiat. q. ſ. Theriac. Febril. noſt. ʒ j. Calami Aromat. condit. ʒ ß. Sal. Febril. noſt. ℈ j. Elæoſacch. Rutæ,

℈ ß. Miſc. & cum Rot. Diarrhod. Abb. fiat Bolus pro vnâ doſi.

## IN MORBIS PECTORALIBVS, Tuſſi, Aſthmate, Phthiſi, &c.

### HAVSTVS.

℞. LAudani Opiat. q. ſ. *Syr. de Glycyrrhiz. de Praſsio,* ana ℥ j ß. *Aq. Loch. ſani, Hyſſopi, Fœniculi,* ana ℥ j. *Elæoſacch. Aniſi,* ℈ ß. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

### ALIVS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Aq. Marrubij, Tuſsilag. Veronicæ,* ana ℥ j ß. *Syr. de Hyſſopo, de Iujubis,* ana ℥ j. *Rob. Nucum,* ℥ ß. *Elæoſacch. Fœniculi,* ℈ ß. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

### PILVLÆ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Flor. Sulphuris comp. Benzoini,* ana gr iiij. Miſc. & cum Ol. Saluiæ fiant Pilulæ deaurandæ pro vnâ doſi.

### ALIAE.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Lact. Sulphur. Tragacanth. alb.* ana gr iiij. Miſc. & cum Ol. Chamomillæ formentur Pilulæ paruæ, quæ deaurentur pro vnâ doſi.

### BOLVS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Conf. Pectoral. noſt.* ℨ j. *Loch. Sani & exp.* ℨ ß. *Suc. Glycyrrhiz, ext. Elæoſacch. Fœniculi,* ana ℈ ß. *Ext. Croci. Or.* gr iij. Miſc. & cum Rot. Diaireos ſimpl. fiat Bolus pro vnâ doſi.

ALIVS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Conſ. Violarum,* ʒ j. *Loh. de pino.* ʒ ß. *Spec. Diaſulphur. noſt.* ℈ j. *Ext. Enulæ camp. Elæoſach. Aniſi,* ana ℈ ß. Miſc. & cum Man. Chriſti ſimpl. ſ. q. fiat Bolus pro vna doſi.

---

IN SISTENDIS OMNIBVS DEFLVxionibus omnium Humorum & Catarrhorum tenuium, è capite in aſperam arteriam, perpetuâ tuſſi inſomniam parientium.

HAVSTVS.

℞. L*Audani Opiat.* q. ſ. *Aq. Cort. virid. iugland. Scabioſæ,* ana ℥ ij. *Syr. de Papau. errat.* ʒ i ß. *Rob. Nucum,* ʒ j. *Mag. Corallor. tingent. Elæoſacch. Nuc. Moſchat.* ana ℈ ß. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

ALIVS.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Aq. Serpylli Benedict. noſt.* ℥ ß. *Syrup. de Iujubis,* ʒ ij. *Diaconij crocat. noſt.* ʒ j. *Elæoſacch. Cubebar.* ℈ ß. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

*ALIVS.*

IN CAVSA VALDE CALIDA.

℞. *Laudani Opiat.* q. ſ. *Vini Granator.* ℥ ß. *Aq. Roſarum,* ʒ ij. *Syr. de Papau. ſimpl. Diamor.* ana ʒ i ß. *Nitri vitriol.* g iiij. Miſc, & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

## PILVLÆ.

℞. *Laudani Opiat*. q. v. *Mag. Sandaracæ, Smarag. præp.* ana ℥ iiij. Miſc. & cum Ol. Maſtichis fiant Pilulæ paruæ inaurandæ pro vna doſi.

### ALIAE.

℞. *Laudani Opiat*. q. ſ. *Mag. Maſtichis*, *Succini albi præp*. ana ℥ iiij. Miſc. & cum Ol. Thuris formentur Pilulæ paruæ quæ deaurentur pro vnâ doſi.

## BOLVS.

℞. *Laudani Opiat*. q. ſ. *Conſ. Flor. Scabioſæ*, ʒ j. *Lob. de Papau.* ʒ ß. *Spec. Diaireos ſimpl.* ℈ i. Miſc. & cum Diacodio ſolido fiat Bolus pro vnâ doſi.

### ALIVS.

℞. *Laudani Opiat*. q. ſ. *Conſ. Flor. Papau. errat.* ʒ j. *Rob. de Cornis*, ʒ ß. *Spec. Diamarg. frig.* ℈ j. Miſc. & cum Sacchar. penidij ſ. q. fiat Bolus pro vnâ doſi.

---

## PRO OMNIBVS PROFLVVIIS inteſtinorum.

### HAVSTVS.

℞. L*Audani Opiat*. q. ſ. *Aq. Tormentillæ*, ℥ ß. *Syr. Styrici noſt.* ʒ ij. *Eſſ. Flor. rub. vrticæ mori*, ℈ j. *Ext. Rad. Biſtortæ*, *Elæoſacch. Nuc. Moſchat*. ana ℈ ß. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

ALIVS.

℞. Laudani Opiat. q. ſ. Aq. Plantaginis, ℥ ß. Syr. Cydonior. ʒ ij. Eſſ. Balauſtior. ℈ j. Ext. Tormentillæ, Elæoſacch. Caryophyllor. ana ℈ ß. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

PILVLÆ.

℞. Laudani Opiat. q. ſ. Mag. Corallor. ting. Croci Martis, ana gr. iiij. Miſc. & cum Ol. Maſtichis fiant pilulæ paruæ pro vnâ doſi, quæ deaurentur.

ALIAE.

℞. Laudani Opiat. q. ſ. Mag. Gum. Arabici, Corn. Cerui vſti & præp. ana gr. iiij. Miſc. & cum Ol. Saluiæ fiant Pilulæ paruæ inaurandæ, pro vna doſi.

BOLVS.

℞. Laudani Opiat. q. ſ. Conſ. Roſar. antiq. ʒ j. Conſ. Narcot. noſt. ℈ j. Spec. Diamartis noſt. Elæoſacch. Arantior. ana ℈ ß. Miſc. & fiat cum Rot. Diarrhod. Abb. ſ. q. Bolus pro vnâ doſi.

ALIVS.

℞. Laudani Opiati, q. ſ. Conſ. flor. Symphiti, ʒ j. Conſ. Stypticæ noſt. ʒ ß. Spec. Diaplantag. noſt. Elæoſacch. Citri, ana ℈ ß. Miſc. & cum Rot. Diamarg. frig. fiat Bolus pro vnâ doſi.

## IN SANGVINIS EXCRETIONE, & menſtruorum nimiâ euacuatione.

### Havstvs.

℞. L*igni Braſilij*, *M*.j. *Gum*. *Arabic*. ʒ iij. Coq. in di- plomate cum vini albi ſ. q. ℞. *Colaturæ clar*- ℥ j. *Laudani Opiat*. q. ſ. *Syr*. *Cydonior*. *Diacodij Crocat*. an- ʒ ij. *Mag*. *Corallor*. *tingent*. *Eſſ*. *Croci Martis*, ana ℈ ß. *Elæ*- *ſacch*. *Caryophyllor*. g̃ iiij. *Rob*. *Berber*. q. ſ. *ad gratum ſapo*- *rem*. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

### Alivs.

℞. *Rad*. *Tormentillæ*, *Serpentariæ*, *Cichorei*, ana ʒ j. *Ra*- *Corn*. *Cerui*, *Antheræ Roſarum*, *Sem*. *Plantaginis*, *Acetoſæ*, ana ʒ ß. *Herb*. *Burſæ Paſtor*. *Hepaticæ aur*. *Sanguiſorb*. an- ℈ j. *Flor*. *Millefolij*, *Roſar*. *rub*. *Anthos*, ana ℈ ß. *Sebeſten* No. ij. *Coq*. *in diplomate cum vini rub*. *Styptici ſ*. q. ℞. *Co*- *laturæ claræ*, ℥ i ß. *Laudani Opiat*. q. ſ. *Syr*. *Papau*. *erra*- *De Symphyto*, ana ʒ ij. *Eſſ*. *Sang*. *Draconis*, ℈ j. *Elæoſacch*- *Nuc*. *Moſchat*. ℈ ß. *Rob*. *Ribium q*. ſ. *ad gratiam*. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

### *ALIVS.*

In Menſibus ſuperfluis expertiſſimus.

℞. L*audani Opiat*. g̃. v. *Aq*. *Burſæ Paſtoris*, ℥ i- *Rob*. *Sambuci*, ʒ iij. *Sal*. *Prunellæ*, ℈ ij. *Ext*. *Tor*- *mentillæ* ℈ ß. *Camphoræ*, gran. iiij. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

## PILVLÆ.

℞. *Laudani Opiat. q.ſ. Bol. rub. Or. præp. Mag. Corallorũ tinc.* ana ℥ iiij. Miſc. & cum Ol. Roriſmarini fiant Pilulæ inaurandæ pro vnâ doſi.

## ALIAE.

℞. *Laudani Opiat. q.ſ. Vſneæ pruni ſylueſt. Mag. Matris Perlar.* ana ℥ iiij. Miſc. & cum Ol. Saluiæ f. Pilulæ paruæ deaurandæ pro vnâ doſi.

## BOLVS.

℞. *Laudani Opiat. q.ſ. Carn. Cydonior. cond.* ʒ j. *Troch. de Spodio,* ℈ j. *Pulu. Oſſ. Sepiæ, Elæoſacch. Zedoariæ,* ana ℈ ß. Miſc. & cum Rot. Diamarg. frig. fiat Bolus pro vnâ doſi.

## ALIVS.

♃. *Laudani Opiat. q. ſ. Rad. Symphyti condit.* ʒ j. *Troch. de Terra ſigillat.* ℈ j. *Succini alb. præp. Elæoſacch. Nuc. Moſchat.* ana ℈ ß.

---

# IN COLICA ET ILIACA PASSIONE, &c.

## HAVSTVS.

℞. COnſ. *Roſar. rub.* ℥ j. *Rad. Zedoariæ,* ʒ j. *Coq. in aq. Chamomillæ,* ℥ iiij. ♃. *Colaturæ claræ,* ℥ j ß. *Laudani Opiat.* ℥ vj. *Syr. Arantiorum,* ʒ ij. *Ext. Colici noſt.* ℈ j. *Elæoſacch. Carminatiu. noſt.* ℈ ß. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

ALIVS.

℞. Laud. Opiat. q. ſ. Aq. Serpyll. noſt. Benedict. ℥ ß. Syr. de Menthâ, ʒ ij. Ext. Colici noſt. ℈ j. Elæoſacch. Arantior. ℈ ß, Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

ALIVS.

℞. Laudani Opiat. q. ſ. Aq. Carminatiu. noſt. ℥ ß. Syr. Cort. Citri, ʒ ij. Ext. Zedoariæ, Elæoſacch. Angelicæ, ana ℈ ß. Sp. Salis Nitri q. ſ. ad gratiam. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

PILVLÆ.

℞. Laudani Opiat. q. ſ. Mag. Lap. Carpion. Tali leporini, cal. ana gr. iiij. Miſc. & cum Ol. Succini alb. formentur Pilulæ paruæ inaurandæ pro vnâ doſi.

ALIÆ.

℞. Laudani Opiat. q. ſ. Lap. Bezoar. Or. Tali ſuilli calc. ana gr. iiij. Miſc. & cum Ol. Cymini formentur Pilulæ paruæ deaurandæ pro vnâ doſi.

BOLVS.

℞. Laudani Opiat. q. ſ. Conſ. de Menthâ, ʒ j. Ext. Colici noſt. ℈ j. Elæoſacch. Cinnamomi, ℈ ß. Miſc. & cum Rot. Dianiſi fiat Bolus pro vnâ doſi.

ALIVS.

℞. Laudani Opiat. q. ſ. Conſ. flor. papau. errat. ʒ j. Elæoſacch. Chamomillæ, ℈ j. Nitri vitriolati, gr. iiij. Miſc. & cum Rot. Dyacimini fiat Bolus pro vnâ doſi.

## IN DOLORE PLEVRITICO.

### HAVSTVS.

℞. LAudani Opiati, *q.ſ. Aq.flor.papau.errat.* ℥ ß. *Syr. Capil. Veneris*, ʒ ij. *Ext.Rad.Glycyrrhiz.* ℈ j. *Elæoſacch. Aniſi*, ℈ ß. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

### ALIVS.

℞. Laudani *Opiat. q.ſ. Aq.Card. Mariæ*, ℥ ß. *Syr. de Iujubis*, ʒ ij. *Eſſ. flor. Papau. errat. Elæoſacch. Fœniculi*, ana ℈ ß. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

### PILVLÆ.

℞. Laudani *Opiat. q. ſ. Mandib. Lucij, Dent. Aprugni*, ana ℥ iiij. Miſc. & cum Ol. Benzoin. fiant Pilulæ paruæ inaurandæ pro vnâ doſi.

### ALIAE.

℞. Laudani *Opiat.q.ſ. Flor.Sulphuris comp.Suc.Glycyrrhiz.ext.* ana ℥ iiij. Miſc. & cum Ol. Hyſſopi formentur Pilulæ paruæ inaurendæ pro vnâ doſi.

### BOLVS.

℞. Laudani *Opiat. q.ſ. Conſ.Flor.Papau. errat.* ʒ j. *Loh. Sani & exp.* ana ʒ ß. *Spec. Pleuriticæ noſt.* ℈ j. *Elæoſacch. Cymini*, ℈ ß. Miſc. & cum Rot. Diatragacanth. frig. fiat Bolus pro vnâ vice.

### Alivs.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Conſ. Violarum,* ʒ j. *Diacod. crocat. noſt.* ʒ ß. *Pulu. Pleuritic. noſt. ſecret.* ℈ j. *Elæoſacch. Chamomillæ*, ℈ ß. Miſc. & cum Rot. Diaireos ſimpl. fiat Bolus pro vnâ doſi.

## IN DOLORE NEPHRITICO & Arthritico.

### Havstvs.

℞. *Laud. Opiat. q. ſ. Aq. Nephritic. noſt.* ℥ ß. *Syr. de Althæâ,* ʒ ij. *Sal. Lap. Percar.* ℈ ß. *Ol. Perlar. Or.* gut. iiij. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

### Alivs.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Aq. Chamædryos,* ℥ ß. *Syrup. de Maluâ,* ʒ ij. *Sat. Oc. Cancri,* ℈ ß. *Ol. Corallor. rub.* gut. iiij. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi.

### PILVLÆ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Mag. Lap. Iudaici, Borac. Venet.* ana g̃ iij. Miſc. & cum Sp. Terebinth. formentur Pilulæ paruæ inaurandæ pro vnâ doſi.

### Aliæ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Mag. Lap. Spongiæ, Nitri præp.* ana g̃ iiij. Miſc. & cum Ol. Petroſelini fiant Pilulæ paruæ, quæ deaurentur pro vnâ doſi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0144-3

## BOLVS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Conſ. Violarum*, ʒ j. *Rad. Pimpinellæ cond.* ʒ ß. *Spec. Dianitri noſt.* ℈ j. *Elæoſacch. Petroſelini*, ℈ ß. Miſc. & cum Sacch. Violac. fiat Bolus pro vnâ doſi.

## ALIVS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Conſ. flor. Maluæ* ʒ j. *Rad. Eryngij condit.* ʒ ß. *Spec. Nephritic. noſt.* ℈ j. *Elæoſacch. Citri*, ℈ ß. Miſc. & cum Sacch. Roſac. fiat Bolus pro vnâ doſi.

---

## IN VIGILIIS AC INQVIETVDINIbus immodicis.

## HAVSTVS.

℞. Laudani *Opiat. q. ſ. Aq. Papau. rhæad.* ℥ ß. *Syr. Papau. ſimpl.* ʒ ij. *Elæoſacch. Aniſi*, ℈ ß. *Sp. Vitrioli*, gut. iij. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi, veſperi exhibendus.

## ALIVS.

℞. *Laudani Opiat. q. v. Aq. Hypnoticæ noſt.* ℥ ß. *Syr. Flor. Papau. errat.* ʒ ij. *Elæoſacch. Fœniculi*, ℈ ß. *Ol. Margarit. Or.* gr iij. Miſc. & fiat hauſtus pro vnâ doſi,

## PILVLÆ.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Mag. Perlar. Or. Ambræ griſ.* ana gr iij. Miſc. & cum Ol. Styrac. cal. formen-

tur Pilulæ paruæ, quæ deaurentur pro vnâ doſi.

ALIAE.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Mag. Corallor. rub. Lign. Aloë* ana ℥ iij. Miſc. & cum Ol. Aſæ dulc, fiant Pilulæ paruæ ina[illegible]andæ pro vnâ doſi.

BOLVS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Conſ. Roſar. rub. vitriolat.* ʒ j. *Loh. de Papauere*, ʒ ß. *Spec. Diamoſch. dulc.* ℈ ß. *Ext. Croci Or.* ℥ iij. Miſc. & cum Rot. Diarrhod. Abb. fiat Bolus pro vnâ doſi.

ALIVS.

℞. *Laudani Opiat. q. ſ. Conſ. Violar. vitriolat.* ʒ j. *Diacodij crocat.* ʒ ß. *Spec. Diambræ*, ℈ ß. *Ext. Flor. Elenij*, ℥ iij. Miſc. & cum Rot. Diamarg. frig. fiat Bolus pro vnâ doſi.

LAVDANVM MINERALE.

℞. SVlphuris anodyni Vitrioli correcti & fixi. ʒ ij. *Mag. Perlar. Or.* ʒ ß. *Ext. Lign. Aloës, Croci Or.* ana ℈ j. *Lap. Bezoart. Or. Vnicorn. animal.* ℥ xv. *Ol. Caryophyll. Cinnamomi*, ana ℈ ß. Miſc. & cum Syr. è ſuc. flor. Papau. errat. f. l. a. maſſa molliuſcula.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ANodynum eſt præſtantiſſimum, & ad ſomnum conciliandum accommodatiſſimum, neq;

non ad catarrhum ſiſtendum, Coryzam, Tuſſim, aliósque his ſuccedentes affectus valet: cohibet enim deſtillationes, ſiue in Thoracem & Pulmones, ſiue in dentes & aliò procumbant. Doſis à gran. vj. ad gran. xviij. & ℈ ß. cum conſeruâ aliquâ, aut liquore conuenienti, vel in formâ pilulari.

# SECTIO IV. DE PRÆPARATIS.

### *CORNV CERVI, ALCIS, Cranij, &c. Spagyrica vel ſine igne calcinatio & præparatio.*

Calcinatio hæc commodè in veſicâ perficitur coctione continuâ, mediante aquâ dulci, per cuius vaporem cornu in collo veſicæ, quâ parte maximè attingi & penetrari queat, ſuſpenſum, iucundo & miro modo ad perfectam albedinem abſque flammis violentis vires aliàs exurentibus (vt in vulgari calcina-

tione fieri ſolet ) calcinatur : Veſicæ autem qua pars ſit vacua , & ſi inter bulliendum aqua euane cit , affundatur alia feruida , vſque dum fumigato hæc calcinatio ( quicquid enim hac methodo calci tur , non immeritò per fumigationem calcinatu dici poteſt ) penitus abſoluta fuerit.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CORnu Cerui ita præparatum, vi ſuâ diaphore câ Vnicornu æquiparandum ; omnibus eni cordis affectibus confert , & contra omnia vene mirificè præſtat. Inſuper, morbo Regio, Dyſente cis, Cœliacis, ſanguinem exſcreantibus, Veſicæ do ribus, vuluæ fluxione laborantibus, &c. prodeſt. Co nu verò Alcis eiuſdem ferè efficaciæ eſt , cordiale n biliſſimum , in febribus malignis , aliíſque mor quàm plurimis ſecretum , & ſicut Cranium Epi pſiæ, Apoplexiæ, Vertigini, &c. ſingulariter medet Doſis à ℈ ß. ad ℈ j. & ʒ ß. in vehiculo morbum pro priè reſpiciente.

---

## OPII THEBAICI SPAGYRICA & vera præparatio.

OPium Thebaicum verum minutim conciſu Laminæ ferreæ impone , & ſuper ardentib prunis tamdiu agitando per ſe coque , donec om venenoſi & corroſiui halitus ſurſum euaporan diſpareant. Vbi circumſpectè cauendum , ne que exhalando inficiant. His autem omnibus euaporat opium ſuper laminas relictum , odorem violarũ re rens inuenies , id quod verum ſignum omnis iam d

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0148-7
DFG

pulſæ venenoſitatis: Poſtea Opium hoc ita præparatum vel aceto Vini diſtillato, vel ſucco Citri extrahe, menſtruóque rurſus euocato, ad vſum repone.

## NITRI PRÆPARATIO.

℞. Nitri per flor. Sulphuris purificat. ℔ ß. ſolue in Sp. Vini & Vitrioli, ana ſ. q. deinde abſtrahe Spiritûs, donec cruſtam nanciſcantur, pone in loco frigido, tunc in fundo Nitrum in ſtirias deſidet: aufer humiditatem & ſicca cryſtallos concretos, & ad vſum reſerua.

## MILLEPEDVM SIVE ASELLORVM PRAEPARATIO.

♃. Millepedum q.v. abluantur Vino Maluatico, & in vitro bene clauſo, maſsâ panis circumduct. in clibano exſiccentur, exemptis denuò affundatur tantum Vini maluatici, quantum poterunt imbibere, rurſúſque exſiccentur; tertiò repetatur; quartò aq. Nephriticâ noſtrâ vitriolatâ imbibantur & macerentur per biduum vel triduum: poſteà exſicca, pulueriſa, & ad vſum reſerua.

## HELLEBORI ALBI PRAEPARATIO.

♃. Helleborum album ſubtiliter pulueriſatum, affunde aliquoties acetum à ſolutione Co-

rallorum rab. rurſus abſtractum & vitriolatum. I[n]
quo tamen priùs flor. cordial. & grana chermes ma[de-]
duerint, iterúmque exſicca. Sic habebis Helleboru[m]
album optimè & Spagyricè præparatum, quod ſine
vlla formidine, in plurimis morbis intra corpus cert[a]
doſi & mixtura tutò exhiberi poteſt.

## COCHLEARVM TESTARVM præparatio.

℞. COchl. oblongas teſtas, quæ propè piſcinas &
lacûs reperiuntur, affunde acetum diſtillat[um],
ſtent in infuſione per noctem, ad extrahendum muco-
rem, quem diligenter abrades; poſtea puluериſa, &
cum aq. Card. benedict. in marmore præpara: volati-
lis enim illarum cinis per calcinationem aliàs factu[s],
nullius eſt pretij, nec operationis in vſu medico.

## SILICVM FLVVIATILIVM calcinatio & præparatio.

SIlices fluuiatiles, albicantes & nitentes, adeóque
optimos tibi ſume, in igne forti fac candeſcere,
eoſdémque ſemper aquâ, in quâ Sal Armoniacum
diſſolutum, reſtingue, & hos candefactionis & re-
ſtinctionis actûs aliquoties repete; ſic niueo tandem
colore Silices apparebunt, & in puluerem facilè redi-
gentur. Puluerem hunc deinde aq. Roſaceâ edulcora,
& farinam hanc albiſſimam ad vſum reſerua.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0150-5

*Vires, & Vſus.*

PVluis hic, non ſolùm per ſe, dentrificium eſt efficax, quod ab omni tartaro corroſiuo, aliiſque ſordibus dentes derepentè purgat, & candidos reddit; verùm etiam à ferro, chalybe, & hinc fabrefactis armis omnem rubiginem ex tempore tollit, eadémque pulchra & nitentia facit; ſi nempe rubigo antea collinatur & emolliatur oleo Templini, & tum demum hoc puluere defricetur. Hoc modo expolita & ſuſpenſa arma, plurimos annos à rubiginis inſeſſu & roſione, pura & integra manent. Et hoc ſanè tum pro magnorum Principum, tum vrbium etiam celebriorum armamentariis medium eſt non contemnendum.

## LAPIDIS PVMICIS PRÆPARATIO.

PVmex ignitus extinguatur in lacte vaccino dulci ter, & quartâ vice relinquatur, quouſque infrigidetur abſque aliâ extinctione; poſtea pulueriſetur, & pro farinâ virgineâ noſtrâ præparatus eſt.

## TERRÆ VITRIOLI DVLCIS PRAEPARATIO.

℞. Vitrioli virid. ad perfectam rubedinem calcinati q. v. pulueriſa & aliquoties aq. pluuiali deſtillatâ edulcora, vſquedum terra rubra ab omni ſalſedine & acrimoniâ ſit libera: poſtea terram illam dulcem ſeu inſipidam exſicca & ad vſum reſerua.

## ALVMINIS PLVMOSI calcinatio & præparatio.

℞. *Salis communis fuſi*, partes ij. *Aluminis plumoſi opt.* partem j. Miſc. & ponantur in tigillo, & reuerberentur l. a, per 12. horas: poſtea reuerberatam materiam exime, & aliquoties aq. calidâ ad ſalis admixti reſolutionem edulcora, donec puluerem omni ſalſedine liberum habeas. Cui ad eminentiam 3. vel 4. digitorum Spirit. Vini Iunip. affunde, & ad ſuos vſus repone.

## LECTORI CORDATO.

HAbes hîc, cordate Lector, ea dumtaxat arcana Chymica, & alia præparata, partim priuatâ curâ & propriâ experientiâ elaborata, partim aliunde (certo tamen modo) huc tranſlata, quæ pro ſequentibus compoſitionibus noſtris diſpenſandis, tibi omnino neceſſaria; quibus paucis, hac vice, me denuò ſatisfeciſſe mihi videor. Ego nihil aliud, quàm pro inuentis gratiam; pro omiſſis verò veniam ſpero, vel ſi fas eſt, repoſco. Tu ſaltem hæc qualiacunque etiam ſunt, tamen beneuolâ quàm promptâ manu accipe, tuos ad vſûs, quando lubet, adhibe, adeóque ad proximi ſanitatem tuendam, prudenter impende.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0152-7
DFG

# SECTIO V.
# DE SPECIEBVS ET PVLVERIBVS.

## SPEC. DIASOLIS.

℞. CORN. *Cerui & Alcis Spagyricè calcin. Terræ ſigill.* ana ℥ j ß. *Lap. Bezoar. Or.* ℥ j. *Diaphoret. mineral. Bezoart. Ioniał.* ana ℈ ij. *Mag. Perlarum Or. Corallor. rub. Succini albi præp.* ana ℥ ß. *Vnicorn. Solaris, Animalis, Oſſ. de Corde Cerui*, ana ℈ j. *Galliæ Moſchat. veræ*, gr xj. *Ol. Cinnamomi, Citri*, ana ℈ ß. Miſc. & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN omnibus Epidemicis & Peſtilentialibus morbis, Eryſipelate, Venenis hauſtis; necnon in Aſthmate, vel periculoſiſſimis Pectoris anguſtiis, arcanum eſt: Cor enim tuentur à labe veneni, & ab illo omnia noxia per ſudorem expellunt, eiúſque vitiis mirè opitulantur. Doſis à ℈ ß. ad ℈ j. in aq. Card. bened. Flor. Sambuci, Theriacali vel aliis appropriatis.

## PVLVIS BEZOARTICVS IMPERIALIS.

℞. *Corn. Alcis & Cerui Spagyricè calcinatorum*, ana ℥ iij. *Boli rub. Or. præp. Bezoart. Iouial*, ana ℥ j. *Lap. Bezoar. Or. Terræ ſigillat.* ana ℥ j ß. *Flor. Sulphur. comp. Vnicorn. animal.* ana ʒ j. *Mag. Perlarum Or. Corallar. rub.* ana ʒ ß. *Cinnab. natiu. præp. Oſſ. de corde Cerui, Succini alb. præp.* ana ℈ j. Miſce, & f. omnium puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN omnibus morbis peracutis, Febribus ardentibus, malignis, & Epidemiis, &c. Diaphoreticum inſigne eſt: Omnes enim venenoſos & vitioſos humores, à corde & cæteris membris principalibus, per ſudorem egregiè pellit. Doſis à ℈ ß. ad ℈ j. in aquis appropriatis ſudoriferis, vel in aq. ſeu decocto raſuræ cornu Cerui.

## SPEC. DIALVNÆ.

℞. *Rad. & Sem. Pæoniæ debito tempore collect. Corn. Alcis Spagyricè calcinat. Mag. Cranij*, ana ℥ ß. *Animæ Lunæ veræ in form. pulu. Bezoart. Lunaris*, ana ʒ iij. *Cinnab. natiuæ præp. Viſci quercini, Squillæ præp.* ana ʒ ij. *Secundinæ exſic. mulieris primiparæ filium enixæ Stercoris Pauonis præp.* ana ʒ j ß. *Sal. Perlarum Orient. Corallorum rub.* ana ʒ j. *Caſtorei veri, Piperis longi, Cubebarum*, ana ℈ j. *Moſchi laudatiſſ. Ambræ griſ.* ana ℈ ß. Miſc. &

fiat omnium puluis ſubtiliſſimus, cui adde: *Ol. Cornu Cerui rectif. Succini albi, Nuc. Moſchat. Rutæ*, ana ℈ ß. Denuò miſce, & ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Miraculosè Lunaticis, Epilepticis, ſeu Comitialibus, Vertiginoſis, Lethargicis, Subethicis, Congelatis, malíſque cerebri frigidis conferunt, & illis, quibus tumultuoſa inſomnia obuerſantur, & incertis timoribus corripiuntur, ſuccurrunt. Doſis in curatione à ℈ j. ad ʒ ß. in aq. Epilepticâ ſeu Apoplecticâ noſtrâ, vel aliâ conueniente, in ipſo paroxyſmo. In præſeruatione autem datur in omnibus Lunæ quadris, & in omni humidâ & minùs conſtanti aëris tempeſtate, à ℈ ß. ad ℈ j. in aquis ſupradictis.

## PVLVIS EPILEPTICVS MIRABILIS.

℞. *Cranij hominis ſtrangulati & ſine igne calcin.* ℥ j. *Viſci quercini, Cinnabaris factit. Vng. Alcis*, ana ℥ ß. Miſce & fiat puluis, cuius ℈ ß. pueris ſtatim poſt paroxyſmum datur, adultis verò ℈ j. iteretur, certiſſimè liberat.

## PVLVIS OPHTHALMICVS.

℞. *Sacchari cand. alb. Tuthiæ præp.* ana ʒ ij. *Margar. præp. Sarcocollæ*, ana ʒ ß. *Fabarum marin. præp.* ℈ i. Miſc. & f. puluis ocularis ſubtiliſſimus.

*Vires, & Vſus.*

HIc puluis in multis oculorum affectibus mi[hi] valde ſecretus eſt: Imprimis autem hebetib[us] oculis & eorum maculis medetur, & nubeculas de[-] tergit, necnon aquam eò defluentem abſumit. Viſu[m] acuit. Claritatem facit. Sanitatem oculorum conſe[r-] uat. Tempore autem vsûs, exigua pars huius pulue[ris] ex canaliculo pennæ in oculos manè & veſperi inſti[l-] letur, vel collyriis admiſceatur.

---

## SPEC. DIAMARTIS.

℞. R*Ad. Tormentillæ, Nuc. Moſchatæ, Gallar. T*[...] ana ℥ j. *Mag. Corallorum rub. berberiſat. noſt. Cr*[...] *Hæmatit. Croci Martis per calcinat. fact.* ana ʒ iij. *Zed*[...] *riæ electæ, Calami aromatici, Succini alb. præp. Quinque*[...] *lij rad. Caryophyllorum*, ana ʒ ij. *Ciner. Spongiæ, Boli*[...] *Or præp. Terræ ſigillatæ, Acaciæ*, ana ʒ j ß. *Sem. Pla*[...] *ginis, Antheræ Roſarum*, ana ℈ iiij. *Corn. Cerui, &* [...] *Microcoſmi Hermeticè calcinator.* ana ʒ j. *Aluminis* [...] *moſi, calcinat. Animæ vitrioli*, ana ʒ ß. Miſc. & f[iat] omnium puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

STomachi mollitiem corrigunt, & Dyſenteric[is,] Cœliacis, purulenta & ſanguinem excreanti[bus] mirabiliter auxiliantur. Gonorrhææ, Hœmorrh[oi-] dibus, vrinæ incontinentiæ lotióque cruento m[e-] dentur. Fœminarum menſtruam purgationem p[er-] fectiſſimè morantur & inhibent. Hæmorrhagi[æ]

variam & ſanguinem denique vndecunque emanantem, ſiſtunt & ſupprimunt. Doſis à ℈ j. & ʒ ß. ad ʒ j. in conuenienti liquore.

---

## SPEC. DIAMERCVRII.

℞. SEm. *Cinæ opt.* ʒ xiij. *Mercurij dulcis,* ʒ v. *Rhabarb. elect. Rad. Turbith. gum. Corallinæ*, ana ʒ ij. *Raſ. Cornu Cerui, Myrrhæ rub.* ana ʒ j. *Sum. Centaurij min. Tanaceti, Camphoræ veræ*, ana ℈ j. *Ol. Lign. Auellan. per deſcenſum diſtillat. Sp. Vitrioli opt.* ana ℈ ß. Miſc. & fiat omnium puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EXhibentur vermibus ſeu lumbricis ſcatentibus Lunâ decreſcente à ℈ j. ad ʒ ß. & ʒ j. pro ætatis ratione in lacte, quod vnâ cum puluere ſumptum, illis non nutrimentum, ſed venenum erit; Mercurius quoque dulcis eis maximè peſtis eſt: Simul enim interficit lumbricos & fomitem eorum per ſeceſſum expellit. Propterea eſt Medicina experta, aduersùs omne genus Vermium. Offertur etiam in aq. Abſinthij, Centaurij min. Tanaceti, Vrticæ. Item in oxymelle Squillitico, Melle deſpumato, Syr. Acetoſ. Citri, Hydromelle, aut in aliâ quauis materiâ, quâ pueri magis delectantur.

## SPEC. DIAIOVIS.

℞. F*Æcul. rad. Bryoniæ*, ℥ ß. *Sal. Iouis Anglici, Mai*[...] *Perlar. Corallor. rub.* ana ʒ iij. *Rad. Dictamin alb.* *Pæoniæ*, ana ʒ ij. *Succini albi præp. Croci Orient. Viſci quer*[...]*cini, Antophyllor.* ana ʒ j. *Caſtorei veri*, ℈ j. Miſc. & f. omnium puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN vehementiſſimâ & deſperatiſſimâ ſuffocatione & ſtrangulatione Vteri, medicamentum eſt benedictum, & tanquam donum Mulieribus à Deo cælitùs demiſſum: Non enim ſine admiratione hunc atrociſſimum affectum tollit. Pro quo diuino auxilio nomen Domini ſit benedictum. Doſis à ℈ j. ad ʒ ß. tribus aut quatuor auroris continuis, vel tempore neceſſitatis, in aq. Hyſtericâ noſt. vel aliis vehiculis appropriatis.

## SPEC. DIAVENERIS.

℞. S*Vlph. Vitrioli Veneris ſublimati & Spagyricè præparat.* ℥ ß. *Boracis Venet.* ʒ iij. *Sem. Linguæ auis, Eru*[...]*cæ*, ana ʒ ij. *Paſtinacæ Vrticæ, Porri*, ana ʒ i ß. *Rad. Pyrethri, Piperis albi, Boleti Ceruini*, ana ℈ iiij. *Galangæ mi*[...] *Zingiberis alb. Cinnamomi*, ana ʒ j. *Scinc. marin. præp. Mar*[...] *Perlarum Or. Croci Orient.* ana ʒ ß. *Cantharid. abſciſsis capi*[...]*lis & alis tenuioribus, Ambræ griſeæ*, ana ℈ j. *Moſchi opti*[...]*mi, Ol. Macis*, ana ℈ ß. Miſc. & fiat omnium pulu[...]

ubtiliſſimus, cui Sacchari candi albi ℥ j. immiſce, & ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

COntra actûs Venerei defectum efficaciſſimum, immò omnium validiſſimum & extremum experimentum eſt : Propterea qui Amicæ ſuæ placere cupit, & ſe virum ſtrenuum vult probare, capiat poſt cœnam, vel ſi ſtatim effectum quęrit, eundo cubitum, aut ſi ſucceſſiuè operari debet, manè à ℈ j. ad ℈ ij. & ʒ j. in lacte tepido vel vino generoſo. Præparantur etiam ſine cantharidibus.

## SPEC. DIASATVRNI.

℞. M*Ag. Saturni*, ℥ j. *Suc. Glycyrrhiz. purgat. Lact. Sulphuris*, ana ℥ ß. *Flor. Sulphuris comp. Rad. Chinæ elect.* ana ʒ iij. *Sal. Margarit. Orient. Corallorum rubeorum, Panis triticei*, ana ʒ ij. *Boli rub. Orient. præp. Benzoin ſublimati, Olibani*, ana ʒ j. *Croci Orientalis, Caſſiæ ligneæ*, ana ʒ ß. Miſc. & fiat omnium puluis ſubtiliſſimus, cui adde : Sacchari candi albi ℥ iii. & puluerem bene mixtum ad vſum reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

NEſcio quibus verbis hanc incomparabilem compoſitionem extollam : Phthiſis enim, quæ aliàs humanâ manu curâri non poteſt, curatur ſæpe hac Medicinâ. Doſis manè, & veſperi à ʒ ß. ad ʒ j. in aq. noſtrâ ſpecificâ contra Phthiſin, vel in aliis vehiculis appropriatis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0159-0

## SPEC. DIASVLPHVRIS.

℞. L*act. & flor. Sulphuris comp.* ana ℥ i ß. *Suc. Glycyrrhiz. purgat. Cardamomi min. Terræ ſigillat.* ana ʒ vj. *Sem. Vrticæ Rom. Cydoniorum, Cinnamomi acuti, Zingiberis albi, Nuc. Moſchatæ, Croci Orient. Piperis longi, Macis,* ana ʒ iij. *Tragacanth. alb. Rad. Ireos Florent. Flor. Papau. errat. Maſtichis electæ, Crem. Tartari,* ana ʒ i ß. Miſce & fiat puluis, cui adde: Ol. Hyſſopi, Fœniculi, Saluiæ, Aniſi, Chamomil. Rom. ana ℈ j. & ad vſum repone.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

TVſſi diuturnæ, difficultati Spiritûs & Aſthmati chronico ſuccurrunt. Humores in pectore diuerſos & craſſos incidunt & extenuant. Præſeruant & curant abſque omni aliâ Medicinâ, Phthiſin, Ariduram, Pleuritidem, omnéſque putrefactiones, & Apoſtemata, & in affectibus thoracis miranda præſtant, vocíſque iacturam ſemper reſarciunt. Conſumunt etiam & exſiccant fluxus capitis, & prauos humores in corpore exiſtentes, è quibus Podagra, Iſchias, & Arthritici dolores exiſtere ſolent. Prophylacticon eſt in Epilepſiâ, Apoplexiâ, Leprâ, Lue Venereâ, Conuulſione neruorum, Colicâ, Hydrope, &c. Doſis à ℈ j. & ʒ ß. ad ʒ j. manè & veſperi in vehiculo conuenienti. In Hydrope autem offeruntur cum ana Mag. Croci Martis, corpore priùs euacuato, & neminem fallũt. In affectibus thoracis vtimur in forma Tragææ, addito Saccharo cando albo, vel cum Syrupis pectoralibus mixtis in formâ Electuarij ſeu Lambitiui.

## PVLVIS REFECTIVVS.

℞. Sacchari candi in Syrup. Violar. concreti, ℥ j. Lact. Sulphuris, ℥ ß. Flor. Sulphuris comp. Conf. Alkermes, ana ʒ ij. Mag. Perlar. Orient. Corallor. rub. Saturni, ana ʒ j. Miſc. & fiat omnium puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Vires reficit. Cor & totam naturam confortat. Multum nutrit & impinguat. Fluxus Capitis exſiccat. Cerebrum roborat. Tuſſim ſedat. Aſthma, Phthiſin & Tabem curat. Doſis ℈ j. in aq. Pulmonis Vituli, vel Caponis, vel aliâ ſpecificâ. Vel miſcetur tantum pulueris, vt vehiculum quaſi albicante colore tingatur; de quo liquore mixto Doſis manè & veſperi Cochl. j. vel duo.

## PVLVIS EXCELLENS CONTRA Tuſſim infantum.

℞. Sacchari penidij, ℥ iij. Spec. Diatragachanth. frig. Diaireos ſimpl. ana ℥ ß. Rad. Pæoniæ, ʒ ij. Suc. Glycyrrhiz. ext. ʒ j. Lact. Sulphuris, Croci Orient. ana ℈ ij. Cranij humani ſ. igne calcin. Sem. Papaueris alb. ana ℈ j. Miſc. & fiat omnium puluis ſubtiliſſimus.

## SPEC. DIAVITRIOLI.

℞. Galangæ min. ℥ j. Mag. Vitrioli, Rad. Acori aquat. ana ℥ ß. Piperis longi, Sem. Ameos, Zedoariæ, ana ʒ ij. Cinnamomi acut. Calami aromat. Macis, ana ʒ j ß. Cardamomi min. Zingiberis albi, Caryophyllorũ, ana ʒ j. Croci Orient. Spicæ Indic. Lign. Aloës, ana ʒ ß, Moſch. laudatiſſ. Ambræ griſeæ, ana ℈ ß. Miſce & f. puluis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EST Medicina ſalubris ad frigidam humoroſitatem ventriculi & putrefactionem in partibus eius. Ob id phlegma digerunt. Digeſtionem & concoctionem iuuant Nauſeam & vomitum ſedant. Calorem naturalem conſeruant, & membra nutritionis calefaciunt. Flatus craſſos diſſipant, & acidos ructûs compeſcunt. Exſolutis & Iecinoroſis auxiliantur. Conualeſcentibus ac è diuturno morbo emergentibus proſunt. Fœtorem oris & naſi, qui per conſenſum à Stomacho oritur, emendant, & gigni prohibent. Doſis à ℈ ß. ad ℈ j. & ʒ ß. vel addito Saccharo fiat Tragéa. Nota: Hæ & aliæ compoſitiones, Moſchum in nimiâ quantitate recipientes, poſſunt etiam ſine eodem parari.

## SPEC. DIACINNABARIS.

℞. Cinnabaris natiu. præp. ℥ ß. Lap. Stellaris præpar. Corn. Alcis Spagyricè calc. ana ʒ iij. Raſ. Cranij

*partis ant. Viſci quercini*, ana ʒ ij. *Rad. & Sem. Pæoniæ*, ana ʒ j ß. *Spec. Diamoſchi dulc. Diambræ*, ana ʒ j. *Mag. Perlarum Orient. Corallor. rub.* ana ʒ ſem. *Croci Orientalis, Ol. Succini albi*, ana ℈ j. *Fol. Auri*, No. xiij. Miſc. & f. omnium puluis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MIram vim & efficaciam habent in Epilepſiâ & omnibus aliis morborum capitis periculoſorum generibus, ſúntque tam certiſſimum, quàm ſecretiſſimum experimentum, quo Deo aſpirante innumeros cæterorum Medicinæ incurabiles hactenus, quantumuis eorum non paucos ad 9. 10. 12. immò 18. pluréſque annos tali abominabili affectu laborantes, priſtinæ ſanitati perfectè, felicitérque reſtituimus. Doſis in curatione à ℈ j. ad ʒ ß. & ℈ ij. plus minúſve pro ætatis & virium patientis diſcrimine, in vehiculis appropriatis & ſpecificis, omníque manè reiterandis, vſque dum integram conſequatur ſanitatem.

---

## SPEC. DIANITRI.

℞. C*Ryſt. Nitri cum Sp. Vini & Vitrioli præp.* ℥ j. *Sal. Lap. Percarum piſc. Oculor. Cancri, Succini alb.* ana ℥ ij. *Rad. Filipendulæ, Glycyrrhizæ*, ana ʒ i ß. *Sem. Vrticæ min. Lappæ maior. Saxifragiæ, Milij Solis, Geniſtæ*, ana ʒ j. *Bac. Lauri excort. Iuniperi*, ana ℈ iiij. *Cinnamom. acut. Zingib. albi, Croci Orient. Piperis long. Macis*, ana ℈ ij. *Leporis combuſti, Sang. Hircini præp. Pul. Ceterach. Santali rub.* ana ʒ ß. *Millepedum præp.* ℈ j. *Sacchari albiſſ.* ℥ iiij. Miſc. & fiat omnium puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN frangendo & expellendo calculum Renum & Veſicæ, experimentum valde illuſtre eſt. Doſis à ʒ j. ad ʒ ß. ſummo manè in vehiculis ſpecificis.

---

## SPEC. DIATARTARI.

℞. *Tartari vitriolati, Mag. Scammonij*, ana ℥ j. *Turbith albi & gum. Hermodact. albor.* ana ℥ ß. *Ol. Caryophyllorum, Cinnamomi*, ana ℈ ß. Miſce, & fiat puluis quem ad vſum reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN vniuerſo corpore tartarum coagulatum decenter reſoluunt, reſolutúmque cum omnibus defluxionibus podagricis, ſecurè & leniter, in quocunque etiam ſint membro, per ſeceſſum educunt. Flauam bilem & pituitam copioſè deturbant. Aquæ intercute laborantibus mirificè conferunt. Cutis etiam fœditatem, Scabiem, Lepram, cæteráſque eius generis ſordes eluunt. Inſuper Scorbutum curant, & iuncturarum dolores mitigant. Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. præſertim in robuſtioribus.

---

## SPEC. DIACRYSTALLI.

℞. *Carnis mammillarum vaccæ pinguis, ruffæ, iuuenculæ, in vino coctæ, & in furno exſiccatæ*, ℥ j. *Piperis longi*, ʒ v. *Cryſtallorum præpar.* ℥ ß. *Margarit. præp.* ʒ ij. *Sem. Borraginis, Fœniculi, Lactucæ, Nigellæ,*

ana ʒ j. *Rad. Hirci barbulæ, Cardui lactei, Rapunculor.* ana ʒʒ ß. *Sacchari albiſsimi,* ℥ iij. Miſc. & f. omnium puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MAtrum & nutricum lactantium, medicamentum eſt ſpecificum: Lac enim in illis adeò augent ac emendant, vt omnis inde aſſumptus cibus ferè lacteſcat. Propterea ad lactis vbertatem præſtandam ſecretum eſt. Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. manè, meridie & veſperi, in cibo, iuſculo, ſeu in aq. Card. Mariæ, vel in aliis conuenientibus vehiculis.

## SPEC. DIASVCCINI.

℞. *SVccini albi præp.* ℥ ß. *Mag. Corallorum rub. berberiſati & tingentis, Nuc. Moſchat. toſt. Boli rub. Orient. Smaragd. præp.* ana ʒ ij. *Croci Martis per reuerberationem fact. Sang. Draconis,* ana ʒ i ß. *Styracis calamitæ, Cornu Cerui vſt. præp. Laudani opiat.* ana ʒ j. *Antheræ Roſarum, Sem. Plantaginis, Flor. Papau. errat.* ana ʒ ß. *Caryophyllorum, Croci Orient. Cinnamomi, Macis,* ana ℈ j. Miſc. & fiat puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VIſcoſos & tartareos Sales inteſtina erodentes, & alui fluorem ſollicitantes, compeſcunt & obtundunt. Hinc omnibus Dyſenteriis, ſanguiniſque profluuiis maximè medentur. Doſis à ℈ j. ad ʒ j. in vehiculis appropriatis.

## SPEC. DIACRETÆ.

℞. CRetæ albæ cum aq. Roſar. præpar. ʒ iij. Nuc. Moſchat. ʒ i ß. Rad. Glycyrrhiz. Sem. Cydoniorum, ana ʒ j. Boli rub. Orient. præp. Corallorum rub. præp. ana ʒ ß. Lap. Carpionis cum aq. plantag. præp. Macis parum torr. Maſtichis electi, Croci Orient. ana ℈ j. Sacchari albiſſ. ʒ iij. Miſc. & fiat puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CAtholicon eſt in orexi ſeu ardore ventriculi. Hæ enim ſpecies hanc dynamin habent, vt aduerſentur ebullitioni flauæ bilis, & ſublimato in orificium ventriculi tartaro, quem efficaciter reſoluunt & præcipitant. Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. in paroxyſmo: Medicamenta enim in hoc caſu ſunt adhibenda, quandocunque orexis vret, tamdiu donec ceſſet.

## SPEC. DIABORACIS.

℞. BOracis Venet. ℥ ß. Caßiæ ligneæ, Croci Orient. ana ʒ j. Raſ. Lig. Sabinæ, Succini alb. præp. ana ʒ ß. Oſſ. de Corde Cerui, Viſci quercini, Flor. Cheiri, ana ℈ j. Miſc. & fiat puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MVlieribus, quæ nequeant parere, ſeu quæ in partu periculoſè laborant, feliciſſimè offeruntur

ſuntur: Ad partum enim facilitandum, ſecundinas retentas & fœtum mortuum eiiciendum, præſentiſſimum eſt remedium. Doſis à ℈ j. ad ℈ ij. & ʒ j. in aq. Cinnamomi, vel Flor. Cheiri, vel Artimiſiæ, ſeu in vino albo generoſo.

## SPEC. DIATEREBINTHINÆ.

℞. T*Erebinthinæ in aq. Citri bis lotæ.* ℥ ij. *Mag. Scammonij*, ℥ j. *Turbith. alb. & gum.* ʒ vj. *Tartari vitriolati, Hermodact. alb.* ana ʒ iij. *Spec. Lithontrib.* ʒ ij. *Croci Orient. Macis*, ana ℈ j. *Sacchari violat. tabul.* ℥ iiij. Miſc. & f. omnium puluis cui adde: Ol. Aniſi, Arantior. Caryophyllor. Cinnamomi, Fœniculi, ana ℈ ß. Denuò miſce, & ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Arthritide, Colicâ, Gonorrhœâ, Dyſuriâ, Stranguriâ, Renum & Veſicæ calculo, aliiſque meatuum vrinalium vitiis, &c. præſtantiſſimum eſt catharticum, & experimentum mirabile. Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. & ʒ j ß. in iure Caponis, vel gallin. vel carnis bub. vel cicerum, aut in cereuiſiâ, vel vino calido. Mulieribus offertur in aq. Meliſſæ, ſeu bac. Iuniperi.

## SPEC. DIAMVMIÆ.

℞. M*Vmiæ tranſmarinæ, Mag. Lap. Percar.* ana ʒ ij. *Sang. Hircini præp. Caryophyllorum, Spermat. Ceti.* ana ʒ j ß. *Rad. Rubiæ tinct. Hirundinariæ, Tormentillæ*, ana ʒ j. *Succini albi præp. Sal. Corallor. rub. Boli rub. Or.* ana ʒ ß. Miſc. & fiat omnium puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HÆ ſpecies valde mirabiles ſunt ad caſum: Sanguinem enim coagulatum diſſoluunt. Præcipitatos, ruptos, contuſos, & fractos iuuant, vulneraque interna glutinant, & prohibent apoſtemata ex caſu ab alto. Doſis à ℈ j. ad ʒ j. in aq. Chærefolij, vino generoſo, vel in aceto vini.

## PVLVIS STICTICVS eiuſdem ferè efficaciæ.

℞. RAd. *Hirundinariæ*, ℥ j. *Rhabarbari electi*, *Mumiæ transm.* ana ℥ ß. *Laccæ rub. Sper. Ceti*, ana ʒ ij. *Boli Armen. præp. Terræ ſigillat.* ana ʒ j. Miſc. & fiat puluis. Doſis eadem.

## *ALIVS*

## PVLVIS STICTICVS VALDE EFFICAX.

℞. SPer. *Ceti*, ℥ j. *Terræ ſigillat.* ℥ ß. *Bol. Armen. Sang. Dracon. Lap. Hæmatit.* ana ʒ ij. *Oc. Cancri præp.* ʒ j. *Rad. Angelicæ odor. Rhapontic. Rhabarbar. elect.* ana ʒ ß. Miſce & f. puluis. Cuius Doſis eſt ʒ ß. in vino calido, expectando ſudorem, ſic per vulnera exit, & operatur.

## SPEC. DIAOLIBANI.

℞. RAd. *Pæoniæ debitè collect. Ireos Florent.* ana ʒ iij. *Olibani optimi*, ʒ j ß. *Corn. Alcis ſign.*

calc. *Mag. Cranij microcoſmi, Croci Oriental. Viſci quercin.* ana ʒ i. *Sacchari penidij,* ℥ ii. Miſce & fiat puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN metu Epilepſiæ, Apoplexiæ, Catarrhi ſuffocatiui; in Tuſſi, Cardiacâ & in omni ſubito morbo & periculoſo aliquo accidente infantibus & pueris offeruntur: Cerebrum enim & Cor confortant, ab iiſque omnem irruentem & peccantem materiam longè propellunt. Doſis à ℈ ß. ad ℈j. per ſe, vel in lacte materno, aut alio conueniente liquore.

## SPEC. DIATABACI.

℞. TAbac. *Indic. cum Ol. Aniſi præp.* ℥ ß. *Rad. Hellebori alb. Lilior. conuall. Pyrethri,* ana ʒ ß. *Gran. Pæoniæ mar. Flor. Lauendulæ, Roriſmarini, Maioranæ, Origani,* ana ℈ i. *Piperis longi, Gum. Peruuiani, Agarici trochiſc. Galliæ Moſchat.* ana ℈ ß.

*Vires, Vſus, Doſis.*

DE his ſpeciebus parum per nares attrahitur, tunc ſtatim frequentiſſimis ſternutationibus cerebrum benignè expurgant, & in omnibus capitis doloribus, Catarrhis, Vertigine, Epilepſia, narium exiturâ & obſtructionibus, quam maximè valent: Excrementa enim tam craſſa, quàm putrida copiosè educunt, cerebróque robur reddunt. Doſis manè Stomacho ieiuno quantitas vnius ciceris, quæ naribus attrahatur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0169-6
DFG

## SPEC. DIAMAIORANÆ.

℞. *F*Lor. *Liliorum conuall.* ℥ß. *Herb. Maioranæ cum proprio Oleo priùs irrorat.* ʒij. *Lig. Aloës ponderoſ.* ʒj. *Cubebarum opt.* ℈j. *Ambræ griſeæ.* ℈ß. Miſce & fiat puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN omnibus morbis & affectibus, vbi ſternutatione opus, ſpeciebus hiſce feliciſſimè vtimur: Supra modum enim totum Caput à craſſis & pituitoſis humoribus liberant, cerebrúmque ſimul & organa ſenſuum mirè confortant. Doſis manè in aurora Piſi magnitudo naribus attrahenda.

## SPEC. DIABALAVSTIÆ.

℞. *B*Alauſtiarum, ʒ vj. *Rad. Cariophyllatæ, Cyperi rotund. Maſtichis elect. Terræ Sigillat. Caryophyllorum, Sandaracæ, Cort. Citri, Roriſmarini,* ana ℥ ß. *Corallorum præp. Succini albi, Flor. Pæoniæ, Roſarum rubr. Olibani,* ana ʒ iij. *Nuc. Moſchatæ, Sem. Myrtillor. Coriand. præp. Santali citrin. Lig. Saſſafras, Cubebarum,* ana ʒij. Miſce, & fiat puluis, ſuturæ coronali inſpergendus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Phthiſi, Hecticâ, Febribus aridis, & dolore capitis, purgatâ aluo ad ſiſtendum & exſiccandum catarrhos, & confortandum cerebrum, tutò capitis

ſummo vertici, vel in loco ſuturæ coronalis noctu ante ſomnum inſperguntur. In causâ autem frigidâ & humidâ caput priùs inunge op. Sp. Vini ſaluiato, & poſtea inſperge puluerem, & mira videbis: Quia impediunt deſcenſum aquoſitatis à cerebro ad nares, oculos & ſubiectas partes.

## SPEC. DIABVGLOSSÆ.

℞. *Cort. rad. Bugloſſæ*, ℥ j. *Elæoſacch. Citri*, ℥ ß. *Roſarum rub. exſic. Santali citrin. Lig. Aloës*, ana ʒ iij. *Mag. Perlar. Or. Corallor. rub.* ana ʒ j. *Oſſ. de corde Cerui*, *Croci Or. præp.* ana ʒ ß. *Galliæ Moſchat. veræ*, *Auri potab. noſt. Spicæ Indic.* ana ℈ j. *Ol. Roſarum veri*, *Cinnamomi*, ana ℈ ß. *Man. Chriſti ſimpl.* ℥ iij. Miſce, & fiat puluis ſubtiliſſimus.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

SVmma eſt medicina, vbi aliquis quaſi ad deſperationem ex nimiâ triſtitiâ venit: Propterea valde efficax eſt contra affectûs melancholicos, cardiacos, &c. Medicamentum enim eſt Cordi amiciſſimum. Omnia membra, ex quibus virtutes animales & naturales manant, confortant; necnon Cordis tremorem & ſyncopen emendant. Malas cogitationes compeſcunt. Solitarios iuuant. Bonos mores gignunt. Falſas imaginationes abolent. Lætitiam afferunt. Doſis à ℈ j. ad ʒ ß. & ʒ j.

## SPEC. DIAPLANTAGINIS.

℞. *Succ. Glycyrrhiz. ext. Terræ ſigillatæ*, ana ℥ j. *Rad. Plantaginis, Serpentariæ, Tormentill.* ana ʒ vj. *Mag. Croci Martis per reuerberationem fact. Corn. Cerui vſt. & præp. Cort. Granator.* ana ℥ ß. *Lap. Hæmatitis. Nuc. Moſchatæ, Flau. cort. Aurant. Caryophyll.* ana ʒ iij. *Fol. Saluiæ acut. Viſci quercini, Balauſtior.* ana ʒ ij. *Mag. Corall. Berberiſati noſt. Sem. Plantaginis, Priapi Cerui*, ana ʒ i ß. *Pellic. inter. ventriculor. Gallinar. præp. Sang. Draconis, Hypociſtid.* ana ʒ j. Miſc. & f. omnium puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Cibum faſtidientibus, ſanguinem mingentibus & exſpuentibus; necnon mulierculis vrinæ incontinentiâ poſt partum correptis miraculosè auxiliantur. Dyſentericis, Cœliacis, Menſibus ſuperfluis; Inteſtinorum, Renum, Veſicæ, fiſtulæque vrinariæ exulcerationibus mirè ſubueniunt, & inde omnia nata ſymptomata tollunt. Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. manè Stomacho ieiuno, vel ante prandium & cœnam, cum ℥ ij. vel iij. liq. Stil. plantaginis.

## PVLVIS POLYCHRESTVS IMPERIALIS.

℞. *Sacchari candi alb.* ℥ vj. *Croci Martis cum aceto Tamarindor. præp.* ℥ i ß. *Sem. Fœniculi, Raſ. Eboris. Tali Leporin. Oc. Luciorum, Cardamom. min.*

*Zingib. alb. Nuc. Moſchat. Rad. Glycyrrhiz.* ana ℥ j. *Cinnamomi acut. Cubebarum, Caßiæ ligneæ, Spicæ nardi, Rad. & Sem. Pæoniæ, Viſci quercin. Acidi Tartari.* ana ℥ ß. *Mag. Lap. Carpionum, Oc. Cancror. Lap. Percar. piſc. Croci Orien̄tal. Sem. Petroſelini, Apij, Caſtorei veri, Caryophyllorum, Myrrhæ rub. Lig. Aloës, Herb. Hyſſopi, Ol. Aniſi,* ana ʒ ij. *Mag. Perlarum Orient. Corallor. rub. Macis elect.* ana ʒ j. *Fol. Auri Vng.* Nro. xliij. Miſc. & f. omnium puluis ſubtiliſſimus.

## *Vires, Vſus, Doſis.*

EX Stomacho & inteſtinis flatus, ventoſitates, omnéſque peccantes humores expellit, illúmque confortat, & à putredine præſeruat. Cerebrum roborat. Memoriam auget. In Epilepſiâ, Tremore, & debilitate Cordis, difficultate Pectoris, Tuſſi, Aſthmate, &c. multum præſtat. Mœrores mulcet. Triſtes exhilarat, Timidos animat. Hepatis & Lienis obſtructiones reſerat. Tympaniten à causâ frigidâ ortum, & multos alios morbos longos & obfirmatos curat. Hæmorrhoides fluentes ſiſtit. Sanguinem purificat. Viuidum colorem procreat. Matricem frigidam calefacit. Vteri intemperiem corruptam emendat. Renes & Veſicam purgat. Calculos, arenulas, & ſaburram eiicit. Meatus aperit, & Stranguriæ auxiliatur. Doſis omni manè, Caſtaneæ quantitas per ſe, vel in liquore appropriato, morbum propriè reſpiciente.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0173-5
DFG

## PVLVIS DYSENTERICVS.

℞. *Corn. Cerui Spagyricè calc.* ℥ j ß. *Sem. Sanguinariæ, Plantaginis*, ana ℥ j. *Cretæ albæ præp. Nuc. Moſchat. Viſci quercin. Nitri præp.* ana ℥ ß. Miſc. & f. puluis ſubtiliſſimus, qui in omnibus fluxibus ventris etiam valde efficax eſt. Doſis ʒ j. in vehiculis appropriatis & ſpecificis.

## SPEC. DIALAVRI.

℞. *Bac. Lauri maſſâ panis circumducti, & in clibano debitè excoct. exſiccat. & puluériſat.* ℥ j. *Flor. Centaur. min.* ʒ iij. *Rubiæ tinctor. Myrrhæ rub. Croci Or.* ana ʒ j. *Ariſtoloch. rot. Cardamom. min. Galang. min.* ana ℈ ij. *Sal. Cinnamomi, Sabinæ*, ana ʒ ß. Miſce & f. omnium puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

OBſtructiones in vtero egregiè aperiunt; necnon ſuppreſſos menſes mirificè cient, ac largiter mouent. Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. In decoct. Sabinæ cum Croco Or. aut vino vel cereuiſiâ calidâ bis de die, manè ieiuno ventriculo, vel veſperi ante ingreſſum lecti, hócque continuetur, donec menſes prorumpere incipiant.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0174-0
DFG

## SPEC. DIAIALAPPÆ.

℞. Rad. Ialappæ opt. & reſinoſæ, ℥ ij ß. Acidi Tartari, ℈ xj. Ol. Cinnamomi, ℈ j. Miſc. & f. puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

PEr inferiora ſine moleſtiâ purgant, & ſanguinem mundificant. Pituitam ipſam, vtramque bilem, flatus cæteráſque impuritates omnes è toto corpore educunt, & obſtructiones tollunt: Ob id doloribus articulorum & hypochondriorum proſunt. Doſis à ʒ ß. ad ℈ ij. & ʒ j. præſertim in robuſtioribus.

## SPEC. DIAESVLÆ.

℞. Rad. Eſulæ min. præp. Rot. Diarrhod. Abb. ana ℥ j ß. Hellebori alb. præp. Sal. Vitrioli alb. ana ʒ iij. Suc. Glycyrrhiz. ext. Santali rub. ana ʒ j. Cinnamomi acut. Ireos Florent. Zingib. alb. ana ℈ ij. Mag. Perlarum Orient. Corallor. rub. ana ℈ j. Elæoſacch. Caryophyllorum, Nuc. Moſchat. Maſtichis, ana ℈ ß. Miſce. & f. omnium puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VAlent in omnibus Febribus quotidianis, tertianis, ardentibus, omníſque generis infirmitatibus Ventriculi, defluxionibus ſalſis, Lumbricis, doloribus dorſi, Synouiâ, Peſte, morbis Epidemiis, Venenorum hauſtorum ſymptomatibus; per aluum enim & ſuperiora noxiâ quæque, ſine moleſtiâ expurgant. Doſis à ʒ ß. ad ʒ j.

## SPEC. STOMACHICÆ.

℞. Acidi Tartari, ℥ iij. Galang. min. Zingiberis alb. Piperis long. ana ʒ j ß. Cardamom. min. Nuc. Moſchat. Caryophyllorum, Zedoariæ, ana ʒ j. Rad. Glycyrrhizæ raſæ, Fol. Saluiæ acut. Sem. Rutæ, Carui, Olibani, ana ʒ ß. Ol. Cinnamomi, ℈ j. Menthæ criſp. Arantior. Aniſi, ana ℈ ß. Sacchari candi alb. ℥ viij. Miſc. & fiat omnium puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Collapſam appetentiam excitant. Tormina, vomitiones, & ſingultus ſedant. Aſthmaticos iuuant. Crapulam arcent Flatuoſitates expellunt. Ventriculum corroborant, & alimenti diſtributionem accelerant. Doſis manè & veſperi à ʒ ß. ad ʒ j. ex vino Maluatico vel alio generoſo.

## PVLVIS STOMACHICVS NOBILIS.

℞. Cremoris Tartari albiſſ. & Sp. Vitrioli aliquoties irrorati & iterum exſiccati, ℥ ij. Cornu Cerui Spagyricè calc. ℥ ß. Sal. Lap. Percar. piſc. Oculor. Cancri, ana ʒ ij. Mag. Perlar. Orient. Corallor. rub. ana ʒ j. Ol. Caryophyllorum, Cinnamomi, ana ʒ ß. Sacchari candi alb. ℥ viij. Miſc. & fiat omnium puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VTi nobilis eſt, ita quoque cor, ventriculum, & reliqua nutritionis membra nobiliter confortat. Stomachi cruditatem & mollitiem corrigit, pituitæque putredinem prohibet. Nephriticis, Lienoſis, cibúmque vomentibus ſummopere ſuccurrit. Præterea illos, qui ex diuturno aliquo morbo, penitus extenuati ſunt, plurimámque inde imbecillitatem contraxerunt, admodum corroborat. Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. in vehiculo appropriato.

---

## SPEC. PLEVRITICÆ.

℞. *Sulphuris ſublimati*, ʒ ij. *Sem. Card. Mariæ, Bacc. Lauri excort. Viſci quercini, Rad. Zedoariæ, Olibani*, ana ʒ i ß. *Raſ. dentis Verris aprugni, Dent. Lucij acut. Flor. Papau. errat*, ana ʒ j. Miſc. & fiat omnium puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MAgnum ſecretum eſt, contra dolores pleuriticos, ſiue puncturas laterum, vbi præ vehementia ægrotantes ferè exanimantur. Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. in aq. Hyſſopi & Fœniculi, vel in aq. flor. Papau. errat. manè, meridie, & veſperi, vel ſint ad minimum quinque horæ inter quamlibet doſin. Offeruntur etiam in aq. Scabioſæ, & Deo fauente certiſſimè liberant.

## PVLVIS PLEVRITICVS SECRETISSIMVS.

℞. Flor. Sulphuris comp. ℥ ß. Raſ. dentis verris apr[illegible] Mand. Luciorum, ana ʒ ij. Flor. Papaueris rh[illegible] ʒ j. Miſc. & f. puluis ſubtiliſſimus, qui vſui reponé[illegible]

*Vires, Vſus, Doſis.*

CVrat, non ſine adſtantium ſtupore, pleuritid[illegible] omnes putrefactiones, Apoſtemata, &c. Do[illegible] ʒ ß. ad ʒ j. cum aq. è flor. Chamomillæ & Papau[illegible] rat. ana ſ. q. Efficacius remedium non datur, & ce[illegible] hic ſolus hauſtus, ſaccharo cand. alb. parum edulco[illegible] tus, & aliquot vicibus exhibitus, admirabile pr[illegible] dium eſt; quo ſæpiſſimè ipſe ſum vſus, & ſemper, p[illegible] Dei prouidentiam, integræ ſanitati reſtitutus.

## SPEC. FEBRIFVGÆ.

℞. COchlear. long. teſtar. præp. Corn. Alcis ſ. igne c[illegible] ana ℥ j. Sal. Centaurij min. Card. benedict. A[illegible] thij, ana ℥ ß. Tartari vitriolati, Mag. Vitrioli, ana ʒ iij. C[illegible] lami aromat. Nuc. Moſchar. ana ʒ i ß. Sem. Hyperici, Ca[illegible] phyllorum, Piperis longi, Camphoræ, ana ʒ j. Rad. Torme[illegible] læ, Ariſtoloch. rot. Zedoariæ, Oſtrucij, ana ʒ ß. Miſc.[illegible] fiat omnium puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ABigunt ferè omnes Febres; præcipuè aute[illegible] quotidianam, tertianam, & ſæpè quartana[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0178-4
DFG

curant. Dantur inſtante paroxyſmo, vel paulò ante in aq. Card. benedict. & Centaur. min. vel in hauſtu cereuiſiæ calidæ: Sed patiens in lecto ſe contineat & ſudet. Doſ. à ℈ j. ad ʒ j. habitâ ratione viriũ ſumentis.

## PVLVIS FEBRILIS PROBATVS.

℞. C*Alami aromat.* ℥ j. *Rad. Gentianæ, Ariſtoloch. rot. Zingib. alb.* ana ℥ ß. *Sal. Centaur. min. Card. bened. Abſinthij.* ana ʒ iij. *Corn. Ceru. ſ. igne calc. Sem. Calendulæ, Camphoræ,* ana ʒ j. *Sacchari candi alb.* ℥ i ß. Miſc. & f. puluis ſubtiliſſimus. Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. in vehiculis appropriatis & ſpecificis.

## SPEC. NEPHRITICÆ.

℞. C*Ryſt. Tartari*, ℥ j. *Mag. Lap. Percar. piſc. Ocul. Cancri*, ana ℥ ß. *Sal. Succini alb.* ʒ j. *Ol. Aniſi*, ℈ j. *Sacchari cand. alb.* ℥ iiij. Miſc. & fiat omnium puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

NEphriticos oculariter iuuant: Tartarum enim & lapidem Renum & Veſicæ, cæterorúmque membrorum frangunt, atque inde mirabiliter expellunt. Iſchuriam, Dyſuriam atque Stranguriam citra moleſtiam ſoluunt: Propterea pro ſecreto magno, contra omnia calculorum genera habeantur & merito exiſtimentur. Doſis in præſeruatione ℈ j. ſingulis Lunæ quadris in aq. Nephriticâ noſt. vel aliâ conuenienti. In curatione autem Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. in aq. iam dictâ, vel in aq. Ononidis, Petroſelini, Hederæ ter, &c.

## SPEC. CHOLAGOGÆ.

℞. M*Ag. Scammonij*, ℥ j. *Spec. Diarrhod. Abb.* ʒ *Acidi Tartari*, ʒ ij. *Roſar. rub. vitriol. Flor.* *min.* ana ʒ i. Miſce & fiat puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

FLauam bilem citra moleſtiam educunt, vt ſi[illegible] obſtructiones liberent. Præterea calori, dolo[illegible] ſiccitati Stomachi, Cordis, Epatis, Pulmonum, a[illegible] culorum & viſcerum conferunt, ipſorúmque ro[illegible] augent & conſeruant. Cardiacis, Tabidis, morbo[illegible] Regio correptis maximè ſubueniunt. Propina[illegible] etiam feliciſſimè ſenibus & debilibus in febribus[illegible] dentibus & tertianis, &c. Doſis à ʒ ß. ad ℈ ij.

## PVLVIS CARMINATIVVS.

℞. S*Em. Cymini cum aceto præp. Carui, Aniſi*, ana ℥ [illegible] *albi*, ℥ vj. *Macis* ʒ iii. *Croci Orien.* ʒ i. M[illegible] ce, & fiat puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

FLatus inteſtina diſtendentes, & acrimonià [illegible] tormina concitantes, egregiè diſcutit, quotid[illegible] vel tempore neceſſitatis, per aliquot dies continuà[illegible] & in primâ menſâ, cum iure aliquo, vel cum aq. Fœ[illegible] culi, aut Aniſi, ſeu Carminatiua noſtrâ calidè ſùp[illegible] Doſis à ʒ i. ad ʒ iß. Puluis eſt iuſculis accommod[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0180-3

## FARINA VIRGINEA NOBILIS.

℞. Silicum fluuiat. calcinat. & puluerif. ℥ vj. Lap. Pumicis præp. ℥ j. Rad. Ireos Flor. ℥ ß. Galliæ Moſchat. veræ, ʒ j. Ol. Stil. Roſarum, ℈ j. Miſc. & fiat omnium puluis iostar farinæ, quem ad vſum repone.

*Vires, & Vſus.*

AD dentes in vnâ quaſi horâ dealbandos, & à tartaro corroſiuo purgandos, medicina nulla excellentior eſt, ſi quotidie hoc puluere ſæpe hinc inde cum laciniâ laneâ diligenter fricentur atque terantur: Propterea tam gynæceis, quàm reliquis omnibus, hunc de ſilicibus ſuauiſſimum & venuſtiſſimum puluerem commendare volui.

## PVLVIS HÆMORRHOIDALIS.

℞. FArin. volatilis, ℥ j. Croci Martis, ℥ ß. Boli rub. Or. præp. Rad. Verbaſci, ana ʒ ij. Hermodact. alb. per noctem in Sp. Vini infuſ. & iterum exſic. Flor. Papau. errat. Sacchari cand. alb. Sang. Draconis, Olibani, ana ʒ j ß. Miſc. & fiat omnium puluis ſubtiliſſimus, qui tactum effugiat.

*Vires, & Vſus.*

SAnguinem hæmorrhoidalem ſuperfluè emanantem citò reſtringit, vehementémque dolorem mirè ſedat: Tempore autem vſûs, ex albumine

oui & ſtuppâ cannabinâ , vel ex lanâ typharum butyro veteri ſale , f. cataplaſma , cui de hoc pulu parum inſpergatur, & ita hæmorrhoidibus aperti fluentibus apponatur.

## PVLVIS DE VERBASCO.

℞. HErb. Verbaſci viridis q. v. infer crucib quantum capit , ad ſummum vſque in ciendo , deinde alio contege crucibulo , luto muni. igni impone, vt nigreſcat eo , non verò in neres abeat, cúmque videbitur ſatis eſſe , crucib fac refrigeſcere, atram illam materiam exime, & ſubtilem puluerem redige. Poſtea ℞. *Huius pul nigri* , ℥ j. *Rhabarbari elect.* ʒ ij. Miſc. & f. pu ſubtiliſſimus.

### *Vires , Vſus, Doſis.*

CErtum hic puluis eſt experimentum co condylomata & hæmorrhoidas cæcas. C vſus eſt, vt ægrotus de induſio viri trito ſumat p culam , eámque in vno latere paulum propriâ ſ liuâ humectet, de puluere hoc aſpergat , & ita ſu imponat, toties repetendo, quoties opus, donec c dylomata & hæmorrhoides illæ cæcæ diſpare quod breui tempore euenit.

85

## PVLVIS PROBATVS AD exſiccandum, conſolidandum, & ſanandum variolas.

℞. Farin. Lentium, Fabarum, Orobi, ana ℥ ß. Lithargyr. Ceruſſæ lotæ, Tutiæ præpar. Nihili alb. ana ʒ ij. Conch. marin. præp. Rad. Arundinis, Croci Metallor. ana ʒ j. Miſce & fiat puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, & Vſus.*

Variolæ quando maturæ ſunt, poſt ſeptimum diem rumpantur cum acu aureâ ſeu argenteâ, auferatur humiditas, ne corrodat carnem, & faciat foueas, vel ſcindantur cum forcipe, ne iterum claudantur; deinde aſpergantur prædicto puluere, qui etiam ſpargatur in lectum patientis.

## PVLVIS CYPRIVS, Violato-Roſatus.

℞. Rad. Ireos Florent. ℥ iiij. Flor. Violarum recenter exſic. ℥ j. Rad. Cyperi rotund. ʒ ij. Ol. Stil. Roſar. veri, ʒ i ß. Miſce, & f. omnium puluis ſubtiliſſimus, qui tactum effugiat.

*Vires, & Vſus.*

Ex hoc ſuauiſſimo & valde delectabili puluere replentur puluilli, quibus variè vtuntur in

gynæceis. Per ſe etiam crinibus, veſtibus, pellibus, linteis, &c. inſperſus, longè latéque iucundiſſimum ſuum odorem, cerebrum & omnes Spiritus recreando, eructabit. Inuenimus pro iis, qui à Moſcho, Ambrâ, Zibethâ, & aliis valentioribus odoriferis planè abhorrent.

## PVLVIS CYPRIVS MOSCHATVS.

℞. *Styrac. calamit.* ℥ v. *Rad. Ireos Florent.* ℥ iiij. *Roſarum rub. opt. Anthos*, ana ℥ ij. *Benzoini*, *Caſſ. Ligneæ*, ana ℥ j. *Ladani puri*, *Calami aromat. Caryophyllorum*, *Sem. Coriand.* ana ʒ vj. *Lign. Aloës ponderoſ. Santal. citrin. Rhodini*, ana ℥ ß. *Corr. Aurantior. & Citri*, *Cyperi rotund.* ana ʒ iij. *Origani Cret. Maioranæ*, ana ʒ ij. *Fol. Lauri*, *N*… iij. *Flor. Lauendulæ*, *Violarum*, ana ʒ i ß. *Moſchi land*… ʒ ß. *Ambræ griſ.* ℈ j. Miſce & f. puluis veſtimentali… cuius vſus iam dictus.

## PVLVIS MANVALIS ODORATVS.

℞. *MAgmat. Exp. Amygdal. dulc. & amarar.* an… ℥ iiij. *Farin. Fabarum*, ℥ ij. *Oryzæ albiſſ. Lupinor.* ana ℥ i ß. *Rad. Ireos Florent.* ℥ j. *Roſarum alb. ex*… *Benzoin.* ana ʒ vj. *Sal. Tartari alb. Cretæ alb. præp. Spo*… *præp. Sper. Cetirec.* ana ℥ ß. *Ol. Lig. Rhodini*, ℈ j. *Caryophyllorum*, *Lauendulæ* ana ℈ ß. Miſc. & f. omnium pului… ſeu mixtura.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0184-6
DFG

*Vires, & Vſus.*

HIc puluis manûs albas ac nitidas, cutémque mollem reddit, ſi frequenter eo lauentur, & fricentur.

## PVLVIS ERYSIPELATODES.

℞. *Farinæ volat.* ℥ vj. *Plumbi vſti, Boli rub.* ana ℥ ij. *Maſtichis elect. Olibani, Ceruſſæ*, ana ℥ j. Miſce, & fiat omnium puluis ſubtiliſſimus.

*Vires, & Vſus.*

HIc puluis chartæ cæruleæ inſperſus, & in Eryſipelate, ſiue igne ſacro, per ſe, loco affecto applicatus, vix dici poteſt, quàm huic malo ſit ſingulare remedium; præmiſſis tamen vniuerſalibus, nec non venæ ſectione præcedente, præſertim in robuſtioribus.

# SECTIO VI.
# DE CATAPOTIIS, SEV PILVLIS.

## PILVLÆ ALOEPHANGINÆ NOSTRÆ.

℞. FOL. *Senæ elect. ſ. ſtip.* ℥ iiij. *Rad. Polyp-dij*, ℥ ij. *Hellebori nig.* ℥ j. *Troch. Alhand.* *Cort. Arantiorum*, *Sem. Cymini*, ana ℥ ß. *Herb. Abſinthij Pont. Card. bened. Chamæp-tyos*, *Veronicæ*, ana M. j. *Flor. Cordialium*, *Stœchad. Ara.* *Centaur. min. Chamomillæ*, ana P. iij.

Craſsiuſculè contuſa infundantur in vini Maluat. ſ. q. coquantur igne lento, duplici vaſe ad remane-tiam tertiæ partis, deinde exprimantur fortiter & colentur; in Colaturæ ℔ ij. ſolue *Aloës ſuccocitri. optimæ & perlucidæ*, ℥ xvj. Agitentur continuè in loco calido, vſque dum inſpiſſentur; poſtea adde: *Spe. Diamoſch. dulc. Diambræ*, ana ℥ ß. *Mag. Myrrhæ rub. Ma-ſtichis*, *Croci Orient.* ana ʒ iij. *Ol. Chamomillæ Rom. Suc-cini alb. rect. Roriſm. Cymini, & Carui*, ana ʒ ß. Miſc. & incorporentur, vt fiat iuſtæ conſiſtentiæ Maſſa pilu-larum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0186-8
DFG

87

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD omnia Capitis vitia & dolorem, Vertiginẽ, Hemicraniam, Epilepſiam, Apoplexiam, &c. propriè conferunt. Viſum roborant. Mentis vigorem conſeruant. Auditum amiſſum reparant. In Melancholiâ Hypochondriacâ, cæteriſque Melancholicis affectibus, Cancro, Elephantiâ, Quartanâ, Ictero nigro, &c. omnes tam Iecoris quàm Lienis obſtructiones reſerando, ſanguinémque mundificando, quàm maximè valent. Stomachum quoque à craſsis flatibus, vitioſiſque humoribus concoctionem iuuando ſuauiter leniterque purgant, & omnia membra interna à putredine præſeruant. Doſis à ℈ j. ad ʒ j.

## PILVLÆ CATHOLICÆ.

℞. *Maſſ. pil. ſine quibus, Aurearum, Cochiæ*, ana ℥ ß. *Ext. Hellebori nigri, Colocynthid.* ana ʒ iij. *Tartari vitriolati, Scammonij roſat.* ana ʒ ij. *Sp. Vitrioli* ℈ j. Miſc. & cum Ol. Sem. Fœniculi f. l. a. Maſſa pilularum: Et ſi adhuc eſſentia extractorum nimis liquida, fac vt Spiritus vini ſufficienter lento calore ab illis euaporet; hoc etiam in reliquis compoſitionibus æquè obſeruandum eſt.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MAgnificè & citra moleſtiam aluum deiiciunt. Caput, Cerebrum, Ventriculũ & Senſoria craſſis, putridis, pituitoſis, bilioſis & tartareis humoribus & ventoſitatibus repleta, magnâ efficaciâ expurgant.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0187-4

DFG

Valent quoque ad Febres diuturnas, ad Podagram alióſque articulorum dolores, ad cataractam, tinnitum aurium, &c. Viſum clarificant & cuſtodiunt, aciem oculorum exacuunt, eorúmque obſcuritati mirè conferunt. Doſis à ℈ xij. ad ℈ j.

## PILVLÆ BENEDICTÆ.

℞. TRoch. *Alhandal. cum Sp. Sulphuris priùs irrorat. & iterum exſiccat. Ext. Pil. Alœphang. noſt. Scammonij roſati*, ana ʒ j. *Sp. Vitrioli*, ℈ ß. Miſc. & in mortario lapideo cum piſtillo lapideo, & cum aq. benedict. Serpylli noſt. fiat Maſſa: Ex quâ poſteà cum Ol. Chamomillæ Rom. ex quolibet ℈. formétur pilulæ No. v.

*Vires, Vſus, Doſis.*

OMnes humores implicatos à Capite, Ventriculo, Hepate, Splene, Viſceribus & Neruis, ſufficienter euacuant. Doſis à pil. 3. ad 4. 5. vel 6. præſertim in robuſtioribus.

## PILVLÆ FAMILIARES.

℞. M*Aſſ. Pil. Alœphang. noſt.* ℥ ij. *Rad. Ialappæ reſinoſ.* ℥ j. *Acidi Tartari*, ℥ ß. *Mag. Scammonij, Ext. Rhabarbar.* ana ʒ ij. *Sp. Salis rect.* ʒ j. Miſc. & cum vino Maluatico f. Maſſa Pilularum; ex quâ poſteà cum Ol. Aniſi vel alio conueniente formentur Pilulæ paruiſſimæ in modum Alœphang. quæ deaurentur fortiter.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0188-0

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Catarrhis exſiccandis, & obſtructionibus reſerandis, valde illuſtres, necnon ad varios Capitis, Stomachi, Lienis, &c. affectus, efficaces ſunt. Cerebrum, Ventriculum, Senſoria omnia, pedetentim, leniterue purgant, & ab humoribus craſſis, putribus, pituitoſis, bilioſis, & tartareis liberant. Inſuper Sanguinem & Spiritus purificant. Concoctionem iuuant, & appetentiam excitant. Doſis, à ℈ j. ad ʒ ß. quotidie continuando, donec operationes deſideratæ feliciter ſequantur.

---

## PILVLÆ PROPRIETATIS.

℞. MAſſ. Pil. Alœphang. noſt. ℥ iiij. Tartari vitriolat. ℥ j. Lact. Sulphuris, ℥ ß. Ext. Lign. Aloës, ʒ j. Miſc, & cum vino Maluatico f. Maſſà; ex quâ cum Ol. Sem. Fœniculi conficiantur pilulæ in modum Alœphangin. videlicet quantitate maiores vel minores, & ſic quoque numero plures vel pauciores, prout occaſio eſt: poſteà fortiter deaurentur, & ad vſum ſeruentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CAput, Pectus, Hypochondria & Stomachum humoribus craſſis, pituitoſis, & putridis repleta, pedetentim quidem, ſed radicitùs expurgant: Immò humores tartareos, & corruptos in ventriculo immerſos euacuãt, & omnia membra principalia confortant & à putredine præſeruant: Præterea omnes fluxus

ſeu catarrhos à cerebro ad ſubiectas partes delaben-
tes exſiccant & conſumunt, Concoctionem iuuant,
Appetentiam excitant, Virtutes naturales muniunt,
Sanguinem & Spiritum clarificant. Mirificè aduer-
sùs peſtiferæ luis contagia populatim graſſantia pol-
lent; necnon Lumbricos tam in pueris quàm adultis
necant, ſuffocant atque deturbant. In Epilepſiâ, Apo-
plexiâ, Tuſsi, Aſthmate, Phthiſi, Hecticâ, Lue Vene-
reâ, Conuulſione neruorum, Arthritide, Podagrâ, Iſ-
chiaticâ, Venarum viſcerúmque obſtructionibus ſum-
moperè conducunt, & à me ordinatæ ſunt, potiùs vt
confortent, quàm vt aluum ducant: poſſunt tamen
pro lubricitate alui ad libitum, ſiue manè, ſiue ſerò,
ſiue quauis horâ diei, poſt cibum, ante cibum, in om-
nibus ferè morbis, præcipuè autem phlegmaticis &
corroſiuis vſurpari. Tum quoque in omnibus Febri-
bus continuis & intermittentibus, ægris felicisſimo
ſucceſſu offeruntur: Non ſolùm enim aluum aliquo
modo ſoluunt; ſed etiam corporis vires reſtaurant at-
que refocillant. Doſis eadem obſeruatur, quæ in pil-
lis Alœphanginis noſtris.

## PILVLÆ ANODYNÆ.

℞. Ext. pil. *Alœphang. noſt.* ʒ iij. *Tartari vitrioli, Laudani opiat. noſt.* ana ʒ j. Miſc. & cum Con. Alkermes in aq. Hypnotic. noſt. diſſ. f. maſſa pilularum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD dolores acutos mitigandum & ſedandum, torſiones placandum, ſomnum conciliandum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0190-1

in Colicâ, Nephritide, Arthritide, Pleureſi, cæteriſque morbis omnibus, ſolùm excellunt: Et ipſo Laudano opiato longè tutiores ſunt: Quia ratione Ext. pil. Alœphang. & Tartari vitriolat. additorum non admittunt conſtipationes, quibus poſt vſum Laudani opiati per ſe exhibiti, ægrotantes communiter afficiuntur. Doſis à ℥ xij. ad xv. aut ℈ j. & à ℥ xxv. ad ʒ ß. Harum enim pilularum ℥ xv. Laudani opiati ℥ 3. ℈ j. Laudani ℥ 4. ℥ xxv. Laudani ℥ ß. & ʒ ß. Laudani ℥ *6*. in ſe continent. Et ſumuntur veſperi eundo cubitum.

---

## PILVLÆ NARCOTICÆ.

℞. O*Pÿ Thebaici Spagyricè præp. atque extract.* ʒ iij, *Spec. Diambræ,* ʒ j. *Sal. Margaritar. Or. Corallor. rub,* ana ʒ ß. *Ext. Flor. Papau. errat. Croci Orient.* ana ℈ j. *Lap. Bezoar. Orient. Oſſ. de Corde Cerui.* ana ℈ ß. *Moſchi Lauduiſſ.* ℥ v. *Ol. Caryophyllorum. Cinnamomi, Maioranæ, Succini alb. Carui,* ana gut. iiij. Miſc. & cum Conf. Alkermes in aq. Narcot. noſt. diſſ. fiat maſſa pilularum.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

IN defectu Laudani opiati, pilulis hiſce feliciſsimè vtimur; quibus etiam honorem frequentiſsimè conſecuti ſumus. Doſis à ℥ iij. ad iiij. v. & vj. horâ dormitionis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0191-7

## PILVLÆ CEPHALICÆ.

℞. *S*Cammonij roſat.* ℨ iij, *Ext. Pil. Cochiarum, Helleb* *nigr.* ana ℨ i ß. *Tartari vitriolat. Spec. Dia* *bræ*, ana ℨ ß. *Ol. Succini alb. Maioranæ*, ana ℈ ß. Mi & fiat l. a. Maſſa pilularum; Ex quâ poſteà cum O Fœniculi formentur pilulæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CAput, Cerebrum, ſenſúſque omnes, Ventric lum, Vterum, & alia viſcera à frigidis, craſſis, ſe roſis, pituitoſis, & putridis humoribus mirificè ex purgant, & in articulorum & Colicis doloribus, &c valde celebres ſunt. Doſis à ℈ j. ad ℨ ß.

## PILVLÆ SENECTVTIS.

℞. E*Xt. Meliſſæ*, ℨ iij. *Spec. Diamoſch. dulc.* ℨ i ß. *Su* *cini alb. præp.* ℨ j. *Margar. trochiſchat. noſt. Amb* *griſeæ*, ana ℈ j. Miſc. & cum Conf. Alkermes in aq. Lil Conuall. diſſ. f. Maſſa pilularum; ex quâ poſteâ cun Ol. Caryophyllor. & Maioranæ, ana ſ. q. formentu pilulæ ad quantitatem Cicerum, quæ deaurentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VIgiliis ſenum & illorum qui in ſummis curis verſantur, medentur: Animi tranquillitatem ac hilaritatem præſtant; necnon ad pellendas curas val de vtiles ſunt. Doſis à pil 3. ad 4. vel 5. ſub noctem.

80

## PILVLÆ SMARAGDINÆ.

S*Maragd. præp.* ʒ j ß. *Sulp. Lunæ ſicci*, ℈ ij. *Hyacinth. præp.* ʒ ß. *Mag. Perlar. Orient. Corallor. rub.* ana ℈ j. cc. & cum Syr. Cort. Citri Moſchat. f. Maſſa pilu- rm; ex quà poſteà cum Ol. Aniſi formentur pilulæ iæ, quæ argento puro obducantur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Omnia grauia & terribilia, (quæ aliàs valde debi- itant) arcent & ſomnum inducunt; Venenis reſi- nt, & in confortandis ſpiritibus vitalibus totiúſq; rporis plurimùm valent. Doſis horâ ſomni ℈ j.

## PILVLÆ ODONTALGICÆ.

O*Pij Thebaici.* ʒ j. *Camphoræ, Sem. Staphid. agriæ, Zingiberis alb. Piperis longi, Gallar. Turc. Cretæ* ſſ. *Aluminis vſti*, ana ʒ ß. *Rad. Peucedani, Hyoſcyami, icæ min.* ana ℈ j. *Sp. Salis Nitri q. ſ. ad perfectam ace- tatem.* Miſc. diligenter, & cum Balſamo Odontalg. ſtro f. l. a. Maſſa pilularum; Ex quâ poſteà cum cto etiam balſamo formentur pilulæ oblongæ al- utra ſui parte in acumen deſinentes.

*Vires, & Vſus.*

N vſu quotidiano pro ſecreto habemus: perfora- tis enim & concauis dentibus impoſitæ, acutiſſi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0193-9
DFG

mum dolorem confeſtim & ex tempore ſoluunt.

## PILVLÆ DE CALCE VIVA.

℞. Calcis viuæ, ʒ j. *Farin. Siliginis, Piperis long. Granator. Gallar. Turc.* ana ʒ ß. *Sem. Hyoſcy. Caryophyllorum, Opij Thebaici, Aluminis vſti.* ana Miſc. & cum ſuc. inſpiſſ. rad. Pyrethri fiat Maſſa pilularum: Ex quâ poſtea cum Ol. Origani Cret. Camphoræ ana ſ. q. fingantur pilulæ oblongæ.

*Vires, & Vſus.*

Dentibus dolentibus impoſitæ ſubitò medentur, firmiores eos reddunt: Vermiculos in eorum cauernis deliteſcentes enecant, necnon fluxiones nes ad gingiuas lapſas extrahunt.

## PILVLÆ ODORIFERÆ.

℞. Styracis calamit. ʒ ij. *Aſæ dulcis*, ʒ j. *Rad.* ʒ ß. *Galliæ Moſchat. Santali citrin.* ana ℈ j. *Ol. Roſar. veri*, ℈ ß. Miſc. & cum modico infuſionis tragacanth. cum aq. Cinnamomi fact. fiat Maſſa, de qua formentur pilulæ dentibus excauatis imponendæ.

*Vires, & Vſus.*

Foetorem dentium excauatorum relegant; non immiſſæ & retentæ, ſuauiſſimum & dulcimum faciunt anhelitum.

## ILVLÆ DE ORIGANO CRETICO.

ORigani Cretici, ℥ j. Galliæ Moſchat. veræ, Caſſiæ ligneæ, Lig. Aloës, Santali citrin. Iréos Flor. ana ʒ j. Styracis calamit. Aſæ dulcis, Caryophyllorum, Galang. ʒ ß. Nuc. Moſchat. Cubebarum, Macis, ana ℈ j. Miſc. & cum Conf. Alkermes in aq. Majoranæ diſſol. f. Maſſa pilularum; Ex quâ poſteà cum Ol. Stil. Coſar. & Cinnamomi ana ſ. q. formentur pilulæ ad quantitatem cicerum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Actâ purgatione, & præmiſſis vniuerſalibus, de his pilulis 3. vel 4. aſſumptæ, mirabiliter fœtorem oris & naſi, ſiue per conſenſum à Cerebro, ſiue à Stomacho ortum, emendant, corrigunt, & anhelitum gratiorem & iucundiorem reddunt. Inſuper Ventriculum confortant, & concoctionem iuuant.

## PILVLÆ ROSATÆ.

SCammonij roſat. ℥ ß. Mag. Ialappæ, Turpethi, ana ʒ ij. Tartari vitriolat. ʒ j. Ol. Stil. Roſar. veri, ℈ ß. Miſc. & cum Sp. Roſar. f. pilulæ ex quolibet Scrupulo No. 9.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VAlentiſſimè bilem deiiciunt, quam à ſanguine exhauriunt; necnon craſſam lentámque pituitam vacuant, atque hanc à Ventriculo, Thorace, neruis, ac remotioribus artubus educunt. Doſis à ℈ j. ad ʒ ß. & ℈ ij.

## PILVLÆ POLYCHRESTÆ.

℞. EXt. *Polychreſt. noſt. Scammonij roſat.* ana ℥ ß. *Tartari vitriolat.* ʒ j. Miſc. & cum Sp. Aniſi f. Maſſa pilularum; Ex quâ poſteà cum Ol. Maior. fingantur pilulæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

QVòd ad quamplurimos totius corporis affe. maximè ſint vtiles, & omnes ferè purgent mores, polychreſtæ appellantur: Quapropter ad c. plicatas & diuturnas Febres, Quartanam, Melanc. liam, Apoplexiam, Epilepſiam, varióſque Capi. Oculorum, Ventriculi, Splenis, Iecinorîſque mor. valde probantur: Ex iis enim pituitam & vtram. bilem efficaciter expurgant. Aduerſus Podagram Arthritim etiam inſigniter proſunt. Doſis à ℈ j. ʒ ß. & ℈ ij. præſertim in robuſtioribus.

## PILVLÆ MELANAGOGÆ.

℞. M*Aſſ. Pil. Indarum*, ℥ ß. *Lap. Lazuli præp. Scammonij roſat.* ana ʒ ij. *Ext. Troch. Alhandal, Hellebori nigri, Ialappæ*, ana ʒ j ß. *Eſſ. Fol. Senæ Alex. Hyperici*, ana ʒ j. *Croci Orient. præp. Epithymi*, ana ʒ ß *Spicæ Indicæ, Caryophyll.* ana ℈ ß. Miſc. & cum Co. Alkermes in aq. Roſarum diſſol. fiat Maſſa pilularum Ex quâ poſteà cum Ol. Citri formentur pilulæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0196-7
DFG

*Vires, Vſus, Doſis.*

VT per has pilulas humanus intellectus quaſi deperditus reſtauretur, ſecretiſſimò teneantur: ropriè enim valent ad mentis alienationem, Maam, Melancholiam, & inde ortum timorem. Item, omnia vitia ex humore Melancholico nata; Canumnimirum, Lepram, Elephantiaſin, Quartanam, terum nigrum, ex vitio Lienis procreatum, conferunt. Sanguinem inſigniter defæcant, & ſeroſa excementa ita largiter euacuant, vt omnes hiſce vtenss, ſemper tam mentis quàm corporis ſanitatem repiant. Doſis à ℈ j. ad ʒ ß.

## PILVLÆ HYDRAGOGÆ.

TVrbith mineral. veri, ℥ ß. *Ext. Hellebori nigr. Colocynthid.* ana ʒ iij. *Rhabarbar. Elaterij*, ana ʒ ij. *ag. Corallor. tingent. Hyacinth. præp.* ana ʒ i ß. *Croc. Mellor. Abſinthiac. Gum. de Peru roſat.* ana ʒ j. *Sp. Vitrioli lc.* ʒ ß. Miſc. & cum Ol. Macis Caryophyllorum, ymini & Cinnamomi, ana ſ. q. f. l. a. Maſſa pilulaum; Ex quâ poſteà cum Ol. Chamomillæ formentur llulæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Cachexiâ, Hydrope, Scabie, Serpigine, Impetigine, Pruritu, &c. Catharticum eſt ſtupenm, immò ſpecificum: Craſſos enim & ſeroſos mores expurgat, & viſcera nutritionis corrobot. Præterea in Podagrâ, Icteritiâ, Lue Venereâ iuſcunque etiam ſpeciei, gradûs atque ætatis,

necnon in omnis generis inueteratis & peſſimis vl
ribus, Lupo, Cancro, Fiſtulis, & huius ordinis al
Item in omnibus Febribus continuis intermitten
bus remedium eſt appropriatum. Doſis à ℈ ß. ad ℈
plus minúſue. Exhibeatur autem bis in hebdoma
ſi vires ferant.

## PILVLÆ SPLENETICÆ.

℞. G*Vm. Ammoniaci in aceto ſquillitico diſſolut. & juſtam conſiſtentiam coct.* ℥ j. *Chalybis cum* ac
*Tamarind. præp. Ext. Rad. Filicis*, ana ℥ ß. *Tartari Vitriol*
*Aloës non lotæ*, ana ʒ ij. *Mag. Myrrhæ rub. Maſtichis*, a
ʒ j. *Sal. Abſinthij, Scolopend. Centaur. min.* ana ʒ ß. S
*Fraxini, Croc. Orient.* ana ℈ j. Miſc. & cum Suc. Fu
riæ inſpiſſ. f. l. a. Maſſa pilularum, quæ conſerue
in alutâ madefactâ Ol. Benzoin. Poſtea temp
vsûs cum Ol. Roriſmarini formentur pilulæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN omnibus deploratis Lienis & Iecinoris obſt
ctionibus & doloribus miranda præſtant; Splen
enim modeſtè aperiunt & confortant; necnon (pr
miſſis tamen vniuerſalibus, videlicet, Medicinis at
nuantibus & aluum ſubducentibus) eius duritie
tumorem, & diuturnum ſcirrhum pedetentim & ſ
moleſtiâ tollunt. Debent etiam ante & poſt har
pilularum vſum, clyſteres, & ſuper locum affect
fomentationes adhiberi. Doſis à ℈ j. ad ʒ ß. manè &
veſperi ratione morbi & complexionis.

## PILVLÆ DVLCES.

℞. SVc. Glycyrrhiz. in aq. Pectoral. noſt. diſſolut. colati, & ad iuſtam conſiſtentiam iterum coct. ℥ j. Spec. Diaſaturni noſt. Diaſulphuris noſt. ana ℥ ß. Ext. Rad. Myrrhidis, Sacchari candi alb. ana ʒ ij. Flor. Benzoin. Sem. Cydonior. ana ʒ j. Miſc. & cum Diacodio crocat. noſt. fiat ſ. a. Maſſa pilularum; Ex quâ poſteà cum Ol. Aniſi & Fœniculi formentur pilulæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Catarrhis & morbis pectoralibus; vtpote Tuſſi, Aſthmate, Dyſpnœâ, Orthopnœâ, Phthiſi, Hecticâ, Pleuritide, &c. commendare voluimus. Doſis à ℈ j. ad ʒ j. manè & veſperi.

## PILVLÆ PERVVIANÆ.

℞. MAg. Gum. Peruuiani opt. Ext. Panchymag. noſt. ana ʒ vj. Acidi Tartari, ʒ j ß. Spec. Vitrioli rect. ℈ j. Miſc. & fiat ſ. a. Maſſa; Ex quâ poſteà cum Ol. Chamomillæ Rom. formentur pilulæ, ex quolibet Scrupulo No. v.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD humores ſeroſos & craſſos euacuandum in Cachexiâ, Hydrope, Arthritide, Scabie, Ictertiâ, obſtructionibus Hepatis & Lienis, &c. Item in Febribus quotidianis & tertianis, &c. hiſce quotidie tanquam expertâ medicinâ vtimur feliciſſimè. Doſis à ℈ j. ad ʒ ß. & ℈ ij. præſertim in robuſtioribus.

## PILVLÆ DE TEREBINTHINA.

℞. *Terebinthinæ Cypriæ in ſucco Limonum lotæ*, ℥ j ß. *Suc. Portulacæ inſpiſſ.* ʒ vj. *Ext. Rad. Glycyrrhi*[z.] *Rhabarbari, Tartari vitriolati*, ana ʒ iij. *Spong. in arbu*[ſto] *Roſar. ſylueſt. natæ*, *Oſſ. Meſpilor.* ana ʒ i ß. *Sal. Succi*[ni] *alb. Nitri præp.* ana ʒ j. *Mag. Lap. Percar. piſc. Oc. Cancr*[.] ana ʒ ß. Miſc. & f. l. a. Maſſa pilularum; ex quâ poſte[à] cum Ol. Citri rect. formentur pilulæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Mirum in modum ad frangendum Renum calc[u]lum, & ciendas vrinas conueniunt, præcipu[è] que calidioribus naturis conferunt; Tartarum eni[m] & arenulas ad miraculum vſque expellunt. Gono[r]rhæam & id genus alia curant; necnon Hepatis Li[e]níſque obſtructiones liberant. Doſis longè à cibo ʒ ß. ad ʒ j.

## PILVLÆ STYPTICÆ.

℞. *Svc. Glycyrrhiz. ext.* ℥ ß. *Spec. Diaplantaginis, Di*[a]*martis*, ana ʒ iij. *Laudani opiati*, ʒ ij. *Fung. Be*[...]*lini. Coag. Leporis, Camphoræ* ana ʒ ß. *Vng. Equi vſtæ, Sa*[n]*daracæ, Olibani*, ana ℈ j. Soluatur ſuccus Glycyrrhi[z.] in vino granatorum, & f. l. a. Maſſa pilularum; [e]x quâ poſteà cum Ol. Nuc. Moſchat. & Caryophyllo[ru]rum, formentur pilulæ in modum cicerum, q[uæ] deaurentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

OMne alui profluuium à quacunque cauſâ ortum cohibent, & ſanguinem à quacunque parte emanantem coërcent, necnon vterinos fluores omnes ſiſtunt, placidéque compeſcunt, dolores mitigant, & ſomnum inducunt. Doſis à ℈ j. ad ʒ ß. veſperi eundo cubitum.

---

## CICERA TARTARI.

℞. T*Erebinth. Cypriæ in aq. Violarum lotæ, & in eâdem ad iuſtam conſiſtentiam coct.* ℥ ij. *Acidi Tartari*, ʒ j. *Spec. Diaireos ſimpl.* ʒ ij. *Nitri præp.* ʒ j. Miſc. & manus immittendo in aquam violarum frigidam, formentur pilulæ ad quantitatem Cicerum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

FElicissimè vtimur in omnibus ægritudinibus tartareis à craſſiore materiâ genitis. Hinc per experientiam cognouiſſe licuit, quoſdam harum pilularum vſu inſtantes dolores podagricos adeò præcauiſſe, vt iidem aliquot annos non, vel tardiùs redierint, aut in quibuſdam mitiùs ſaltem afflixerint & citiùs deſierint. Commendabiles quoque ſunt in omnium viſcerum & venarum obſtructionibus: Hemicraniâ, Icteritiâ, Contracturis, Hydrope, Febribus, Menſium retentione, &c. Calculos Renum & Veſicæ (ipſum Ventriculum & proximè vicina membra non ſolùm leuando; ſed & iiſdem ſingulare robur ſuggerendo,) comminuunt atque

expellunt. In Aſthmate, Tuſsi, Phthiſi, &c. aliiſq; morbis pectoralibus, harum pilularum vſus etia valdè celebris eſt. Interdum per ſudores & vrin operantur, prout natura ægri in hanc vel illam pr nior fuerit aut propenſior. In præſeruatione Do ſingulis Lunæ quadris à ʒ ß. ad ʒ j. In curatione a tem quotidiè manè in aurorâ à ʒ j. ad ʒ i ß.

## PILVLÆ DE SANDARACA.

℞. *S*ANDARACÆ *elect.* ℥ ß. *Ext. Polypodij*, *Tartari* ana ʒ ij. *Succini alb. præp. Piperis nigri*, *Alumi rochæ*, *Sarcocoll. rub.* ana ʒ ß. *Laccæ ablutæ*, *Nitri p Ariſtoloch. rot. Sem. Rutæ ſylueſt. Petroſelini*, ana ℈ j. Mi & cum ſuc. inſpiſſat. Centaur. min. f. maſſa pilular Et ex quolibet ſcrupulo formentur pilulæ duæ, q deaurentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

PIngues extenuant; necnon omnem carnoſitat præter naturam corpori humano additam a nuant. Detur autem omni die pilularum vna, qu do ſurgit à lecto.

## PILVLÆ DE SABINA.

℞. *S*AL. *Herb. Sabinæ*, P. ij. *Ol. Stil. einſdem.* P. j. M ta Hermeticè ſigilla, & igne philoſophico que, donec lapidis duritiem acquirant; poſteà *Maſſ. Pil. Alœphang. noſt.* ℥ i ß. *Lapidis huius præp* ℥ j. *Borac. Venet.* ℥ iij. *Ext. Spec. Dialaur. noſt. Flor.*

tauv. min. Herb. Sabinæ, ana ʒ ß. Croci Orient. ℈ j. Miſc. & cum Ol. Bac. Iuniperi, f. l. a. Maſſa pilularum. Ex quâ poſteà cum Ol. Cinnamomi & Macis formentur pilulæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ADeò feliciter obſtructiones Vterinas reſerant, Menſéſque retentos copiosè mouent, vt meritò inter arcana medica, muliebria cientia, primas obtineant. Doſis manè & veſperi à ℈ j. ad ʒ ß.

---

## PILVLÆ VTERINÆ.

℞. MAſſ. Pil. Alœphang. ℥ j. Fæc. Brioniæ, ʒ j. Sal: Iouis Anglici, Matris Perlar. Corallor. rub. ana ʒ ß. Ext. Caſtorei veri, Callor. Equar. ana ℈ j. Ol. Angelicæ, ℈ ß. Miſc. & f. l. a. Maſſa pilularum, ex quâ poſtea cum Ol. Succini rect. formentur pilulæ, quæ deaurentur fortiter.

*Vires, Vſus, Doſis.*

SPecificum & peculiare eſt medicamentum ad Vteri ſtrangulatum: Fœminas hyſterico pathemate quaſi ſuffocatas, feliciter excitat. Doſis à ℈ j. ad ʒ ß. auroris aliquot continuis.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0203-0

# SECTIO VII.
## DE
# ROTVLIS.

## ROTVLÆ IMPERIALES.

℞. Confect. *Alkermes*, ℥ ß. *Margaritar. trochiſ* ʒ j. *Ambræ griſeæ*, ℈ j. *Moſchat. laud* ℈ ß. *Sacchari albiſſ. in aq. fragrantiſſ. R* *diſſ.* ℥ viij. Miſc. & fiant l. a. Rotulæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

SVpra modum caput, cerebrum, & memori confortant. Cor frigidum & tremulum robor & omnibus ipſius affectibus opem præſtant. Do rem capitis diuturnum mulcent. Vertiginem di tiunt. Viſum acuunt. Humidas oculorum defluxi ſiccant. Canitiem retardant. Vitam ex malâ vi ratione abbreuiatam prolongant. Doſis ſæpiùs in ab 1. ad 2, vel 3. pro vnâ vice.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0204-6

## ROTVLÆ SMARAGDINÆ.

℞. *Smaragd. præp.* ℥ ij. *Corn. Alcis Spagyricè calc.* ℥ j ß. *Sem. Pæoniæ maris decreſcente Lunâ collect. Citri excort.* ana ℥ j. *Rad. Diptamni alb. Gran. Chermes, Galangæ min. Croci Orient. præp. Cubebarum, Viſci quercin.* ana ℥ ß. *Mag. Perlar. Orient. Corallor. rub. Hyacinth. præp.* ana ℈ j. *Ol. Succini alb. rectif.* ℈ j. *Nuc. Moſch. Macis, Cinnamomi*, ana ℈ ß. *Roriſmarin. Lauendulæ*, ana gut. iiij. *Sacchari alb. in aq. Apoplect. & Epilepticâ noſt. ana diſſol.* ℥ xvj. Miſc. & fiant l. Rotulæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Miraculosè ab Apoplexiâ, Epilepſiâ, Paralyſi, &c. præſeruant. Vertiginem corrigunt. Cerebri debilitatem auferunt. Memoriam & ſenſus acuunt. Caput confortant. Spiritûs recreant. Literatos omnes meditationibus continuis curíſque variis facultates animales periculosè debilitantes, maximè iuuant atque liberáliter ſuſtentant.

## ROTVLÆ HYACINTHINÆ.

℞. *Spec. Diarrhod. Abbat. Diamarg. frig.* ana ℥ ß. *Hyacynthi præpar.* ℥ iij. *Flor. Nitri* ℥ j. *Mag. Corallorum rub.* ℈ j. *Ol. Stil. Roſarum*, ℈ ß. *Sacchari alb. in aq. flor. Nymphææ ſ. q. diſſolut.* ℥ xvj. Miſc. & fiat l. a. confectio in Rotulis.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0205-2

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD vniuerſi corporis caliditatem & inflammationem conferunt, omnémque virium imbecillitatem firmant. Syncopen iuuant, atque longo morbo deiectos ſupra modum recreant, refrigerant, ac confortant. Aſthmaticis, Cardiacis, Hepaticis, Ictericis, Tabidis, Tuſſientibus, & malignè Febricitantibus mirè auxiliantur. Doſis a 2.3. ad 4. vel 5. ſæpius in die.

## ROTVLÆ CORDIALES.

℞. *Spec. Diarrhod. Abb.* ℥ ß. *Conf. Alkermes*, ʒ ij. *Margarit. trochiſcat. Mag. Corallor. rub.* ana ℈ ij. *Ol. Caryophyll. Macis*, ana gut. iiij. *Sacchari alb* ℔ ß. *in aq. Cinnamomi diſſ.* ℥ viij. Miſc. & fiat Confectio in Rotulis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

COr inſigniter confortant, illúdque ab omni corruptione illæſum præſtant, & ne facilè à maligno aëre deprauetur, tutantur. Doſis 2. 3. vel 4. pro vnà vice.

## ROTVLÆ PECTORALES ALBÆ.

℞. *Spec. Diatragacanth. frigid. Diaireos ſimpl.* ana ℥ ß. *Lact. Sulphuris*, ʒ ij. *Pulu. Benzoin.* ʒ j. *Ol. Fœniculi*, ℈ j. *Sacchari albiſſ. in lact. Sem. Papau. alb. cum aq. Violarum ext. diſſolut.* ℥ xvj. Miſc. & fiant l.a. Rotulæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD omnem faucium & linguæ aſperitatem valent. Pectoris & thoracis grauitatem, à cauſ

calidâ & ſiccâ, alleuant. Tuſſientes, Phthiſicos, tabidos, macie confectos, & eos, qui defluxionibus & deſtillationibus è capite obnoxij ſunt, iuuant. Doſis quauis horâ 1. 2. vel 3. pro vnâ vice.

## ROTVLÆ PECTORALES CITRINÆ.

℞. *Loh. ſani & experti, Spec. Diarrhod. Abb.* ana ℥ ß. *Suc. Glycyrrhiz. ext. Flor. Sulphuris*, ana ʒ j. *Pulu. Benzoin. Rad. Ireos Flor.* ana ℈ ij. *Ext. Croci Oriental, Balſ. Sulphuris aniſat.* ana ℈ j. *Sacchari albiſſ. in aq. Fœniculi diſſol.* ℥ xvj. Miſc. & fiant l. a. Rotulæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

PVlmones expurgant. Pectus leniunt. Sputum facilitant. Ideóque Tuſſiculoſis, Pleuriticis & difficulter ſpirantibus mirum in modum auxiliantur. Doſis ſæpius in die ab 1. 2. ad 3. vel 4. pro vnâ vice.

## ROTVLÆ PECTORALES RVBRÆ.

℞. *Spec. Diarrhodon. Abbat.* ℥ j. *Loh. ſani & exp.* ℥ ß. *Conf. Alkermes*, ʒ ij. *Suc. Glycyrrhiz. ext. Flor. Sulphuris*, ana ʒ j. *Pulu. Benzoin. Rad. Ireos Flor.* ana ʒ ß. *Ol. Aniſi*, ℈ j. *Sacchari albiſſ. in aq. Hyſſopi, cum Santal. rub. prius tinct. diſſolut.* ℥ xvj. Miſc. & fiat l. a. Confectio in Rotulis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

THoracem & Pulmonem expurgant, eóſque ad expectorandam craſſam & lentam materiam,

roborant. Hinc tuſſi diuturnæ, Aſthmati, & Pleuri-
di auxiliantur. Doſis à 1. 2. 3. vel 4. pro vnâ vice.

## ROTVLÆ LAC PROVOCANTES.

℞. *CRyſtallorum præp.* ℥ ß. *Corallorum rub. præp.* ʒ j. *Margaritar. præp. Piperis longi*, ana ʒ ß. *Ol. Sem. Fœniculi*, ℈ j. *Sacchari albiſſ. in aq. Nuc. Moſch. diſſ.* ℥ vj. Miſc. & f. l. a. confectio in Rotulis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN prouocatione lactis, ſecretum eſt: dantur Nutricibus ſingulis diebus, manè, meridie, & veſpere 4. aut 5. pro vnâ vice.

## ROTVLÆ REFECTIVÆ.

℞. *MArgarit. trochiſcat.* ʒ j. *Mag. Corallor. rub. Ambræ griſeæ*, ana ℈ j. *Sacchari albiſſ. in lact. Amygd. dulc. cum aq. Roſar. ext. diſſolut.* ℥ iiij. Miſc. & fiat. l. a. Confectio in Rotulis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN morbis chronicis vires reficiunt, alunt, & deſperatos refocillatis viribus ſanitati reſtituunt, totámque naturam corroborando conſeruant, & ad priſtinum robur recuperandum conducunt. Doſis eſt, vt neceſſitatis vſu ita depoſcente, duæ vel tres aſſumantur, & ſenſim linguâ confricentur, ac deinde deglutiantur.

## ROTVLÆ STIMVLANTES.

℞. *Boracis Venet.* ʒ ij. *Sem. Linguæ avis*, ʒ j. *Boleti Ceruini*, *Carnis ſcincor.* ana ʒ ß. *Piper. long.* ℈ j. *Cantharid. corp. Ol. Cinnamomi*, ana ℈ ß. *Sacchari albiſſ. in aq. Rad. Satyrij, & Anthos, ana diſſ.* ℥ vj. Miſc. & fiant l. a. Rotulæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Mirabiliter irritant atque excitant: Propterea ad impotentiam & læſam virilitatem quam maximè valent. Doſis eundo cubitum à 3. 4. 5. ad 6. plus minúſve pro ratione duelli. Sumi etiam poſſunt poſt primam coctionem à media ſcilicet nocte.

## ROTVLÆ AROMATICÆ.

℞. *Galangæ min.* ʒ j ß. *Calami aromat. Gran. Paradiſi, Zingib. alb.* ana ʒ j. *Caryophyllor. Caſſ. Ligneæ Zedoariæ, Pimpinellæ, Piperis longi, Sem. Carui*, ana ʒ ß. *Cubebarum, Nuc. Moſchat. Croci Orient. Maceris*, ana ℈ j. *Ol. Cinnamomi, Mentæ criſp. Aurantior. Roriſmarin.* ana ℈ ß. *Sacchari albiſſ. in aq. Stomachal. noſt. diſſolut.* ℥ xvj, Miſc. & fiat l. a. Confectio in Rotulis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Omnia membra principalia; vtpote Caput, Cerebrum, Stomachum, Cor, Hepar, Lienem, Inteſtina, &c. refrigerata, egregiè calefaciunt, corro-

borant, atque à doloribus præſeruant. Colicam im-pediunt. Vomitum phlegmaticum ſiſtunt. Appeten-tiam excitant. Necnon flatûs ventriculum diſtenden-tes probè diſcutiunt, omnémque totius corporis la-xam à causâ frigidâ proficiſcentem curant. Doſis quouis tempore 2. 3. 4. vel 5. pro vnâ vice.

## ROTVLÆ REFRIGERANTES.

℞. *Spec. Diarrhod. Abbat.* ℥ j. *Elæoſacchari Citri, Fla-uitri*, ana ʒ ij. *Cryſtallor. præp.* ʒ j. *Tinct. Corall. rub. Gran. Chermes, Santalorum*, ana ʒ ß. *Mag. Saturni*, ℈ j. *Ol. Stil. Roſarum.* g̃ iiij. *Sacchari albiſſ. in Suc. Berber. & Ribes ana diſſolut.* ℥ xvj. Miſc. & fiat l. a. confectio in rotulis.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

INſigniter refrigerant, & ad extinguendam ſitim in morbis quaſi ignitis, febribúſque acutis ſunt ad-modum conuenientes. Confortant Stomachum & calidum innatum. Cor & Hepar ſupercalefactum al-terant, & omnes inflammationes tam internas quàm externas modeſtè delent, ſuauitérque ſiſtunt. Doſis pro libitu 2. 3. 4. vel 5. pro vnâ vice.

## ROTVLÆ CARMINATIVÆ.

℞. *Ol. Carminatiui noſt.* ʒ i ß. *Cinnamomi, Caryophyll.* ana ℈ ß. *Sacchari albiſſ. in aq. Carminatiu. noſt. diſſol.* ℥ xvj. Miſc. & fiat l. a. Confectio in Rotulis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Diſſipant flatus & ventoſitates in Ventriculo & inteſtinis latentes. Concoctionem iuuant. Acido ructui medentur. Nephriticos dolores, vrinam prouocando, & calculum educendo, leniunt. Dantur neceſſitate ita exigente 3. 4. aut 5. pro vnâ vice.

## ROTVLÆ DIACYMINI.

℞. *Spec. Diacymini, Dianiſi*, ana ℥ ß. *Diamoſch. dulc. Diambræ*, ana ʒ j. *Balſ. Sulphuris aniſat. Ol. Fœniculi*, ana ℈ j. *Aurantiorum, Maceris*, ana ℈ ß. *Sacchari albiſſ. in aq. Benedict. Serpylli noſt. diſſolut.* ℥ xvj. Miſc. & fiat l. a. Confectio in Rotulis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Inteſtinorum flatus potentiſſimè diſſipant, & proſunt ad omnes frigidos affectus. Cephalicis, Vertiginoſis, Stomachicis, Arteriacis, Tuſſientibus, Aſthmaticis, Cardiacis, Iecineroſis, Lienoſis, Inflatis, Colicis, Quartanariis & Senibus mirificè ſuccurrunt, Concoctionem iuuant. Cachexiam emendant: & Hypochondriorum diſtentionem ſaluberrimè liberant. De quibus ſumat æger vnam atque alteram ad libitum.

## ROTVLÆ CONTRA VERMES.

℞. *Spec. Diacinæ noſt.* ℥ ij. *Sacchari albiſſ. in aq. rad. Graminis & Tanaceti ana ſ. q. diſſol.* ℥ xvj. Miſc. & fiat confectio in rotulis, vt eſt artis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0211-4

*Vires, Vſus, Doſis.*

VErmes interficiunt & educunt. Exhibentur quo-tidie pueris lumbricis ſcatentibus duæ, tres, vel quatuor aut quinque, plus minúſve, pro vnâ vice.

---

## ROTVLÆ MITHRIDATICÆ. PRÆSERVANTES.

℞. EXtract. *Mithridatij cum aceto diſtill. parat,* ℨ j℔. *Corn. Cerui Spagyricè calc. Sem. Citri excort. Flo. Sulphuris comp. Smarag. præp. Boli rub. Orient. præp.* ana ℨ j. *Rad. Tormentillæ, Zedoariæ,* ana ℨ ß. *Margaritar. chiſcat. Mag. Corallor. rub. Camphoræ,* ana ℈ j. *Ol. Succini alb. rectif. Angelicæ,* ana ℈ ß. *Caryophyll. Rutæ,* ana g iij. *Sacchari cryſtallini in aq. oxalidis & Roſar. diſſolut.* ℥ xvj. Miſc. & fiat l. a. confectio in rotulis.

---

## ROTVLÆ THERIACALES LIBERANTES.

℞. EXt. *Theriacæ Androm. cum aceto diſtill. parat,* ℨ j℔. *Corn. Alcis Spagyricè calc. Terræ ſigillatæ, Sem. Acetoſæ, Tinct. Sulphuris, Hyacinth. præp.* ana ℨ j. *Rad. Enulæ camp. Angelicæ,* ana ℨ ß. *Li . Aloës ponderoſi, Oſ. de Corde Cerui, Succini alb. præp.* ana ℈ j. *Ol. Camphoræ veri, Myrrhæ rub.* ana ℈ ß. *Caßiæ ligneæ, Zedoariæ,* ana g iiij. *Sacchari albißimi,* ℥ xvj. Miſce, & fiat, Sacchare diſſoluto in aq. Card. benedict. & Scabioſæ, confectio in rotulis.

## ROTVLÆ ANGELICÆ
præſeruatiuæ pro grauidis.

℞. Ext. *Rad. Angelicæ cum aceto diſtillat. fact.* ʒ j ß. *Cornu Cerui Spagyricè calc. Terræ ſigillatæ, Boli Armen. præp. Rad. Pæoniæ fœm. Sem. Acetoſæ*, ana ʒ j. *Margaritæ trochiſcat. Mag. Corallor. rub. Smarag. præp. Hyacinth. præp.* ana ʒ ß. *Macis in aceto macerat. & exſic. Caſſiæ ligneæ, Croci Or.* ana ℈ j. *Ol. Succini alb. rect. Zedoariæ*, ana ℈ ß. *Caryophyllor. Citri*, ana g̃ iiij. *Sacchari cryſtallini in aq. Tormentillæ & Veronicæ diſſ.* ℥ xvj. Miſc. & fiant l. a. placentulæ.

## ROLVLÆ ZEDOARTICÆ
ſaluificantes pro pueris.

℞. Ext. *Zedoariæ cum aceto diſt. fact.* ʒ j ß. *Corn. Alcis Spagyricè calc. Succini alb. præp. Terræ ſigillatæ, Bol. rub. Or. præp.* ana ʒ j. *Rad. Pæoniæ maris, Diptam. alb. Tormentillæ*, ana ℈ ij. *Smaragd. præp. Hyacinth. præp. Sem. Citri excort. Acetoſæ, Cinæ*, ana ʒ ß. *Mag. Corallor. rub. Perlarum Or. Oc. Canori, Oſſ. de Corde Cerui, Balſ. Sulphuris aniſat.* ana ℈ j. *Ol. Cinnamomi. Macis, Citri*, ana gutt. iiij. *Sacchari albiſſ.* ℥ xvj. Miſc. & Saccharo ſol. in aq. flor. Nymphææ & Roſarum ana ſ.q.f. confectio in placentulis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0213-6
DFG

*Vires, Vſus, Doſis.*

CОntra Peſtis contagionem quàm maximè v-
lent : ab illâ enim liberant, totúmque corp
corruptione præſeruant, & ne à maligno & peſtif
aëre lædatur, tutantur. Doſis tempore neceſſitatis,
vel 3. pro vnâ vice.

---

## ROTVLÆ CATARRHALES CALIDÆ.

℞. *SPec. Diamoſch. dulc. Diambræ,* ana ʒ j. *Aromat.*
*ſat. Diaireos ſimpl.* ana ʒ ß. *Thuris elect. Maſtich.*
*Succini alb. Corn. Ceruin. præp.* ana ℈ j. *Sacchari albiſſ.*
*aq. Betonicæ diſſ.* ℥ v. Fiant Rotulæ, quæ Ol. Cary-
phyllor. leniter inungantur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

QVando humor è cerebro per nares, os, ocul
præter naturam excernitur; vel ſi ad parte
aliquam corporis dilabitur, atque in eâ continet
functionibus eius partis læſis, qualitatibus atque e
crementis à naturali ſtatu mutatis, percipitur, hæ Ro-
tulæ percelebres ſunt : omnes enim Catarrhos frig-
dos ſiſtunt, caput, pectúſque confortant. Doſis à t
bus ad quatuor pro vnâ vice.

ROTVL

## ROTVLÆ CATARRHALES FRIGIDÆ.

℞. SEm. Papau. alb. contuſ. ℥ iiij. Siliquarum craſsiuſculè inciſar. ℥ ij. Infundantur per aliquot dies in aq. Scabioſæ & Tuſſilag. ana ſ. q. Poſteà deſtillentur, & in huius ſtillatitij liquoris ſ. q. diſſolue gran. Maſtichis ℥ j. coquantur parum & filtrentur, & additis Sacchari albiſſ. ℥ viij. f. l. a. Rotulæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

QVando Catarrhus eſt tenuis, acris, caput calidum; facies & oculi rubicundi apparent, partes per quas defluit, exaſperantur, & exulcerantur, amaritudo & ſalſedo percipitur, Febris adeſt, hæ Rotulæ valde commendabiles ſunt. Doſis à tribus ad quatuor pro vna vice.

# SECTIO VIII. DE MORSVLIS.

## MORSVLI CEPHALICI.

℞. *Conſ. Flor. Pæoniæ, Anthos*, ana ℥ ß. *Spec.* [illegible] *moſchi dulc. Diambræ*, ana ʒ ij. *Cranij h*[illegible] *ni Spagyricè calc. Corn. Alcis eodem mod*[illegible] ana ʒ j. *Rad. & Sem. Pæoniæ debitè collect. Viſci que*[illegible] ana ʒ ß. *Ol. Succin. alb. rect.* ℈ j. *Lauendulæ*, Nuc. Mo[illegible] *Carui*, ana gr iiii. *Sacchari albiſſ. in aq. Apoplect. &* [illegible] *lept. noſt. ana ſ. q. diſſolut.* ℥ xvi. Miſc. & f. vt eſt [illegible] confectio in morſulis.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

A Totâ ſubſtantiâ tam in curando quàm [illegible] ſeruando, Epilepſiæ, Apoplexiæ, Par[illegible] caro, &c. cæteríſque periculoſiſſimis capitis, ce[illegible] & neruorum affectibus conferunt. In præſerua[illegible] ne Doſis à ʒ ß. ad ʒ i. In omnibus Lunæ qu[illegible] maláque aëris conſtitutione. In curatione a[illegible] datur à ʒ i. ad ʒ ii. & iii. in ipſo paroxyſmo E[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0216-3
DFG

tico vel paulò poſt, per ſe vel in vehiculis appropriatis: Et ſi neceſſarium fuerit, reiterandum. Pueris pro ratione ætatis dimidia aut minor doſis ſufficit.

## MORSVLI REGII.

℞. PIſtac. virid. ℥ ij. *Pinearum mund. Amygd. dulc.* ana ℥ j. *Margarit. Trochiſcat. Mag. Corallorum rub.* ana ʒ j. *Flor. Cordial. minutim inciſ.* ana P. j. *Ol. Macis*, ℈ j. *Sacchari alb. in aq. Roſar. diſſolut.* ℥ xvj, Miſc. & f. confectio in morſulis, vt eſt artis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

SAporis ſunt grati & ſupra modum confortant, alunt & nutriunt. Phthiſicos, tabidos, longóque morbo extenuatos & imbecillitate languentes recreant. In doſi non facilè errari poteſt; quia cum cibo, ante cibum, & poſt cibum ad libitum ægrotantis ſumi condecenter poſſunt.

## MORSVLI ROSATI.

℞. COnſ. *Roſarum rub. opt.* ℥ ij. *Spec. Diarrhod. Abbat.* ℥ ß. *De gemmis frig. Diamarg. frig.* ana ʒ ij. *Conf.* *lkermes*, *Throch. de Berberis*, *Flor. Nitri*, ana ʒ j. *Mag.* *ulatum Orient. Corallor. rub.* ana ʒ ß. *Elæoſacch. Roſarum, Citri*, ana ℈ j. *Cinnamomi, Macis*, ana ℈ ß. *Sacchari alb. diſſ. in aq. Roſar. & Fragorum ana ſ. q. diſſ.* ℥ xvj. Miſc. & fiat, vt eſt artis, confectio in morſulis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD Capitis, Cordis, Ventriculi, Iecinoris, Vte
Renum, &c. intemperiem calidam. Item ad f
bres ardentes, bilioſas, &c. valent. Debiles, longóq
morbo deiectos recreant, & ad priſtinum robur co
ducunt. Tremori cordis, defectioni animæ, ac conc
ctioni auxiliantur; necnon illos quibus forma co
rumpitur, maximè iuuant. Doſis à ʒ ij. ad ℥ ß.

## MORSVLI PECTORALES.

♃. L*Obocb ſani & experti*, ℥ ij. *Spec. Diarrhod. Abb*
℥ j. *Flor. Sulphuris comp. Suc. Glycyrrhiz. ext.* a
ʒ ij. *Pul. Rad. Ireos Flor. Aliptæ Moſchat.* ana ʒ j. B
*Sulphuris aniſat. Ol. Fœniculi*, ana ℈ ß. *Sacchari albiſſ.*
*aq. Praſſij & Tuſſilag.* ana *ſ. q. diſſ.* ℥ xvj. Miſc. & f
vt eſt artis, confectio in morſulis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

TVſſi diuturnæ, vocis aſperitati, & aſthmati ſt
nuè ſuccurrunt. Spirandi difficultatem auferu
Humores in pectore & pulmone craſſos incidunt, a
tenuant, & inde natum dolorem leuant. Doſis qua
horâ ad libitum patientis, à ʒ ß. ad ʒ j. & ʒ ij.

## MORSVLI REFECTIVI DE CANCRIS.

℞. *Carn. Cancrorum fluuiatil. in aquis pectoralib. coct.* ℥ ij. *Conſ. Roſar. Damaſc.* ℥ j ß. *Pinearum mund. Piſtac. virid. Amyg. dulc. de nocte in aq. Scabioſ. macerat.* ana ℥ j. *Sacchari albiſſ. in aq. pulm. vituli noſt. diſſolut.* ℥ xvj. Miſce & in fine adde: *Syrup. Maſtichin,* ℥ ij. *Lact. Sulphuris,* ʒ ij. *Margaritæ trochiſcat. Ol. Nuc. Moſchat. exp.* ana ʒ j. *Balſ. Sulphuris aniſat.* ℈ j. Miſc. & fiat, vt eſt artis, ſingulari diligentia confectio in morſulis.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

ARcanum eſt contra Phthiſin & conſumptionem corporis, quod multis aliis remediis meritò præferendum. Nihil enim ferè eſt, quod humidum radicale magis conſeruet, quàm hi Morſuli. Vires amiſſas reſtituunt, & membra principalia confortant. Doſis, ſæpius in die à ʒ ij. plus minúſve pro ratione complexionis & ſexûs.

## MORSVLI STOMACHICI.

℞. *Diacydonij ſimpl.* ℥ ij. *Zingib. de Chinâ condit.* ℥ j. *Calami aromat. virid. condit.* ℥ ß. *Nuc. Moſchatæ, Caſſiæ ligneæ veræ, Galang. min. Maceris,* ana ʒ j. *Sem. Coriand. præp. Ameos,* ana ʒ ß. *Ol. Caryophyllorum, Cinnamomi,* ana ℈ j. *Sacchari albiſſ. in aq. Stomachal. noſt. diſſ.* ℥ xvj. Miſc. & fiat, vt eſt artis, confectio in morſulis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

STomachum infrigidatum ſummoperè confortan[t] cibúmque in eo continent. Membra nutrition[e] collapſa, & debilia corroborant & ſtypticant. App[e]titum & guſtum potenter excitant. Flatus diſcutiu[nt] & ventoſitates reſoluunt. Hypóchondriorum tenſi[o]nem demoliuntur. Priſtinum colorem reſtituunt. Fo[e]torem corporis remouent, illíſque, qui frigida viſcer[a] habent, mirè conferunt. Doſis à ʒ j. ad ʒ ij.

## MORSVLI EPATICI.

℞. R*Ad. Scorzoneræ condit. Cichorei condit.* ana ℥ *Spec. Diarrhod. Abbat. Conſ. Roſar. rub. Vvar[um] paſſ.* ana ℥ ß. *Flor. Citri condit.* ʒ ij. *Mag. Corallor.* r[...] *Chalybis cum aceto Tamarind. præpar. Spodij præparat. E*[...] *tis Lupi exſic.* ana ʒ j. *Sem. Acetoſæ, Portulacæ*, ana ʒ [...] *Flor. Epaticæ alb.* ℈ j. *Sacchari albiſſ. in aq. Epatic. fri*[...] *& calid. noſt. diſſ.* ℥ xvj. Miſce, & fiant l. a. Tabulæ a[u]ro coopertæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD debilitatem ſeu imbecillitatem Hepatis v[a]lent, ac eiuſdem obſtructiones auferunt, rob[ur]que adiiciunt. Morbo Regio, necnon aquæ intercut[i] malóque corporis habitui ſuccurrunt. Doſis à ʒ j. a[d] ʒ ij. & ℥ ß.

## MORSVLI MARTIALES.

℞. L*Imaturæ Martis cum aceto Tamarind. præp.* ℥ j. *Caſſiæ ligneæ veræ, Galangæ minor. Caryophyllorum*, ana ʒ j. *Macis, Croci Or.* ana ℈ j. *Ol. Cinnamomi*, ℈ ß. *Sacchari albiſſ. in aq. Abſinthij & Centaur. min. diſſolut.* ℥ viij. Miſc. & fiat, vt eſt artis, confectio in morſulis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VAlent ad omnes obſtructiones, præſertim Lienis, & ad omnia vitia Stomachi, cordis, capitis, Pallorem faciei, menſes mouendos, &c. Sumendi autem manè 4. horis ante paſtum, ſuperbibendo hauſtum vini Abſinthiaci. Vtatur etiam poſt aſſumptos ſingulos morſulos moderato exercitio per horam. Doſis à ʒ ij. ad iij. pro vnâ vice.

## MORSVLI VIRILES.

℞. C*Onf. de Succulatâ Indâ noſt.* ℥ j. *Piſtac. virid. Amygd. dulc. Pinear. mund.* ana ℥ ß. *Nuc. Moſchat. condit.* ʒ ij. *Borac. Venet. Galang. min. Piperis longi, Cardam. min.* ana ʒ j. *Verat. Tauri, Cerui*, ana ʒ ß. *Galliæ Moſchat. Sem. Ling. Auis, Vrticæ, Carn. Stincorum, Croci Orient.* ana ℈ j. *Ol. Caryophyllorum, Macis exp. Cinnamomi*, ana ℈ ß. *Sacchari albiſſ. in aq. Rad. Satyrij & Anthos*, ana *ſ. q. diſſ.* ℥ xvj. Miſce, & fiat, vt eſt artis, confectio in morſulis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD maritale munus viriliter obeundum, e
giam & quidem extemporaneam præſtant o
ram: Quos proinde ſingulariter commendatos ve
iis, qui in officio ſuo tardiores ſegnioreſque facti,
vt ſi deferantur ad iudicem, cauſâ cadant. Doſis p
prælio feliciter veſperi inchoando continuandó
à ʒ j. ad ʒ ij. vel ad ℥ ß. ſuperbibendo parum v
Maluatici, vel aliûs generoſi.

## MORSVLI DIACRETÆ.

℞. C*Retæ ter quatérve aq. violar. ablutæ*, ℥ ß. *Oc. C
cri præp.* ʒ ij. *Nuc. Moſchat. Boli Armen.* ana
*Corallor. rub. præp.* ʒ ß. *Margaritar. præp. Cinnamomi
ciſ.* ana ℈ j. *Lap. Carpion. præp. Macis torrefact. Croci*
ana ℈ ß. Sacchari albiſſ. in aq. Roſar. diſſ. ℥ viij. f.
Morſuli.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VAlent contra ardorem Stomachi, qui aliâs n
periculoſus, ſed valde moleſtus, & aliquan
etiam ſanis ſæpè familiaris eſt, cùm cibo ſumpto, tu
ieiunis; & imprimis cùm eructare volunt, intercl
quaſi flatu igneo, & erumpere non valente: Hi
ebullientem dolorem ſiſtunt, & cauſam huius m
tollunt. Doſis à ʒ j. ad ʒ ij.

# SECTIO IX.
## DE
# TROCHISCIS.

### TROCHISCI VITÆ.

℞. MAn. *Chriſti ſimpl.* ℥ viij. *Conf. Alkermes,* ℥ ß. *Margarit. trochiſc. noſt. Ambræ griſeæ,* ana ʒ j. *Moſchi laudatiſſ. Lap. 5. prætioſ. præp.* ana ℈ j. *Elæoſacch. Cinnamomi, Caryophyllor. & Citri,* ana ℈ ß. Miſc. & cum Tragacanth. in aq. fragrantiſſ. Roſar. diſſ. f. Trochiſci parui pro vſu.

*Vires, Vſus, Doſis.*

OMnes vires delapſas mirificè atque cœleſti quaſi vi reficiunt. Spiritus animi recreant. Humidum radicale confirmant, augent atque renouant. Caput, Cor, Ventriculum, Iecur, &c. ſupra modum corroborant, & Stomachi vitioſos humores diſcutiunt. Obſtructiones venarum aperiunt. Omnibus morbis frigidis conueniunt. Senes debiles reſtituunt. Concoctionem iuuant. Omnem putredinem impediunt. Vertiginem auertunt. Viſum acuunt. Ab Epilepſiâ

& Apoplexiâ præſeruant. Partum accelerant, Animique deliquio parturientis præſentiſſimum ſunt remedium. Doſis vnus atque alter pro vnâ vice. Præparantur etiam ſine Moſcho.

## TROCHISCI DE RADICE RHODIA.

℞. *Rad. Rhodiæ*, ℥ j. *Cort. rad. Mandrag. Nucl. Perſicorum, Opij Spagyricè præp. Myrrhæ rub.* ana ʒ vj. *Flor. Papaueris errat, Croci Orientalis, Roſar. rub.* ana ℥ ß. *Sem. Hyoſcyami alb. Anethi, Apij*, ana ʒ iij. *Nuc. Moſchatæ, Cubebarum, Camphoræ*, ana ʒ ij. Miſc. & cum mucilag. Sem. Pſyllij & Cydonior. cum aq. Lactuc. extract. f. l. a. Trochiſci.

*Vires, & Vſus.*

EGo expertus ſum in Melancholiâ, Maniâ, Phrenesi, vigiliis immodicis, necnon in omni dolore & dyſcraſiâ caput reſpiciente, trochiſcos illos esse probatos, ſi inſtar linimenti adhibeantur, vel diſſoluantur in aq. Lactuc. & Roſar. vel Hypnotic. noſt. vel in lacte muliebri, & fronti & temporibus tepidè applicentur.

## TROCHISCI OPHTHALMICI.

℞. *Ceruſæ lotæ*, ℥ j. *Corn. Cerui ſ. igne calc. Sarcocollæ nutrit. Tutiæ præp.* ana ℥ ß. *Gum. Arabici, Tragacanth. alb. Amyli*, ana ʒ ij. *Matris Perlarum* pr

*Nihili albi*, *Olibani*, ana ℨ j. *Opij Spagyricè præp. Camphoræ*, ana ℨ ß. Miſc. & cum albumine ouorum, f. Trochiſci oculares, pro collyriis variis cum aq. appropriatis parandis.

*Vires, & Vſus.*

VAlent ad omnis generis paſſiones oculorum, imprimis autem ad rheumatiſmos, lippitudines ſubacres, fluxum tenuem, puſtulas, inuſtiones, prolapsûs, confuſiones, rupturas, concauitates, ſcabritiem, pruriginem, & ophthalmicos dolores leniendos proſunt; necnon oculorum vulnera replent & conſolidant.

## TROCHISCI DE PAPAVERE.

℞. *SAcchari penidij*, ℥ ij. *Sem. Papau. alb.* ℥ ß. *Melonum excort. Cucurbitæ*, ana ℨ ij. *Suc. Glycyrrhiz. ext. Bol. Armen. rub. præp. Flor. Sulphuris comp.* ana ℨ j ß. *Tragacanth. alb. Amyli*, ana ℨ j. *Ext. Flor. Papau. errat.* ℨ ß. Miſc. & cum mucilag. Sem. Cydonior. cum aq. Papaueris errat. ext. f. Trochiſci parui ſublinguales.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VTimur hiſce feliciter contra omnes catarrhos acutos à capite ad pectus deſcendentes; quos egregiè ſiſtunt, & caput priſtinæ functioni reſtituunt, pectoriſque dolores potenter leniunt. Pro doſi, ſingulis vel alternis ſaltem horis, duos vel tres pedetentim per ſe linguæ & palato affricandos ægrotantibus ordinamus.

## TROCHISCI DE GLYCYRRHIZA.

℞. SAcchari candi alb, & Penidij, ana ℥ iiij. *Suc. Glycyrrhizæ ext.* ʒ x. *Spec. Diaireos ſimplic, Diarrhod. Abb. Diamarg. ſrig.* ana ʒ j. *Sem. 4. frig. maior. Aliptæ Moſchatæ, Lact. Sulphuris*, ana ʒ ß. Miſc. & cum mucilag. rad. Altheæ cum aq. violar. ext. f. Trochiſci ſublinguales.

*Vires, Vſus, Doſis.*

TVſſi calidæ & ſiccæ imperando, vocem abſciſſam reſarciendo, thoracem expurgando, Sputum facilitando, cæteris remediis dignitate excellunt. Pueris etiam aſthmate & conſtrictione pectoris laborantibus ſingulariter proſunt. Dantur quotidie multoties duo tréſve pro vnâ vice, certis tamen interuallis, pro indicatione morbi & virium ægri.

## TROCHISCI CORDIALES.

℞. SAcchari candi alb. ℥ viij. *Conf. Alkermes*, ℥ j. *Lap. quinque pretioſ. præp.* ana ℈ j. *Ol. Caryophyll. Cinnamomi*, ana ℈ ß. Miſc. & cum mucilag. Tragacanth. alb. cum aq. Roſar. fragrantiſſ. factâ, fiant Trochiſci parui.

*Vires, Vſus, Doſis.*

COr ſingulariter confortant, eiúſque exolutioni ſuccurrunt. Animi deliquio medentur. Long

morbo deiectos & imbecillitate languentes refocillant, & ad priſtinum recuperandum robur conducunt. Ventriculi quoque faſtidia tollunt, eiuſque concoctionem iuuant. Doſis, tres, quinque ad ſex, pro vnâ vice.

## TROCHISCI IOVIALES.

℞. *MAg. Iouis Anglici, Matris Perlar. Corallor. rub.* ana ℥ j. *Ol. Succini alb. rect.* ℈ j. Miſc. & cum Gum. Tragacanth. alb. in aq. Hyſtericâ noſtrâ diſſol. f. l. a. Trochiſci parui ℈ ß. ponderantes.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ADmirandæ potentiæ & operationis ſunt: Suffocata enim, quæ de his vnum vel duos, horis trium dierum matutinis, ex aquâ noſtrâ Hyſtericâ, vel alio appropriato vehiculo aſſumpſerit, poſt Dei prouidentiam, libera cenſenda & nuncupanda ſit; pro quo diuino experimento ſolus Deus ſit benedictus.

## TROCHISCI DE ALVMINE.

℞. *ALuminis crudi, Rad. Pyrethri*, ana ℥ ß. *Piperis long. Sem. Hyoſcyami*, ana ℥ ij. *Farinæ ſiliginis, Cretæ albæ, Nitri præp.* ana ℥ i ß. *Zingiberis alb. Caryophyllorum, Opij præp.* ana ℥ j. Miſc. & cum ſucco Vrticæ min. f. Trochiſci.

*Vires, & Vſus.*

SVper dentes & gingiuas poſiti (factis tamen priùs debitis vacuationibus per phlebotomiam, ſi expe diat, vel per ventris ſolutionem) dolorem ſedant.

## TROCHISCI DE SATVREIA.
### PRO LIXIVIO.

℞. S*Atureiæ exſic.* ℥ ß. *Maioranæ, Origani*, ana ʒ ij. *Flo Lauendulæ, Roſarum rub. Anthos*, ana ʒ j ß. *Lig Aloës pond. Gum. Arabici, Tragacanth. alb. Rad. Cary phyllat. Ireos Florent.* ana ʒ j. *Caryophyllorum, Nuc. Mo chat. Cardamom. min. Cubebarum opt.* ana ʒ ß. *Ambræ gri ſeæ, Moſchi opt.* ana ℈ ß. Miſc. & cum albumine ouo rum formentur trochiſci ʒ j. ponderantes.

*Vires, & Vſus.*

HOrum Trochiſcorum duo, tres, vel plures bul liant in lixiuij ſ. q. eóque Caput manè ante ci bum, corpore recrementis vacuo abluatur, ſic tamen, vt ſtatim linteis calidis abſtergatur & exſiccetur: Su dores enim & ſordes Capitis detergit, illúdque ro borat, & cutis meatûs reſerat. Catarrhos exſiccat, Memoriam confortat & ſenſûs acuit.

## TROCHISCI DE NITRO.

℞. ROt. de ſucco Berber. de ſuc. Ribium, ana ℥ viij. Spec. Diarrhod. Abbat. Sp. Vitrioli irrorat. Nitri præpar. ana ℥ j. Pul. Roſar. rubea. vitriol. ʒ ij. Ol. Cinnamomi. ℥ iiij. Miſc. & cum Tragacanth. in Suc. Citri diſſ. f. l. a. Trochiſci.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Anginâ, Inflammatione oris & linguæ, Ebullitione ſanguinis (quam mulierculæ hodie *die fliegende hitze*, hoc eſt, calorem volaticum, vocant) ardore vrinæ, Febribus ardentibus, & præſertim Hemitritæo putrido, vulgò *die hauptkranckheit*, (q. d. morbum capitalem,) valde commendabiles ſunt. Doſis à ʒ j. ad ʒ ij. in vehiculis ſpecificis.

## STYLI DENTIFRICII.

℞. FArin. Silicum fluuiat. calcinat. ℥ ij. Lap. Pumicis præp. Aluminis vſti, ana ℥ ß. Rad. Iréos Florent. Cineris Tabaci Ind. albiſſ. ana ʒ ij. Galliæ Moſchat. veræ, Ol. Lig. Rhodini, ana ℈ j. Miſc. & cum Gum. Tragacanth. alb. in aq. Roſar. diſſolut. f. l. a. Styli dentifricij.

*Vires, & Vſus.*

AD Dentium ſordes tollendas, & colorem vitioſum emendandum, nobis vſitatiſſimi ſunt. Dentes enim à naturali ſuo candore vel ad flauum,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0229-9

vel liuidum, aut nigrum colorem deflectentes, mirè nitidos & politos iterum reddunt; ſi his ſæpius fricentur & mundificentur.

## POMVM AMBRÆ.

℞. *Rad. Ireos Florentin. Caryophyllorum, Macis elect. Cinnamomi*, ana ℥ ß. *Lig. Aloës veri, Santali citrini, Styracis calamit. Aſæ dulcis*, ana ʒ ij. *Ambræ griſea*, ʒ j. *Moſchi Alexand.* ʒ ß. *Balſ. Peruuiani odorif. Ol. Lig. Rhodini*, ana ℈ j. Omnibus diligenter mixtis & tritis adde: *Zibettæ non falſat.* ʒ ij. Et cum Gum. Arab. & Tragacanth. ſ.q. in aq. Majoranæ, Narciſſ. Roſarum, Lauendulæ, & Baſilic. diſſolut. f. Maſſa; ex quâ poſteà formentur, vel Trochiſci, vel Poma, ſeu ſcuta, aut pentacula, quæ in vitro confeſtim ſine digeſtione indurentur.

### *Vires, & Vſus.*

Eſt ſpecificum odoriferum, quod in Cephalalgiâ frigidâ, Vertigine, Epilepſiâ, Apoplexiâ, Aurâ peſtilentiali malignâ, Colicâ, ſuffocatione Matricis, & procidentiâ Vteri, &c. præſertim quando Medicamenta non poſſunt intra corpus ſumi, naribus vel aliis partibus admotum, Cor & vitales Spiritûs ſupra modum refocillare ſolet.

## SAPO ODORATVS.

℞. *Saponis Venet. in Aq.* Narciſſ. *diſſ.* ℔ j. *Rad. Ireos Florent.* ℥ j. *Styracis calamitæ*, *Benzoini*, ana

a ℥ ß. *Lig. Aloës ponderoſ. Santali citrini*, ana ʒ ij. *Am-bræ griſeæ, Zibettæ*, ana ʒ j. *Moſch. Alexand. Balſ. Peru-viani*, ana ʒ ß. *Ol. Lig. Rhodini, Lauendulæ, Cynnamomi, Caryophyllor.* ana ℈ j. Miſc. & cum Ol. Tartari per de-liquium f. l. a. globuli: Inter formandum autem, ma-nus cum oleis dictis ſimul inungantur.

# SECTIO X.
# DE SVFFIMENTIS.

## SVFFIMENTVM ANGELICVM.

℞. Cum. *Styracis calamit. Benzoini*, ana p. æ. Soluantur in aq. Roſarum opt. & forti-ter ſine morâ exprimantur; poſteà exſic-centur, pulueriſentur, & ad vſum ſeruen-tur. ℞. *Huius Pulueris ita præp.* ℥ j. *Lig. Aloës ponderoſ.* ʒ ij. *Roſar. rub. exſic. Ambræ griſeæ*, ana ʒ j. *Zibetæ non fal-ſat. Moſchi*, ana ʒ ß. *Balſ. Peruuiani odorif. Ol. Lig. Rho-dini*, ana ℈ j. *Eboris ad nigredinem calc.* q. ſ. Miſc. ritè cum aq. fragrantiſſ. Roſarum, & ex paſtâ ſubactâ for-mentur paſtilli nigri, qui inuoluantur foliis Roſarū, exſiccentúrque in vmbrâ, & in vaſe vitreo reponantur.

*Vires, & Vſus.*

CÆſares, Reges, Principes, aliíque Magnates
diuites hiſce ad ſuffumigandum magnificè vt
tur; vnus enim vel duo ſuper prunas ignitas poſi
vel tempore hyemis fornaci calidæ admoti, aut eti
in aq. Roſarum infuſi & cocti, ſuauiſſimum, deſi
ratiſſimum, & quaſi Angelicum & cæleſtem odore
halant, & non ſolùm cerebrum & vitales Spiritus
cundiſſimè recreant; verùm etiam maligni aëris co
tagia irrita reddunt.

## SVFFIMENTVM IMPERIALE.

℞. *STyrac. calamit. depurat. Benzoini*, ana ℥ ß. L
*Aloës elect.* ʒ ij. *Zibethæ non falſat.* ʒ j. *Galliæ M*
*chat. veræ*, ℈ j. *Ol. Caryophyllorum, Roſar. veri*, ana ℈
Mixta l.a. cum aq. Roſaceâ paſtillicentur, & ad vſ
conſeruentur.

*Vires, & Vſus.*

CArbonibus ignitis iniecti, gratiſſimum odore
excitant, qui non dumtaxat venenoſum, fœtidu
putridum & corroſiuum aërem corrigit; verùm eti
iucundè & ſuauiter internos ſpiritûs, animóſque h
minum inſigniter refocillat. Fumus etiam per inf
dibulum in orificium vteri immiſſus, mulieres ſuf
catas mirè reuocat, & omnes matricis motús inor
natos ſiſtit. Cauendum tamen hîc tegumentis nec
ſariis, ne odor ille ſuauis ad nares ægræ pertingat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0232-1 DFG

## SVFFIMENTVM EPILEPTICVM.

℞. *Succini alb.* ʒ xj. *Myrrhæ rub. Maſtichis elect. Gum. Animæ, Galbani, Elami*, ana ʒ ij. *Viſci quercin. Sem. Pæoniæ exc. Bac. Iuniperi, Raſ. Corn. Alcis*, ana ʒ j. *Abſinthij, Maioranæ, Flor. Lauendulæ, Lilior. conuall. Roſar. rub.* ana ʒ ß. Miſc. & cum infuſione tragacanth. facta in aq. Epileptica noſt. f. l. a. Trochiſci pro ſuffitu.

*Vires, & Vſus.*

FVmus hic ſupra carbones naribus epileptici admotus, paroxyſmum ipſi ſedat, & valde prodeſt iis, qui periculoſos capitis morbos, qualis eſt apoplexia, & paralyſis, timent. Contra ſtrangulationes etiam & Vteri procidentiam recipitur.

## SVFFIMENTVM DE SANDARACA.

℞. *Sandaracæ opt.* ℥ iiii. *Succini albi*, ℥ ij. *Maſtichis elect. Sem. Nigell. Rom. Coriand. præp.* ana ℥ j. *Roſar. rub. exſic. Gum. Animæ, Olibani*, ana ℥ ß. *Styrac. calamith. Benzoini*, ana ʒ ij. *Flor. Papau. errat. Lig. Aloës.* ana ʒ i. Miſc. & fiat puluis groſſus pro ſuffitu.

*Vires, & Vſus.*

CArbonibus viuis inſpergatur, & fumus ad nares, caput, totúmque corpus decenter ſuſcipiatur attrahatur: Quia in ſiſtendis, & exſiccandis catar-

rhis omnibus, tam frigidis quàm calidis, ſaluberri-
mus eſt.

## SVFFIMENTVM DE SVCCINO ALBO.

℞. *SVccini albi.* ℥ iiij. *Sandaracæ* ℥ ij. *Maſtichis elect. Olibani*, ana ℥ j. *Gum. Animæ, Myrrhæ rub. Roſar. rub. opt.* ana ℥ ß. *Tacamahacæ, Styrac. calamit. Ladani puri, ana* ʒ ij. *Origani Cret. Thymi exſiccat. Serpylli*, ana ʒ j. Miſc. & f. puluis groſſus pro ſuffitu.

*Vires, & Vſus.*

EST puluis valde illuſtris, quo ſupra carbones impoſito ſuffumigentur tam caput, quàm operimenta eius. Eſt enim in omnibus catarrhis & defluxionibus tum prohibendis & ſiſtendis, tum caput ab iiſdem præſeruandis præſtantiſſimus & famoſiſſimus.

## SVFFIMENTVM DE TACAMAHACA.

℞. *VErrucar. equarum tibijs adnaſcentium*, ℥ j. *Gum. Tacamahacæ, Galbani*, ana ℥ ß. *Cornuum Vng. Capræ, Succini citrin.* ana ʒ ij. *Blattæ Byzantiæ, Caſtorei veri*, ana ʒ j. Miſc. & cum Terebinth. alb. formentur trochiſci pro ſuffitu.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0234-3
DFG

*Vires, & Vſus.*

FVmus hic per tritorium, vel retortam detruncatam, vtero ſupra ſedem clauſam, inſtante paroxyſmo, immiſſus, vel etiam naribus admotus, quaſi momento mulieres ſuffocatas reducit, & ſufficit ad tollendas omnes matricis ſtrangulationes. Sed mirum eſt Vterum hunc ſuſtinere fœtorem, cùm alias eius ſit impatientiſſimus.

## SVFFIMENTVM DE SABINA.

℞. *Herb. Sabinæ recent. exſic.* ℥ ß. *Styrac. calamit. Myrrhæ rub. Opopanacis, Sagapeni*, ana ʒ ij. *Cinnamomi acut. Pulegij vtriuſque ſic. Bac. Lauri, Sem. Cymini*, ana ʒ j. *Troch. Alhandal, Iréos Florent. Aſari*, ana ʒ ß. *Galliæ Moſchatæ veræ, Aliptæ Moſchat.* ana ℈ j. Miſce, & cum terebinth. alb. f. Trochiſci magni pro ſuffitu.

*Vires, & Vſus.*

POnatur vnus ex his ſuper prunas viuas, & recipiatur fumus per infundibulum; ( niſi ſint puellæ non deuirginatæ, quibus etiam nec ſuppoſitoria ſeu peſſaria poſſunt immitti: ) Eſt enim ad cienda muliebria probatiſſimus. Si mulier eſt paupercula, omittantur Ambra & Moſchus.

## SVFFIMENTVM DE HYPOCISTIDE.

℞. Hypociſtid. ℥ j. Succini albi, Cort. Thuris, ana ʒ ß. Vſneæ quercin. exſic. Galbani opt. Colophoniæ, Aſphalti, ana ʒ ij. Cupul. Glandium. Biſtortæ, Balauſtior. ana ʒ j. Roſar. rubea. Caryophyllorum, Caſtorei, ana ʒ ß. Miſc. & excipiantur terebinthinâ alb. & fiant trochiſci magni pro fumo.

*Vires, & Vſus.*

Experimentum eſt contra Vteri procidentiam, videlicet quando matrix de loco ſuo naturali ad inferiora deſcendit; tunc mulier per infundibulum magnum manè & veſperi fumum hunc recipiat, & propter grauem odorem breui liberabitur.

## SVFFIMENTVM DE CORNV CAPRINO.

℞. Raſ. de Cornu Caprino, ℥ ij. Succini citrini, Myrrhæ rub. ana ℥ j. Lig. Iuniperini, Flor. Sulphuris, ana ʒ vj. Rad. enulæ camp. Angelicæ hort. Caryophyllatæ, ana ℥ ß. Olibani, Benzoin. Ladani, Styrac. calc. ana ʒ iij. Roſar. rubea, Abſinthij, Rutæ hort. Scordij. ana ʒ ij. Fol. Lauri, Caryophyllor. Camphoræ, ana ʒ j. Miſc. & cum terebinth. Cypriâ, formentur. Trochiſci pro fumo.

*Vires, & Vſus.*

FAcere ex his ſuffumigia tempore peſtis in cameris, aliiſque partibus domûs valde vtile eſt: Quia hic fumus corruptum & peſtiferum aërem mirum in modum rectificat, & manſiones totas ab omnibus infectionibus mundificat, liberat, atque præſeruat. Non autem aër ille artificialis ſemper totâ die neceſſariò teneatur occluſus; ſed tam in æſtate quàm hyeme, (vento tamen Septentrionali, & aëre claro & non turbido ſtante) feneſtræ interdum aperiantur, & permittantur intrare radij ſolares, maximè manè per horam vel duas poſt Solis ortum: Quoniam hi venti ob ſingularem frigiditatem & ſiccitatem iudicantur meliores, ac reſiſtere putrefactionibus: Meridionales verò & Occidentales deteriores.

## SVFFIMENTVM DE VITRIOLO.

℞. Vitrioli virid. ℥ viij. *Nitri purgati*, *Myrrhæ rub.* ana ℥ iiij. *Flor. Sulphuris ſimpl. Succini citrini*, ana ℥ ij. *Bac. Lauri rec. Iuniperi*, ana ℥ j ß. *Raſ. Cornu Cerui, Olibani*, ana ℥ j. *Fol. Scordij, Rutæ, Roſar. rubea.* ana ℥ ß. Miſc. & f. puluis pro fumo.

*Vires, & Vſus.*

INfundantur puluериſata in Aceti vini ſ. q. & de hoc infunde guttatim in lateres ignitos, ad faciendum fumum, qui venenatam auram in locis & domibus infectis conſumit, veſtéſque quibus adhæret, à veneno liberas facit.

## SVFFIMENTVM DE VERBASCO.

℞. Rad. & Herb. Verbaſci, ana ℥ j. Pulueriſentur, miſceantur, & cum Terebinthinâ alba fiant l. a. Trochiſci.

*Vires, & Vſus.*

De his duo, tres, vel plures prunis candentibus impoſiti, ita vt fumus ſurſum ad inteſtinum rectum tendat, in Teneſmo, & alijs alui profluuiis ſingulare ſunt experimentum; ſede tamen vndique circumtectâ, ne aliunde fiat exhalatio: Et hoc ter vel quater, immò ſæpius in die repetendum, & breui incolumis euadet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0238-7

# SECTIO XI. DE SALIBVS COMPOSITIS.

## SAL APOPLECTICVM.

℞. Sem. Erucæ, ℔ ij. Rad. Lilior. conuall. Pyrethri, Caryophyllatæ, ana ℔ j. Ceraſorum nigror. ſylueſt. exſic. ℔ ß. Bac. Iuniperi, Lauri, ana ℥ iiij. Herb. Iuæ arthetic. Maioranæ, Roriſmarini, Origani, Hyſſopi. Saluiæ acut. ana ℥ iij. Flor. Calendulæ, Lauendulæ, Primulæ veris Betonicæ, ana ℥ ij. Mixta in reuerberio, indéque non modo vulgari, ſed ſecundùm artem Spagyricam, ſalem candidiſſimum & cryſtallinum eliciás, quod etiam in cæteris obſeruandum, & hîc ſemel admonuiſſe, ſufficit.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Apoplexiâ & Paralyſi, &c. præſentaneum eſt remedium: Humores enim diſcutiendo, & attenuando, hominem excitat, totiúſque corporis

ſenſum ac motum reſtituit. Doſis a ℈ ß. ad ℈ j. & ʒ ß. in vehiculis ſpecificis.

## SAL EPILEPTICVM.

℞. R*Ad. Palmæ Chriſti*, ℔ ij. *Angelicæ, Pæoniæ, Pyrethri*, ana ℔ j. *Sem. Pæoniæ*, *Scob. Lig. Cupreſſ. Viſci quercin.* ana ℔ ß. *Herb. Pentaphyll. Millefolij*, *Rutæ hort. Verbaſci, Lauendulæ, Roriſmar. Morſ. Gallin.* ana ℥ iiij. *Flor. Primulæ veris, Stœchad. Arab. Tiliæ*, *Pæoniæ, Sambuci*, ana ℥ ij. Miſta calcinentur in reuerberio; poſtea adde: *Ciner. Picarum iunior. Hirundinum*, *Sterc. Pauonis*, ana ℥ j. Et cum liquore appropriato, f. l. a. Sal albiſſimum & cryſtallinum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EPilepticis, Vertiginoſis, Lethargicis, Congelatis, Subethicis, & omnibus periculoſos Capitis morbos timentibus, ſingulari proprietate conducit. Doſis à ℈ ß. ad ℈ j. & ʒ ß. in aq. flor. Tiliæ, vel in Epileptică noſtrâ.

## SAL CORDIALE.

℞. R*Ad. Caryophyllatæ, Bugloſſæ*, ana ℔ ij. *Herb. Roriſmarini, Saluiæ, Meliſſæ*, ana ℔ j. *Sem. Ocymi Caryophyll. Cort. Citri*, ana ℔ ß. *Flor. quinque Cordial. Tunicæ*, ana ℥ iiij. Miſce, & calcina in exactum cinerem, vaſe vndique firmiter clauſo; poſtea adde: *Cineris Cinnamomi*, ℥ iij. *Caryophyllor. Cardamom.* ana ℥ ß.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0240-5
DFG

*Croci Orient. Macis*, ana ℥ iij. Et ex cineribus mixtis cum aq. Cordialibus extrahe ſal pulcherrimum.

In Lipothymiâ, Syncope cæteríſque Cordis affectibus, ſpiritus omnes recreando & fouendo, quàm maximè valet. Doſis à ℈ ß. ad ℈ j. plus minúſve in aq. cordialibus.

## SAL PECTORALE.

℞. Rad. *Glycyrrhizæ*, ℔ ij. *Ireos Flor. Enulæ Camp. Althéæ*, ana ℔ j. *Symphyt. mai. Maluæ*, ana ℥ viij. *Herb. Pulmonar. vtriuſque, Marrubij, Hyſſopi, Tuſſilaginis, Veronicæ, Hederæ ter. Capil. Veneris, Scabioſæ*, ana ℥ iiij. *Sem. Fœniculi, Aniſi*, ana ℥ iij. *Flor. Chamomillæ, Farfaræ, Iaceæ*, ana ℥ ij. Ex mixtis, & optimè calcinatis cum aq. pectoralibus ſal ſplendidiſſimum extrahatur.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

IN morbis pectoralibus valde prodeſt: pituitam enim craſſam, lentam, & viſcoſam in pulmonibus collectam attenuat, incîdit, pectúſque dilatat atque abſtergit. Inſuper vrinam prouocat; necnon Renes & Ventriculi lacunas purgat. Doſis à ℈ ß. ad ℈ j. & ʒ ß. in aq. pectoralibus, vel aliis appropriatis vehiculis.

## SAL STOMACHICVM.

℞. Rad. *Pimpinellæ*, ℔ ij. *Calami aromat. Zingib. alb.* ana ℔ j. *Herb. Abſinthij Pont. Mentæ criſp. Saluiæ*

*acut. Roriſmarin.* ana ℔ ß. *Cydonior. exſic. Zedoariæ*, ana ℥ iiij. Calcina in cineres vaſe clauſo; poſtea adde: *Ciner. Galang. min. Cinamomi*, ana ℥ iij. *Caryophyllor. Cardamom. vtriuſque, Nucis Moſcat. Piper. rot.* ana ℥ j. Miſc. & cum aq. Mentæ, vel aliâ ſpecificâ, fiat l. a. Sal Spagyricum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VEntriculum frigidum calefaciendo mirè roborat. Concoctionem iuuat. Nauſeam ſedat. Prætérea ægritudinibus neruorum egregiè confert. Omnes ſensùs & ingenium acuit. Dolores capitis ſedat. Senes catarrhoſos ſuſtentat, atque Hydropicos iuuat. Exhibetur Scrupuli pondere pro vnâ vice, plus minúſve in vehiculis ſpecificis, morbum propriè reſpicientibus.

## SAL EPATICVM.

℞. Rad. *Agrimoniæ*, ℔ ij. *Cichorei, Scorzoneræ*, ana ℔ j. *Coſti amari, Eryngij Curcumæ*, ana ℔ ß. *Calami aromat. Rhaponticæ*, ana ℥ iiij. *Herb. Abſinthij Pont. Abrotani, Eupatorij, Scolopendr. Veronicæ, Epaticæ nob. Fumariæ, Cuſcutæ*, ana ℥ iij. Mixta calcinentur in reuerberio: poſtea adde: *Ciner. Rhabarbari, Caſſiæ ligneæ*, ana ℥ i ß. Et cum aq. flor. Epatic. alb. vel aliâ conuenienti fiat l. a. Sal albiſſimum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HEpatis obſtructiones, inflationes, & duritie tollit. Scirrhum diſſoluit. Cachexiam depell

Aquæ ſubter cutem medetur. Icteritiam curat. Colorem corporis fœdum emendat. Menſes ciet necnon vrinam, diſſipando calculum, promouet. Doſis à ℈ j. ad ij. in vehiculis appropriatis.

## SAL SPLENETICVM.

℞. HErb. *Abſinthij Pont.* ℔ ij. *Card.bened.* ℔ j. *Roriſmarin. Scolopendr. Veronicæ, Ceterach*, ana ℔ ß. *Rad. Filicis vtriuſque Calami aromat.* ana ℥ iiij. *Cort. Capparum, Tamariſci, Fraxini*, ana ℥ iij. *Flor. Chamomillæ, Centaur. min. Geniſtæ*, ana ℥ ij. Fiat omnium cinis, ex quo poſtea cum ſupradictarum herbarum aquis ſtillatitiis, extrahatur Sal, vt eſt artis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

OMnes Lienis obſtructiones, dolores, tumores, & durities, aperit, ſiſtit, emollit, atque reſoluit. Senibus quoque & quartanariis mirè confert. Doſis omni manè à ℈ j. ad ʒ ß. in aq. ſcolopendr. vel alio conuenienti liquore.

## SAL NEPHRITICVM.

℞. RAd. *Petroſelini, Ononidis*, ana ℔ ij. *Filipendulæ, Verbenæ*, ana ℔ j. *Eryngij, Pimpinellæ*, ana ℔ ß. *Fabarum exſic. Oſſ. Meſpilorum*, ana ℥ vj. *Bac. Iuniperi, Lauri, Gran. Alkekengi. Milij Solis*, ana ℥ iiij. *Herb. Hederæ terr. Veronicæ. Equiſeti, Fumariæ, Fragariæ*, ana ℥ iij. *Flor. Maluæ arbor. Sambuci, Geniſtæ*, ana ℥ ij. *Sem.*

*Lilior. alb. Saxifrag. alb. Lappæ maior. Berberis*, ana ℥ ß. Calcinenter omnia debito modo, & f. l. a. cinis alb... cui adde: *Ciner. Lig. Nephritici, Nucl. Perſicorum, Amyg. amar. Piperis rot. Galang. min. Zingib. alb.* ana ℥ j. N... *præp.* ʒ vj. Miſc. & cum aq. pluuiali fiat Sal albiſſi- mum vt eſt artis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CAlculos atterit, arenulas promouet, & iis q... difficulter mingunt, ſuccurrit. Inde etiam V... næ tarditatem, & Dyſutiam natam tollit, cæteriſq... Renum & Veſicæ offenſis mirè opitulatur. Doſis ℈ j. ad ʒ ß. in aq. Ononidis, Petroſelini, Pimpinellæ, Hederæ ter. vel aliâ ſpecificâ.

---

## SAL HYDROPICVM.

℞. IVniperi totius ſubſtantiæ conciſæ, ℔ ij. *Rad. Ireos* ... *Sambuci, Artemiſ. rub. Ebuli*, ana ℔ j. *Vincetox.* ... *Acori veri, Curcumæ*, ana ℔ ß. *Herb. Abſinthij Pont. Cen- taur. min. Agrimoniæ, Card. bened. Soldanellæ*, ana ℥ vj. F... *Hepaticæ, alb. Sambuci, Geniſtæ.* ana ℥ iiij. *Sem. Fraxi*... *Erucæ, Cymini*, ana ℥ iij. Mixta calcinentur in reuerb- rio, quoad ſatis eſt; poſtea adde: *Ciner. Sarſæ parill.* ℥ ... *Cubebarum, Rhabarbar. Nuc. Moſchat. Macis*, ana ℥ ... Miſc. & cum aq. Sambuci, f. Sal. cryſtallinum, vt eſt artis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HYdropicos cuiuſcunque ſpeciei, omni aq... exonerat. Flatus diſcutit. Terram microco...

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0244-9

DFG

cam nimio madore tumentem potenter exſiccat. Cachexiam corrigit, & omnes prauos humores extermi-nat. Doſis a ℈ j. ad ʒ j. in vehiculis appropriatis.

## SAL VTERINVM.

℞. RAd. Bryoniæ, ℔ ij. Diptamni alb. Pæoniæ, ana ℔ j. Viſci quercini, Gran. Chamæactes, Sambuci, ana ℔ ß. Herb. Roriſmarin. Meliſſæ Matricariæ, Nepetæ, Pulegij, ana ℥ iiij. Ex omnibus mixtis, f. calcinando cinis, ex quo poſtea cum aq. Meliſſæ, vel aliâ appropriatâ extrahatur Sal candidiſſimum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

OMnes Vteri obſtructiones reſerat. Conuulſiones liberat. Suffocationes & aſcenſum præcipitat. Menſes mouet. Sterilitatem aufert, & multa alia incommoda tollit. Doſis à ℈ j. ad ʒ ß. in vehiculis appropriatis & ſpecificis.

## SAL CARMINATIVVM.

℞. HErb. Chamomill. ℔ ij. Pulegij Serpilli, Mentæ criſp. Anethi, ana ℔ j. Calcinentur vt eſt artis, & f. l. a. cinis albus; cui adde: Ciner. Sem. Aniſi, Cymini, Carui, Fœniculi, ana ℥ ij. Galang. min. Zingib. alb. Zedoariæ, ana ℥ j. Miſc. & cum aq. Cherefolij, fiat l. a. Sal ſplendidiſſimum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0245-5

DFG

*Vires, Vſus, Doſis.*

FLatus egregiè diſcutit. Tormina ſanat. Inflatio-nes ſedat. Propterea in Iliacâ & Colicâ paſſione mira præſtat. Doſis à ℈ j. ad ʒ ß. in aq. Carminativa noſtrâ.

---

## SAL FEBRILE.

℞. SAl. *Armoniac. aliquoties ſublimati. Nitri præp. Card. benedict. Abſinthy, Centaur. min.* ana ℥ j. Solvatur in aq. Cichorei, & f. l. a. Sal cryſtallinum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

FEbribus omnis generis, Quotidianæ, Tertianæ, Quartanæ, Hemitritæo, &c. ſine diſcrimine ſummum eſt Alexipyreticon. Offertur à ʒ ß. ad ʒ j. tribus vel duabus horis ante acceſſionem, in aq. Centaur. min. vel alia ſpecificâ, exſpectato ſudore ſub declinatione paroxyſmi. Eadem doſis iteranda, ſi pri-mâ, vel ſecundâ vice non ſatis fecerit.

## ANNOTATIO.

SI quis ex prædictis cõpoſitionibus ſpecificis cum ſanioribus & ſecretioribus Spagyris ſalia, vt vocant, eſſentialia parare deſiderat; ingenioſè ſic procedat:

℞. Herbas ſimplices vel cum aliis ingredienti-bus mixtas, & temperatè calidas ſumméque are-ctas, coque in aquâ communi ſ. a. donec vis om-

& interna ſalſedo probè fuerit excocta; ( aliàs in vanum laboras. ) Poſtea decoctum aufer per inclinationem, & denuò recoquendo ad iuſtam conſiſtentiam mellis, vel Syrupi craſſi conforma; in loco valde frigido colloca, vſque dum cryſtallos concreſcendo referat: quos tunc exime, & aliquoties ſoluendo, filtrando & coagulando decenter purifica; donec ad vſum medicum ſint aptiſſimi. Extrahitur etiam ex ſuccis Herbarum inſpiſſatis Sal elegans & cryſtallinum, de quo vide *Beguinum Lib. 2. cap.* 17. Et horum Salium Eſſentialium grana tria in vſu practico plus valere & efficere ſcias Lector, quàm vulgarium iſtorum, per calcinationem factorum integrum ſcrupulum.

# SECTIO XII.
# DE MARMELADIS.

## MARMELADA CEPHALICA.

DIacydon. *ſimpl.* ℥ iiij. *Rot. Diamoſchi dulc. Diambræ*, ana ℥ ij. *Rad. Pæoniæ cond.* ʒ j. *Conſ. Anthos*, ℥ ß. *Nuc. Iugland. condit.* No. iij. *Moſchat. in Indiâ condit.* No. j. *Smaragd. præp.* ʒ j. *Elæo-*

*ſacch. Succini alb. Majoranæ, Roriſmarin.* ana ℈ i. Miſc. & ſine vlteriore additamento, f. l. a. Marmelada, quæ detur in ſcatulâ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CErebro roborando, & illius ſimul affectibus propugnandis, ſpeciali dote conducit. Feliciter etiam datur Apoplecticis, Epilepticis, Vertiginoſis, Lethargicis, Paralyticis, Tremori & Palmo obnoxiis. Doſis à ʒ j. ad ʒ ij. & ℥ ß.

## MARMELADA STOMACHICA CALIDA.

℞. D*Iacydon. ſimpl.* ℥ iiij. *Rot. Aromat. Caryophyllat. Succulat. Indæ*, ana ℥ j. *Zingib. de Bingala condit. Calami aromat. cond. Myrobolan. Chebul. cond.* ana ℥ ß. *Cort. Arantiorum. condit. Citri condit.* ana ʒ ij. *Elæoſ. Cinnamomi & Caryophyllor.* ana ℈ j. Miſc. & ſine vlteriori additamento, f. ſecundùm artem Marmelada.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VEntriculum aliáſque partes nutritioni ancillantes roborat. Concoctionem iuuat. Appetitum excitat. Flatus diſcutit. A putredine præſeruat. Venas aperit. Vomitum & ſingultum compeſcit. Doſis pro vnâ vice, nucis Moſchatæ quantitas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0248-2
DFG

## MARMELADA STOMACHICA FRIGIDA.

℞. D*Iacydon. ſimpl.* ℥ iiij. *Rad. Cichorei condit.* ℥ ij. *Rot. Diarrhod. Abb.* ℥ j. *Myrobalan. Emblic. condit. Conſ. Roſar. rub.* ana ℥ ß. *Nitri vitriolat.* ʒ ß. Miſc. & ſine additione f. Marmelada, vt eſt artis, quæ conſeruetur in ſcatulâ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

STomachum calidis humoribus laceſſitum recreat, confortat, & appetitum ſtimulat. Inſuper calidæ intemperiei alterandæ, cordis morſibus propugnandis & vomiturientibus iuuandis vtiliter datur. Doſis caſtaneæ quantitas.

## MARMELADA PECTORALIS.

℞. D*Iacydon. ſimpl.* ℥ iiij. *Morſ. Pectoral. noſt. Rot. è Suc. Violar. parat.* ana ℥ ij. *Flor. Sulphuris comp.* ℥ j. *Rad. Fœniculi condit. Enulæ Camp. cond.* ana ℥ ß. *Suc. Glycyrrhiz. ext.* ʒ ij. *Spec. Diaireos ſimpl. Conf. Alkermes,* ana ʒ j. Miſc. & fiat ſine vlteriore additamento Marmelada auro cooperta.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MVltùm confert Tuſſiculoſis, Pulmonicis, Aſthmaticis, pectoris doloribus, & quibus fit frequens delapſus humoris à cerebro ad thoracem & vitales partes. Doſis à ʒ j, ad ʒ ij.

## MARMELADA CORDIALIS CALIDA.

℞. Diacydon. ſimpl. ℥ iiij. Rad. Bugloſſ. condit. Borr. cond. ana ℥ j ß. Rot. Aromat. Caryophyllat. Aromat. roſat. De gemmis, Diambræ, ana ʒ vj. Cort. Citri condit. Conf. Alkermes, ana ℥ ß. Mag. perlar. Orient. Corall. rub. ana ʒ j. Miſc. & f. ſecundùm artem per ſe ſine additione Marmelada.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MAximè Cor & vitales facultates à causâ frigidâ imbecilles, confortat & exhilarat, necnon calefaciendo omnes Spiritús reficit: Proinde ſenibus & mulieribus ex morbo aliquo conualeſcentibus mirè ſubuenit, & multis Vteri affectibus prodeſt. Doſis Nuc. Moſchat. quantitas.

## MARMELADA CORDIALIS FRIGIDA.

℞. Diacydon. ſimpl. ℥ iij. Man. Chriſti perlat. Rot. Diamarg. frig. ana ℥ i ß. Pulp. Citri condit. Conſ. Roſar. rub. ana ʒ vj. Rad. Cichorei. condit. ℥ ß. Conf. Alkermes, ʒ ij. Lap. pretioſor. præp. ana ℈ j. Mixta redigantur in Marmeladam.

*Vires, Vſus, Doſis.*

COr confortat, & eius calorem flammeum extinguit, & æſtuantia viſcera contemperat; necnon Cardialgiæ, Febribus & Vomitibus biliosis, & ſiti vrgentiori ſaluberrima eſt. Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. & ʒ ij.

## MARMELADA EPATICA CALIDA.

℞. *CArn. Cotoneor. cond.* ℥ iiij. *Rot. Diacubeb. Diacurcum. Dialaccæ*, ana ʒ j. *Rad. Pimpinell. cond. Fœniculi cond. Eryngij cond.* ana ℥ ß. *Cinnamomi acut.* ʒ ij. *Rhabarb. elect.* ʒ j. *Sp. Salis cum Sale Abſinthij coagulati*, ʒ ß. Miſc. & fiat Marmelada, vt eſt artis, quæ detur in ſcatulâ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN frigidis intemperiebus, ad Hepatis & Lienis obſtructiones reſerandas exhibetur; Idcirco omnibus Cachexiis & Hydropiſibus prodeſt: non parum enim ad vrinam proliciendam apta eſt. Doſis à ʒ i. ad ʒ ij. plus minuſve.

## MARMELADA EPATICA FRIGIDA.

℞ *CArn. Cotoneor. cond.* ℥ iij. *Rad. Cichorei cond. Scorzoner. cond.* ana ℥ i ß. *Rot. è Cuc. Berb. & Ribium* ſpetat, ana ʒ vj. *Pulp. Citri cond. Lactuc. Hiſp. cond.* ana ℥ ß.

*Spec. Diarrhod. Abb. Sp. Vitrioli priùs irrorat.* ʒ ij. *Sem. quat. frig. maior. Nitri præparati*, ana ʒ j. Miſc. & fiat la. Marmelada quæ detur in ſcatulâ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HEpatis, Ventriculi, & præcordiorum æſtum refrigerat, ſitim extinguit, Febricitantibus & viſcerum incendio laborantibus confert. Doſis Caſtaneæ quantitas.

---

## MARMELADA MAGNANIMA.

℞. D*Iacydon. ſimpl.* ℥ iiij. *Rad. Satyrij. cond. Succulatæ Indæ*, ana ℥ ij. *Pinearum mund. Piſtac. virid.* ana ℥ j. *Caſtanearum in vino Maluatic. coſtar. Nuc. Moſchat. in Indiâ cond. Conf. Alkermes*, ana ℥ ß. *Ol. Macis exp.* ʒ ij. *Galliæ Moſchat. veræ, Mag. Perlarum Or.* ana ʒ j. *Ol. Cinnamomi*, ℈ j. Mixta redigantur ſine vlteriore additamento in Marmeladam.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD Venerem incitat. Impinguat. Multum nutrit. Vires reficit. Cor confortat. Totam naturam recreat. Ventriculum & Hepar roborat. Pituitam concoquit &c. Doſis manè & veſperi Nuc. Moſchatæ quantitas.

## MARMELADA CARMINATIVA.

℞. *Diacydonij ſimpl.* ℥ iij. *Cort. Arantior. cond. Citri cond.* ana ℥ j ß. *Rad. Fœniculi cond. Calami aromat. cond. Rot. Carminat. noſt.* ana ʒ vj. *Nuc. Moſchat. cond. Tali leporini*, ana ʒ ij. *Zedoariæ, Zingiberis alb. Galang. min.* ana ʒ j. *Elæoſacch. Caryophyllor. Cinnamomi, Aniſi, Macis*, ana ℈ j. Miſc. & f. iuxta artem Marmelada, quæ detur in ſcatulâ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

FLatibus Ventriculi à craſſis & pituitoſis humoribus procreatis diſcutiendis aptiſſima eſt. Hinc tormina ventris ſedat, & contra Colicum dolorem & Tympaniam propriè vſurpatur. Doſis à ʒ j. ad ʒ ij. pro vna vice.

## MARMELADA SPLENETICA.

℞. *Diacydon. ſimpl.* ℥ iiij. *Rot. Diacurcumæ, Dianthos*, ana ℥ j. *Rad. Helenij cond. Scorzoneræ cond.* ana ʒ vj. *Eſſ. Scolopendrij, Flor. Geniſtæ*, ana ʒ ij. *Fruct. Tamariſci. Cort. rad. Cappar.* ana ʒ ß. *Elæoſ. Roriſmarini, Caryophyllor. Cinnamomi*, ana ℈ j. Miſc. & f. ſine vlteriore additamento Marmelada.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Lienem roborat, eiúſque tumores & ſcirrhoſas du-rities ſoluit, minuit, obſtructiones tollit, humo-res incîdit, digerit atque intemperiem quamlibet im-mutat; necnon ad cæteros affectûs inde promanantes (corpore tamen priùs purgato) conducit. Doſis mane & veſperi Caſtaneæ quantitas.

## MARMELADA STEGNOTICA.

℞. *Diacydon. ſimpl.* ℥ vj. *Rad. Symphyti cond. Cichorii cond.* ana ℥ ij. *Pul. rad. Tormentillæ* ℥ ß. *Marg. Corallor. Berberiſat. noſt. Ext. Sang. Draconis, Corn. Cervi vſti & præp.* ana ʒ ij. *Croci Martis per reuerberat. fact. Smaragd. præparat. Terræ Sigillat.* ana ʒ i ß. *Bol. rub. Orient. Nuc. Moſchatæ, Sem. Plantaginis, Antheræ Roſar.* ana ʒ j. *Caßiæ ligneæ, Caryophyllor.* ana ʒ ß. *Croci Orientalis, Ol. Macis exp.* ana ℈ j. Miſc. & fiat l. a. Marmelada iuſtæ conſiſtentiæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Antiquarum alui profluuium compeſcit; Hinc Dyſentericis & Cœliacis mirum in modum au-xiliatur: Menſium quoque & Hæmorrhoidum fluo-rem immoderatiorem, atque omnem humoris à Ca-pite ad partes infernas defluxum cohibet. Doſis à ʒ j. ad ʒ ij. & ʒ iij. in vehiculis appropriatis.

## MARMELADA TEREBINTHINATA.

℞. *Carn. Cydonior. cond.* ℥ iiij. *Terebinth. Cypriæ in vino Rhenano lotæ,* ℥ ij. *Spec. Diarrhod. Abb. Rad. Glycyrrhiz.* ana ℥ ß. *Pul. Sem. Aniſi cum proprio Ol. parum irrorat.* ʒ ij. *Sem. quat. frig. maior.* ana ʒ j. Miſc. & cum vlteriore additamento, f. Marmelada.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Renes purgat, eorúmque ſordes & arenulas expellit. Dorſi lumborumque dolores mitigat. Obſtructiones tollit. Vrinam mouet. Meatûs aperit. Strangurias ſanat. Gonorrhœam virulentam curat. Terebinthina enim eximiis pollet viribus, & eſt inſigne in multiplices vsûs accommodatum præſidium. Doſis à ʒ j. ad ʒ ij. pro vnâ vice manè in aurorâ.

## MARMELADA NEPHRITICA.

℞. *Diacydon. ſimpl.* ℥ iij. *Rad. Eryngij condit. Petroſelini cond. Reſtæ Bouis cond.* ana ʒ i ß. *Fruct. Alkekeng. matur.* ʒ vj. *Acidi Tartari,* ʒ iij. *Mag. Lapid. Perc. Oc. Cancri,* ana ʒ j. *Sal Succini alb.* ℈ j. Mixta rediguntur in Marmeladam iuſtæ conſiſtentiæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CAlculos & arenulas à Renibus, vreteribus & v[eſi]câ, obſtructiones auferendo, meatúſque ap[e]riendo, expellit, & vrinam potenter mouet. Doſ[is] ʒ j. ad ʒ ij. in vehiculis ſpecificis.

## MARMELADA HYSTERICA.

℞. D*Iacydon. ſimpl.* ℥ iiij. *Sacchari anthoſati*, ℥ ij. *C[a]lami aromat. condit. Rad. Pæoniæ cond.* ana ℥ [j.] *Cinnamomi acut. Fæc Bryoniæ*, ana ʒ ij. *Sem. Paſtinac.* [do]*meſt. Agni caſti, Rutæ*, ana ʒ i ß. *Cardamomi min. An[tho]phyllorum, Macis*, ana ʒ i. *Mag. Iouis Anglici, Matris p[er]lar. Corallor. rub.* ana ʒ ß. *Elæoſ. Sem. Angelicæ, Maioran[æ], Succini alb, Fœnicul. Aniſi*, ana ℈ j. Miſc. & fiat l[ege artis] Marmelada iuſtæ conſiſtentiæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VTeri ſuffocationi & albo mulierum fluori au[xi]liatur, & præterea colluuiem quandam prauam, ſi quæ in locis muliebribus contineatur, meatûs ap[e]riendo, & obſtructiones ſoluendo, foràs protrud[it]. Doſis Caſtaneæ quantitas, per ſe, vel cum vino [...]do, vel aq. hyſtericâ congruâ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0256-6
DFG

122



# SECTIO XIII.

## DE CONFECTIONIBVS LIQVIDIS, ET ELECTVARIIS.

### CONFECTIO CEPHALICA.

℞. Spec. *Dialunæ noſt.* ℥ i ß. *Rad. Diptamni alb. Sem. Citri excort.* ana ℥ ß. *Grar. Tinctorum, Sem. Acetoſæ, Ext. Lilior. conual.* ana ʒ ij. *Smaragd. præp. Sal Cranij hum. Succini alb. præp.* ana ʒ i ß. *Eſſ. Margar. Orient. Corallor. rub.* ana ℈ iiij. *Croci Orient. præp. Galang. min. Cubebarum.* ana ʒ j. *Oſſ. de Corde Cerui, Hyacinth. præp.* ana ℈ ij. *Conſ. Flor. Pæoniæ vitriolat. Anthos*, ana ℥ j. *Sacchari candi alb. in aq. Apoplect. diſſ. Syrup. Acetoſit. Citri*, ana ℥ viij. Miſce, & fiat ſ. a. Electuarium.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Valet ad omnes vel ſaltem periculoſiſſimos capitis affectûs, quos tollit & feliciter curat. Suffocatis, Vertiginoſis, Apoplecticis, Epilepticis ſeu

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0257-2
DFG

Lunaticis,medicamentum eſt admodum conuenien, & propriè ad exſiccandum humiditates cerebri in uentum eſt. Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. plus minúſve, per ſe vel in vehiculis appropriatis.

## CONFECTIO OPIATA.

℞. OPij *Spagyricè præp. & extract.* ℥ ß. *Spec. Dia moſch. dulc. Diambræ*, ana ʒ j. *Mag. Perlarum Orient. Corallorum rub.* ana ʒ ß. *Ext. Flor. Papau. err. Croci Orient. Mumiæ tranſmarin.* ana ℈ j. *Galliæ Moſchat. veræ, Lap. Bezoart. Orient. Oſſ. de Carde Cerui, Vnicorn. Animal.* ana ℈ ß. Et cum Conf. Alkermes f. Electuarium, vt eſt artis, cui immiſce; *Ol. Cinnamomi, Nuc. Moſchat. Majoranæ, Saluiæ, Succini alb. Caryophyllor.* ana gut. iiij.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HVic confectioni nomen impoſuimus, quo nuncupatur opiata, ſiue electuarium Laudani: Quia Laudanum Opiatum difficulter ſoluitur, & ſemper liquoribus ſtillatitiis reſiſtere ſolet; Eius loco pro hauſtibus & bolis parandis hoc electuarium, commodè ordinari & ſubſtitui poterit; quod æquè efficax, & cuius idem eſt vſus. Datur à ℈ v. ad vj. vij. & ℈ ß. in appropriato liquore, vel in aq. Hypnoticâ noſtra, Cinnamomi, &c. vel aliis conuenientibus & affectum propriè reſpicientibus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0258-8
DFG

## CONFECTIO NARCOTICA.

℞. *NVc. Moſchat.* ℥ ß. *Boſi Armen. præparat. Opij Spagyricè ext. Ext. Flor. Papau. errat.* ana ʒ iij. *Croci Orient. Troch. Ramich.* ana ʒ ij *Croci Martis per reverb. fact.* ʒ i ß. *Rad. Tormentillæ, Biſtortæ. Zedoariæ,* ana ʒ j. *Mag. Corallor. rub. Succini alb. præpar. Cornu Cerui vſti, Caryophyllor.* ana ʒ ß. *Camphoræ* g̃ v. Miſc. & cum Syrup. de Papau. ſimpl. & de iuiubis, ana ℥ iiij. fiat Electuarium vt eſt artis, pro vſu.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MIrum in modum omnes dolores mitigat, præcipuè Capitis Pectoris, Stomachi, Matricis & totius Ventris: Somnum eleganter prouocat & potenter inducit: Hæmoptoïcis, Cœliacis, Dyſentericis, Pleureticis, Ileoſis, Colicis, & Nephriticis medetur & auxilio eſt. Prouocationes, ſingultus & tuſſim ſedat. Anhelitum facilitat. Exuberantiam menſtruorum & hæmorrhoidum ſiſtit: necnon Gonorrhœam & Satyriaſin emendat. Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. eundo cubitum.

## CONFECTIO PRETIOSA.

℞. *ELæoſacch. Citri,* ʒ vj. *Tinct. Corallorum veræ, Mag. Perlar. Or.* ana ʒ ij. *Gran. Tinctorum, Corn. Alcis Spagyricè calc.* ana ʒ i ß. *Maſtichis elect. Lig. Aloës, Galang. min. Cardamomi min.* ana ʒ j. *Nuc. Moſch. in India condit.* No. j. *Lap. 5. pretioſ. præp. Ambræ griſeæ. Ext. Croci*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0259-6
DFG

*Orient.* ana ℈ ij. *Moſchi Alexand. de Corde Cerui*, ana ℈ ij. *Auri potab. noſt.* ℥ ß. *Ol. Cinnamomi*, *Macis* ana ℈ j. *Caryophyllor. Roſarum veri*, ana ℈ ß. *Conſ. flor. Tunicæ* [illegible] *Roſar. rub. vitriolatar.* ana ℥ viij. Miſc. & cum Syrup. Gran. Kermes, f. electuarium vt eſt artis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CORdiale eſt nobiliſſimum, contra tremorem & pulſationem cordis, item animi deliquia medicamentum mirabilius, præſtantius & efficacius in totâ Repub. Medicâ non habetur: Datur magno iuuamine ſenibus, debilibus & ægris conualeſcentibus; Quia ſpiritûs vitales, animales & naturales in omnibus membris recreat atque fortificat; Humidum radicale renouat; Voluptatem parit: Vertiginis, Epilepſiæ, Apoplexiæ. Lepræ, Podagræ, Scorbuti & Hydropis, &c. verum prophylacticon. Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. per ſe, vel in vehiculis appropriatis.

## CONFECTIO PECTORALIS.

♃. SPec. *Diaſulph. noſt.* ʒ xix. *Diarrhod. Abb.* ʒ xi. *Syr. Pectoral. noſt. ſimpl.* ℔ j. *Conſ. Roſar. rub. cum Elix. Sulph. noſt. tinct.* ℔ ii. *Ol. Cinnamomi*, ʒ i. Miſce, & fiat Electuarium ſecundùm artem.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VIſu, guſtu, atque olfactu medicamentum eſt valde delectabile. In Aſthmate, Dyſpnœâ, Orthopnœâ, Phthiſi, Hecticâ, & thoracis affecti-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0260-7
DFG

bus ordinare ſoleo, & præ cæteris miram eius efficaciam expertus ſum; Propterea id etiam aliis vtendum communicare volui. Quotidiè autem per interualla dandum, & paulatim deglutiendum, non ſubitò; Nam ſi ſubitò deuoratur, ſolummodò venit ad ventriculum, & non ad locum affectum. Doſis alternis horis quantitas Nuc. Auellanæ vel Moſchat. plus minúsve pro affectuum & perſonarum varietate.

---

## CONFECTIO ZINGIBERIS INDI.

℞. Z*ingib. virid. in Indiâ condit.* ℥ xiiij. *Spec. Aromat. Caryophyllor. Diagalangæ, Diarrhod. Abb.* ana ℥ j. *Diacydoniÿ ſimp.* ℥ viij. *Ol. Cinnamomi,* ʒ j. *Conſ. Roſarum. rub. vitriolat.* ℔ j. Miſce, & Syrup. conſeruat. ſuprà dicti Zingiberis, fiat l. a. Electuarium.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD ventriculum & Cor confortandum, concoctionem iuuandam, nauſeam & vomitum ſedãdum, organa nutritionis calefaciendum, putrefactionem, & corruptionem auferendum, ventoſitates & flatùs diſſoluendum & carminandum, natiuum calorem ſuſcitandum, & rediuiuum recreandum, omnem pectoris noxam & tuſſim à frigore contractam repellendum & ſanandum, actionem iecoris, lienis, renum, aliorúmque membrorum à frigiditate impeditam robuſtiorem reddendum, &c. Confectio hæc magnifica & valde illuſtris eſt: propterea magnatibus & ditioribus ordinare ſoleo. Doſis quantitas

nuc. Moſchat. manè & veſperi, vel tempore neceſ-
tatis plus minúſve, ratione complexionis & ſexûs.

## ZINGIBER ROSATVM.

℞. *CONſ. Roſar. rub. vitriolat.* ℥ xij. *Zingiber. de B-
galâ cond.* ℥ iiij. *Ol. Cinnamomi,* ℈ j. *Caryophyll-*
℈ ß. Miſc. & cum Syr. è Suc. Violar. vitriolat ſ. q.
fiat Electuarium.

*Vires, Vſus, Doſis.*

COr & Ventriculum confortat. Concoctione-
iuuat. Appetitum excitat. Nauſeam & vomitu-
ſedat. Natiuum calorem ſuſcitat. Spiritûs recrea-
Putredinem aufert. Flatûs diſſipat: necnon in omn-
bus morbis experimentum famoſiſſimum & præſt-
tiſſimum eſt. Doſis Caſtaneæ quantitas.

## CONFECTIO CITRI.

℞. *COnſ. Roſar. rub. vitriolat.* ℔ j ß. *Rob. de Berberis,*
*Ribes,* ana ℔ j. *Syrup. Acetoſitat. Citri, Oxyſ-
chari, de Agreſtâ,* ana ℔ ß. *Pulp. Citri condit. Conſ. Cor-
Citri, Spec. Diarrhod. Abb. Sp. Vitrioli irrorat.* ana ℥ -
*Nitri præp.* ʒ xiij. Miſc. & cum modico aq. Cinnamo-
mi f. Electuarium: intelligas autem libras ciuiles &
non Medicas; quod in omnibus compoſitionibus p-
totum librum obſeruandum, & hîc ſemel dixiſſe ſu-
ficiat.

Vi-

*Vires, Vſus, Doſis.*

REfrigerando & humectando, æſtuantiũ febrium incendium virtuoſiſſimè extinguit, & ignei caloris vehementiam componit ac mitigat. Choleræ, Dyſenteriæ, & contagioſis morbis medetur. Veneri & ebrietati reſiſtit. Membra nobiliora, nimirum: Cor, ventriculum, Epar, Splenem, Renes & alia viſcera, ab intemperie calida, imbecilla firmat, roborat, aperit & à putredine vindicat. Vomitum bilioſum reprimit. Hæmorrhagiam curat, & exanthemata ſanat. Doſis à ʒ j. ad ʒ ij. vel ℥ ß. aliquoties in die.

## CONFECTIO THERIACALIS.

℞. R*ad. Tormentillæ, Diptam. alb. Camphoræ opt.* ana ʒ ij. *Corn. Cerui & Alcis ana Spagyricè calcinatorum*, ʒ i ß. *Succ. alb. Boli rub. Orient. Hyacinth. Smaragd. ana præp.* ʒ j. *Sal. Abſinthij, Scordij, Card. bened.* ana ʒ ß. *Mag. Perlar. Orient. Corallor. rub.* ana ℈ j. Pulueriſentur ſubtiliſſimè ſeorſim; tandem commiſceantur, & aſpergantur aliquoties Sp. Iuniperi, in quo radic. petaſit. Herb. Veronicæ & Zingib. maduerint; poſteà adde: *Theriac. Andromach. Mithridat. Dam.* ana ℥ ij. *Ext. Rad. Enulæ Camp. Angelicæ*, ana ℥ ß. *Suc. inſpiſſat. Fumariæ, Bac. Ebuli*, ana ʒ iij. *Flor. Sulphuris*, ʒ ij. *Ol. Sal. Rutæ hortenſ. Zedoariæ, Cinnamomi, Myrrhæ, Caryophyllor. Citri rectif.* ana ℈ ß. Miſce, & cum Rob. Bac. Sambuci, f. Electuarium.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN operatione & virtute, hæc compoſitio, ip
Theriacam & Mithridatium longè vincit; H
vires eius æquus Lector ipſe facilè colligere pote
In Hydrope, Eryſipelate, Icteritiâ, Scabie, Lue V
nerea &c. experimentum eſt. Contra Peſtem & q
vis alia venena, quæ omnia per ſudorem à Corde
tum penetrando corpus, ad circumferentiam & ſup
ficiem virtuoſiſſime expellit, celeberrimum eſt A
xiterium: Expulſo autem veneno, patiens confort
tibus refici debet. Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. plus minú
pro morbi vehementiâ, viribus, ætate, anni temp
&c. in vehiculis appropriatis & ſpecificis. In Hy
pe, &c. exhibetur ſingulis noctibus cum aq. vel
Sambuci &c. horis 4. vel 5. poſt cœnam eundo c
tum: vnde versùs diluculum vehementer ſudare
cipiunt.

---

## CONFECTIO MAGNANIMITATI

℞. E*ſſent. Satyrij. ext.* ℥ ij. *Nuc. Indic. rec. Pi*
*mundat.* ana ℥ i ß. *Piſtac. virid. Nucl. A*
*nar. Amygdal. dulc.* ℥ j. *Piperis alb. Calami aromat.*
*gib. alb. Galang. min. Cardamomi*, ana ℥ ß. *Borac.*
*net. Auri potab. noſt.* ʒ iij. *Sem. Erucæ, Ling. Avi*
*ticæ*, ana ʒ ij. *Mag. Perlar. Ori. Corallor. rub. Sal.*
*ſerum*, ana ℈ iiij. *Boleti ceruini*, *Priap. Tauri Co*
*Teſt. Taxi exſic. Carn. Scinc. marin.* ana ʒ i ß. *M*
*laudatiſſ. Ambræ griſeæ*, ana ʒ ß. *Ol. Maceris*,
*Nuc. Moſchat. Cinnamomi*, *Caryophyllor.* ana ℈ j. *M*

&cum Syrup. rad. Satyrij condit. f. Electuarium vt eſt artis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN confortandâ Venere ſecretum eſt. Datur maleficiatis & iis qui ſunt inualidi femoris. Senibus & naturâ frigidis mirificè opem præſtat. Virilitatem amiſſam potenter reſtituit. Venerem deſuetam concitat. Partes genitales frigidas & quaſi emortuas erigit. Semen vtriuſque ſexûs auget & corrigit. Doſis à ʒ j. ad ʒ ij. vel iij. in vino Maluatico vel Moſchatellino dulci, eundo cubitum; vel exhibeatur tempore neceſſitatis quantitas Nuc. Moſchat. ſuperbibendo hauſtum vini veteris boni & odoriferi. Verùm ſi impotentia à natiuitate, non recipit curam: quia lapſus naturalis difficulter reſtituitur.

---

## CONFECTIO PACIFICA, DE SVCCVLATA INDA.

℞. SVcculatæ Indæ. ℥ iiij. *Satyrij teſticulor. condit.* ℥ ij. *Teſtic. Gallo. in lact. coct. Rad. Eryngij condit. Caſtanear. in vino Maluat. coct.* ana ℥ j. *Amygdalar. dulc. Pinear. mundat. Piſtac. virid. Nucl. Nucis Indic.* ana ℥ ß. *Caßiæ Ligneæ, Boleti Ceruini*, ana ʒ iij. *Sem. Fraxini, Bonac. Venet.* ana ʒ ij. *Spec. Diamoſch. dulc. Diābræ*, ana ʒ i ß. *Ligni Aloës elect. Fol. Majoranæ, Croci Orient. Nuc. Moſchatæ*, ana ʒ j. *Caryophyllorum, Galangæ min. Zingib. albi, Cardamom. min. Piperis long.* ana ℈ ij. *Ol. Cinnamomi, Maceris*, ana ℈ j. Miſc. & cum Syrup. Conſeruat. Nuc. Moſchat. condit. ſ. q. fiat Electuarium.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN coëundi impotentiâ magnum eſt Arcanum, pro ſolis Amicis mihi hactenus reſeruatum : Læſam enim & amiſſam virilitatem reſtituendo, Venerem deſuetam concitando, refrigerationem teſtium & vaſorum ſeminalium tollendo, ſemen vtriuſque ſexus augendo, impotentes ſenéſque debiles, breui temporis ſpatio, ad priſtinam voluptatem reducit. Doſis quotidiè euacuato corpore Caſtaneæ quantitas, plus minúſve pro ratione ætatis, temporis anni, conſuetudinis &c. ſuperbibendo vini generoſi bonum hauſtum.

## CONFECTIO SATYRII.

℞. S*Atyrij teſt. condit.* ℥ iiij. *Conſ. Flor. Tunicæ, Zingib. de Bingalâ condit.* ana ℥ ij. *Sem. Linguæ Auis, Borac. Venet.* ana ℥ ß. *Spec. Diathamar.* dra. iij. *Nuc. Moſchat. in Indiâ condit.* No. i. *Teſtic. Cerui exſic. Taxi exſic.* ana ʒ i ß. *Boleti Ceruini*, dra. ii. *Cinamomi acut. Piperis longi* ana dra. i. *Mag. Perlarum. Or. Corallorum rub.* ana dra. ß. *Galliæ Moſchat. veræ, Ol. Caryophyllor.* ana ℈ i. *Fol. Auri puri*, No. xv. Miſc. & cum Syrup. Zingib. de Bing. condit. ſ. q. fiat l. a. Electuarium.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0266-2
DFG

*Vires, Vſus, Doſis.*

MAximam ad ſtimulandum coitum vim habet, & libidinis deſiderium in vtroque ſexu egregiè excitat, ſperma multiplicat; necnon conſumptos & emaciatos ſingulariter reficit. Doſis manè vel veſperi cum vino veteri aut Maluatico à ʒ ij. ad ʒ iij.

## CONFECTIO STYPTICA.

℞. T*Inct. Croci Martis, Chelidoniæ, Rhabarbari, Corallor. ſiccæ,* ana ℥ j. *Tormentillæ, Zedoariæ, Gum. Arabic. Caryophyllor. Zingib. alb. Nuc. Moſchat. toſt.* ana ʒ vj. *Terræ Sigillatæ, Succini alb. præp. Calami aromat. Galang. min. Cardamomi vtriuſque, Cinnamomi acut.* ana ℥ ß. *Teſt. Cancror. fluuiatil. in aceto coct. Sem. Sanguinariæ, Plantaginis, Papau. nigri, Cort. Arantior.* ana ʒ iij. *Fol. Saluiæ acut. Sanguiſorbæ, Montæ criſp.* ana ʒ ij. *Priapi Tauri, Coriand. præp. Acaciæ*, ana dra. i ß. *Nuc. Cupreſſi, Ranar. combuſt. Talci calcinat.* ana dra. j. Omnia ſubtiliſſimè pulu. miſc. & cum miuâ Cydonior fiat l. a. Electuarium, cui adde: *Ol. Carminatiui noſt.* dra. iij. Et reſerua ad vſum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN omnibus alui profluuiis. Dyſenteriâ nempè Diarrhœâ, Lienteriâ, fluxu Hepatico, Hæmorrhagiâ narium, menſibus ſuperfluis, ſanguiniſque rupturis etiam deſperatiſſimis experimentum eſt mirabile: Confortat enim inteſtina, & membra interiora, conſtipando naturam, reficit. Doſis à ʒ j. ad ℥ ß. ex

vino Maluatico vel alio generoſo, horis aliquot longè à paſtu, vel manè ſtomacho ieiuno.

## CONFECTIO TEREBINTHINATA.

℞. *Terebinth. Cypriæ in vino Rhenano lotæ*, ℥ ij. *Sacchari candi alb.* ℥ i ß. *Pul. Rad. Glycyrrhiz. raſæ*, ʒ vj. *Spec. Diarrhod. Abb.* ℥ ß. *Sem. 4. frig. major.* ana ʒ j. *Nitri præp.* ℈ j. Miſc. & fiat, ſine vlteriore additamento, mixtura.

*Vires, Vſus, Doſis.*

TVſſi ac Tabi conuenit. Vitia pectoris expurgat, Vrinam cit. Stranguriam ſoluit. Renes detergit, & illorum dolores leuat. Cruda concoquit. Ventrem emollit & aluum ſubducit. Doſis à ʒ j. ad ʒ iß. & ʒ ij.

## THERIACA MVLIERVM.

℞. *Theriacæ Androm.* ℥ iij. *Bezoart. Ionial.* ℥ ß. *Corn. Alcis & Cerui Spagyricè calc.* ana ʒ i ß. *Ext. Rad. Angelicæ, Enulæ Camp.* ana ʒ j. *Eſſ. Caſtorei*, ʒ ß. *Mag. Matris Perlarum, Corallor. rub.* ana ℈ j. *Ol. Succini alb.* ℈ ß. Miſc. & cum Rob. Bac. Sambuci f. Electuarium.

*Vires, Vſus, Doſis.*

PEr ſudorem ferè omnes mulierum, tam calidas, quàm frigidas infirmitates occultâ quadam proprietate curat; Et pro ſexu fœminino vix præſtantius & nobilius diaphoreticum datur. Doſis à ℈ j. ad dra. j.

in aq. appropriatis, morbum propriè reſpicientibus: in cauſâ autem calidâ in vehiculis frigidis offerre ſolemus.

## THERIACA SAXONICA.

℞. *Rob. Bac. Sambuci, Chamæactes*, ana ℥ ij. *Corn. Cerui Spagyricè cal.* ℥ j. *Suc. inſpiſſat. Fumariæ, Syr. de Papau. ſimp. Syr. Iuniperi*, ana ℥ ß. *Boli rub. Or.* ʒ ij. *Ol. Sem. Angelicæ, Zedoariæ*, ana ʒ j. Miſce flammâ imbecilli, in formam opiatæ.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Est Antidotus nobiliſſima, per ſudorem & inſenſilem tranſpirationem efficaciſſimè operans. Seruat & liberat homines à quàm plurimis & grauiſſimis morbis. In profligandis & extinguendis omnis generis Febribus, ſiue ſint intermittentes, ſiue continuæ aut malignæ: Item in Hydrope, Igne ſacro, Scorbuto, Icteritiâ, Peſte, Suffocatione Matricis, aliíſque vterinis affectibus, Lue Venereâ, Scabie, Pruritu, Leprâ &c. ſuam adeò promeretur laudem, vt à nullo ſatis eius virtutes deprædicari poſſint. Doſis Nucis Moſchatæ quantitas, plus minúſve pro ſumentium ætate, ſexu, & conſtitutione, próque affectús ipſius exigentiâ, & cum liquore aliquo idoneo & congruo, atque morbo præſertim cuius medendi gratiâ adhibetur, appropriato. Ego in multis affectibus, purgatâ priùs aluo, veſperi horis. 4. vel 5. poſt cœnam eundo cubitum, cum ſ. q. aq. de Corn. Ceruin. noſt. exhibeo; Vnde versùs diluculum vehementer ſudare ſolent.

## THERIACA FEBRILIS.

℞. SPec. *Febrifug. noſt.* ℥ iij. *Conſ. Abſinthij Pontic.* *Card. bened. Flor. Centaur. min.* ana ℥ ij. *Theriac.* *Androm.* ℥ i ß. *Corn. Cerui ſine igne calc. Diaphoretic. min.* *Zingiberis alb.* ana ʒ iij. *Spec. Diamoſchi dulc. Diambræ*, ana ʒ i ß. *Camphoræ in Spir. Angelicæ diſſ.* ʒ ß. Miſc. & cum Rob. Sambuci fiat Electuarium.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

CVrat ferè omnes Febres, & in ipsâ Peſte etiam valdè vtilis eſt. Doſis à dra. j. ad dra. ij. cum aq. Febrifug. noſt. vel cum aq. Card. bened. vel Scabioſæ vel Calendulæ &c. bibat horis duabus ante acceſſionem, cooperiatur, & in lecto maneat & ſudet; hoc enim pacto multas Febres præcipitat.

## ELECTVARIVM OPTICVM.

℞. R*Ad. Elenij condit. Myrob. chebul. cond.* ana ℥ j. *Piperis longi, Caryophyllor.* ana ℥ j. *Maceris, Galang. min. Zingib. alb. Cubebarum*, ana ℥ ß. *Fabar. mai. præp. Oc. Luciorum, Euphraſiæ, Pulegij, Chamædryos, Flor. Tunicæ, Anthos*, ana dra. iij. *Sem. Sileris montan. Fœniculi*, ana dra. ij. *Aniſi, Petroſelini, Apij, Anethi, Saxifragiæ alb.* ana dra. j ß. Omnia pulueriſata miſc. cum Sacchari alb. ℥ xxiiij. in Sp. Iuniperi & Succor. depurator. Saluiæ, Rutæ, Chelidoniæ, Hyſſopi ana ſ. q. di

& ad iuſtam conſiſtentiam coct. f. Electuarium, cui adde: *Ol. Cinnamomi. Nuc. Moſchat.* ana dra. j. Denuò miſc. & ad vſum reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

STomachum confortat, ſuperfluos humores conſumit, Renes mundificat, & ad omnem ventoſitatem expellendam valet. Maximè autem lumen debile reſtaurat, & in viſus imbecillitate vndecunque etiam proueniente, & ſuffuſionibus, Experimentum eſt mirabile. Doſis continuè, manè Stomacho ieiuno, & veſperi eundo cubitum, quantitas Nuc. Caſtaneæ. Quia ſic vtentes, claro & libero viſu, ſine ocularijs, paruas etiam literas vſque ad finem vitæ perfectè legere ſolent.

## ELECTVARIVM STOMACHICVM.

℞. A*Mygdalar. dulc.* ℥ viij. *Calami aromat. Zingib. alb. Gran. Paradiſ.* ana ℥ j. *Mentæ criſpæ, Zedoariæ, Gran. Iuniperi, Rad. Pimpinellæ,* ana ʒ vj. *Acori aquat. Caryophyllatæ, Tormentillæ, Enulæ Camp.* ana ℥ ß. *Galang. min. Nuc. Moſchat. Maſtich. elect. Caryophyllor. Maceris, Piperis longi, Cinnamomi, Sem. Ameos,* ana ʒ ij. Terantur, miſc. & cum Sacchari alb. ſ. q. in aq. Stomachali noſt. diſſolut. fiat Electuarium; cui adde: Elix. Vitrioli noſt. q. ſ. ad gratam acetoſitatem, vel vtere per

*Vires, Vſus, Doſis.*

VEntriculum calefaciendo mirè roborat. Ei mollitiem corrigit. Imbecillitatem firmat. Co coctionem iuuat. Appetentiam deiectam ſuſcita Ventrem inferiorem totum & nutritionis inſtrume ta confortat. Et eſt propemodum omnium frigidaru ægritudinum peculiare remedium. Propriè tamen exſiccandum humiditates Ventriculi inuentum e Doſis per ſe, manè meridie & veſperi quantitas n Moſchat. ſuperbibendo vini Maluatici iij. vel ii Cochlear. vel ℥ j. aq. noſt. Stomachalis.

---

ELECTVARIVM ABSINTHIACV

℞. COnſ. *Abſinthij Pont.* ℥ iij. *Card. benedict. Fu riæ, Cochleariæ,* ana ℥ j. *Flor. Centaur. min. C vei, Sambuci,* ana ℥ ß. *Cort. Arantiorum condit. Nuc. Ind condit.* ana ʒ vj. *Spec. Diacurcumæ, Diacubebæ, Dialac* ana ʒ iij. *Tinct. Corallor. ſiccæ Mag. Croci Martis,* ana ʒ *Stercoris Anſerini verno tempore collect. Rhabarbari opt elect.* ana ʒ i ß. *Sal. Abſinthij,* ʒ j. *Ol. Salis rectif.* Miſc. & cum Syrup. de Scolopendriâ & Capil. V neris ana ſ. q. f. Electuarium.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IEcinoris, Lienis, & Veſicæ felleæ obſtructio etiam contumaciſſimas & deſperatiſſimas ap atque tollit. Properteà in Icteritiâ vtrâque, Hyd

130
e, &c. Experimentum eſt nobiliſſimum. Doſis ma-
e ante cibum per tres horas, & veſperi eundo cubi-
um, quantitas Caſtaneæ, plus minùs ve.

## ELECTVARIVM DE SCORZO NERA.

℞. *Ad. Scorzoneræ condit.* ℥ vj. *Conſ. Roſar. rub. vitriolat.* ℥ iiij. *Spec. Diarrhodon. Abbat. Diacubebæ,* ana ℥ j. *Hepatis Lupi præp.* ana ʒ j. *Sem. Acetoſæ, Melon. excort.* ana ℈ iiij. *Tinct. Corallor. ſiccæ, Sal. Abſinthij,* ana ʒ ß. Miſc. & cum Rob. de Berberis & Ribes ana ſ. q. fiat electuarium. Cui adde Sp. Sulphuris q. ſ. ad gratiam.

*Vires, Vſus, Doſis.*

GEneraliter cuilibet complexioni calidæ confert: Principaliter autem in debilitate, obſtructione & dolore Epatis valet. Bilis flauæ, febriúmque ardentium æſtum ac feruorem mitigat, iecúrque inflammatum præcipuè refrigerat, alterat atque confortat. Doſis à ʒ j. ad ℥ ß.

## ELECTVARIVM DE NITRO.

℞. *Ad. Eryngij condit.* ℥ iiij. *Spec. Lithontribon.* ℥ ij. *Man. Chriſti ſimpl.* ℥ i ß. *Nitri cum Sp. Vitrioli præp. Sal. Abſinthij,* ana ʒ vj. *Ol. Succini alb. rect. Aniſi.* ana dra. ß. Miſc. & cum Syrup. Zingib. de Bingala condit. ſ. q. fiat Electuarium.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VIrtuoſiſſimè & potentiſſimè calculum Re
& veſicæ frangit, & per vrinam expellit. I
per in Colicâ, ſuffocatione Matricis, obſtructi
Hepatis & Lienis, debilitato Ventriculo, Febri
que quàm plurimis, ſecretum eſt. Doſis à ʒ j. ad
vel iij. manè, meridie & veſperi longè poſt paſtu

---

## ELECTVARIVM DYSENTERICV

♃. C*Onſ. flor. Papau. errat. Roſar. antiq.* ana ℥ iij. (
*Narcoticæ noſt.* ℥ ij. *Theriac. Venet. rec.* ℥ j. *T*
*Corallor. ſiccæ, Lap. Hæmatit. Eſſ. Croci Martis*, ana
*Troch. de Carabe, de Terrâ Sigil. de Spodio*, ana ʒ j. *Ol*
*Moſchatæ, Caryophyllorum*, ana ℈ j. Miſc. & cum D
dio noſtro Crocato f. Electuarium, vt eſt artis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD omnia dolorifica ventris profluuia ſiſten
ſanguinem vndecunque fluentem, men
ſputum, fluxúmque ſanguineum & hæmorrhoid
reſtringendum, ſomnum conciliandum, vlcer
ctoris, Pulmonis & Veſicæ conſolidandum, me
mentum eſt ſpecificum. Doſis à ʒ j. ad ʒ ij. ve
veſperi eundo cubitum, horis aliquot poſt, lo
paſtu, vel ieiuno ventriculo manè in vehiculis ap
priatis locum affectum propriè reſpicientibus,
per ſe, &c.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0274-6

## DIASCORDIVM ROSATVM.

℞. COnſ. Roſar. rub. vitriolat. ℥ xj. Boli Armen. præp. dra. iij. Scordij veri, dra. ij. Diptam. Cretici, Rad. Tormentill. Biſtortæ, Gentianæ, Terræ Lemniæ, Cinnamomi, Caſſiæ ligneæ, Gum. Arabici, Galbani, Styrac. calam. ana dra. j. Piperis longi, Zingib. Alb. ana dra. ß. Opij ſpagyrici præp. & in vino aromat. diſſ. Sem. Acetoſæ, ana g̃ xxiij. et cum Syr. Acetoſ. Citri, miſce in formam Electuarij craſſi.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VTimur ſecundùm mentem Hieronymi Fracaſtorij feliciter in iis, in quibus Theriaca locum non habet, vt pueris & grauidis. In Peſte, & morbis Epidemicis correptis, & extremè deſperatis, ſequenti modo exhibere & propinare ſolemus.

℞. Suc. Citri exp. ℥ j. Aceti Flor. Sambuc. Syr. è ſuc. Acetoſell. ana ℥ ß. Diaſcordij roſat. dra. i ß. Pul. Bezoart. ... ℈ ß. Miſce, & fiat hauſtus, qui mirabiliter operatur, & omnia venenoſa virtuoſiſſimè per ſudorem expellit.

# SECTIO XIV.
## DE CONFECTIONIBVS CATHARTICIS.

### CATHARTICVM CÆSAREVM.

℞. Zingiberis de Chinâ condit. ℥ j. Mag. Scammon. ℥ ß. Conf. Alkermes; ʒ i ß. Spec. Diarrh. Abb. Sp. vitrioli irrorat. Cryſt. Tartari, ana ʒ j. Galliæ Moſchat. veræ, ℈ j. Ol. Cinnamomi, ℈ ß. Syrup. ſuprà dicti Zingib. cond. q. ſ. Miſce in formam Boli pro v.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN omnibus frigidis affectibus, iucundum eſt catharticum; quod Principibus & magnatibus ordinare ſolemus: Corpus enim humanum magnificè & ſine omni læſione, perpurgat. Animum recreat. Appetitum excitat. Omnia membra principalia roborat. Fœtorem oris & naſi emendat. Sanguinem rectificat. Flatùs diſſipat, & Colicis cruciatibus mirè confert. Doſis à ʒ j. ad ℈ iiij.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0276-8
DFG

132

## CATHARTICVM REGIVM.

℞. Conſ. Alkermes vitriolat. ℨ x. Mag. Scammonij, ℥ ß. Pulu. Roſar. rub. Sp. vitrioli irrorat. Acidi Tartari, ana ℨ j. Nitri præparat. ℈ j. Miſce in formam Boli pro vſu.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Confectionem hanc Alkermes ſolutiuam pro delicatis inueni; & eſt in febribus malignis, & affectibus omnibus calidis, bilioſis, & ex materiâ mixtâ enatis ſaluberrimum catharticum; quo Reges & Principes vtuntur: Vtramque enim bilem, ſine nauſeâ & moleſtiâ purgat, malorúmque humorum reliquias, necnon ad articulos, renes & veſicam decumbentes humores tartareos, cor refrigerando, ſanguinem mundificando, membriſque principalibus robur addendo, ſuauiter & blandè educit. Doſis à ℨ j. ad ℈ iiij.

## ANNOTATIO.

Pro tenuioris fortunæ hominibus loco Conf. Alkermes, Conſ. Violar. vitriolat. ſubſtituitur, & æquè efficax eſt compoſitio.

## CATHARTICVM ROSATVM.

℞. Conſ. Roſar. rub. vitriolat. ℥ vij. Scammonij Roſar. ℨ x. Spec. Diarrhod. Abb. Sp. Vitrioli irrorat. ℥ j. Nitri præp. ℨ i ß. Ol. Cinnamomi, ℈ j.

Et cum modico Syrup. Roſat. ſolut. vitriolat. M[illegible] in formam Boli.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EXpellit flauam bilem citra moleſtiam, & Epar[illegible] lidum alterando & confortando expurgat, [illegible] morbos articulorum ex bilioſis & calidis humori[illegible] natos, & ad Febres tertianas mirè confert. Boni[illegible] ſuper & grati ſaporis eſt, ori, ventriculo, & viſceri[illegible] gratum; Propterea nauſeabundis, picrocholis, deli[illegible] tulis, virginibus, pueris & ſenibus, catharticum co[illegible] ueniens & appropriatum eſt, qui inde non exigu[illegible] fructum percipiunt. Doſis à ℨ ij. ad ℨ iij. magno e[illegible] lumento & nullâ ægrotantium moleſtiâ exhib[illegible] poteſt.

## CATHARTICVM VIOLATVM.

℞. *COnſ. Violar. rec. vitriolat.* ℥ iiij. *Hermodact.* [illegible] *ror. & à cort. mund.* ℥ iij. *Mag. Scammonij,* [illegible] *Tartari vitriolat.* ℨ vj. *Cinnamomi acut. Caryophyllor.* [illegible] *gib. Alb.* ana ℨ j. *Ol. Cymini,* ℈ j. Et cum Syrup. è [illegible] Violar. vitriolat. miſce in formam Boli.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HÆc de Hermodactylis confectio, eſt admira[illegible] dæ virtutis & facultatis in Arthritide, Iſchia[illegible] câ & ſimilibus iuncturarum doloribus; purgat eni[illegible] ſecurè & leniter omnes defluxiones podagrica[illegible] vidimus etiam multos podagricos perpetuo cruc[illegible] tu languentes, & in lectulo miſerè iacentes, [illegible]

cathar[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0278-0

133
cathartico aliquoties vſos, adhibitis ſimul inunctionibus externis, adeò reualuiſſe, vt expeditiores, quàm antea, ad ſolita negotia redierint. Verùm non dumtaxat præſente iam morbo, ſed quolibet anno bis, vere ſcilicet & autumno, præſeruationis gratiâ prudenter vtendum. Doſis à ʒ ij. ad ʒ iij.

## CATHARTICVM CARYOPHYLLATVM.

℞. *Conſ. flor. Tunicæ vitriolat.* ℥ vij. *Turbith alb. & gum.* ℥ ij. *Scammonij roſat.* ʒ x. *Caryophyllor. elect.* ʒ j. *Cryſt. Tartari*, ʒ vi. *Cinnamomi acut. Macis*, ana ʒ i ß. *Ol. Arantiorum*, ℈ i. Et cum Syrup. Cort. Citri Moſchat. miſce in formam Boli.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Excrementa humorum frigidorum, maximè pituitoſorum ac putridorum, Capiti, Pectori, Ventriculo, Articulis, Inteſtinis, aliiſque membris principalibus & nutritionis inſtrumentis inhærentia, ſuauiter & copiosè educit. Febribus compoſitis & diuturnis auxiliatur. Colicis cruciatibus à cauſâ frigidâ; immò cæteris morbis omnibus ex crudo & frigido humore ortis, mirabiliter prodeſt. Tum quoque remedio eſt iis, quibus cibus in ventriculo aceſcit, quíque nauſeâ aſſiduè infeſtantur & ſaliuâ abundant. Doſis à ʒ i ß. ad dra. ij. & dra. iii. præſertim in robuſtioribus, plus minùsve pro ratione ætatis temporis & ſumentis viribus.

## ZINGIBER PVRGANS.

℞. *Conſ. Anthos*, ℥ iiij. *Zingib. de Bingalâ condit.* ℥ ij *Scammonij roſat.* ʒ x. *Spec. Diarrhod. Abb.* ʒ i *Galang. min. Macis*, ana ʒ j. *Cardamomi min. Caryophyll.* ana ℈ ij. *Flau. Cort. Arantior. Citri*, ana ʒ ß. *Galliæ Moſchat. veræ*, ℈ j. Et cum Syrup. ſupradicti Zingib. condit. miſce in formam Boli.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Corpus vniuerſum à phlegmate, cholerâ, cæteríſque vitioſis humoribus omnibus incolumiter purgat. Ex Stomacho vtramque bilem deducit, & iucundè olens reddit. Inteſtina frigida confortat frigiditatémque remouet. Flatûs craſſos diſſoluit, & Sanguinem clarificat. Non eſt ingrati ſaporis & odoris; ſed valdè ſalubris in febribus quàm plurimis, omnibúſque morbis à causâ frigidâ ortis; necnon in Colicâ, Inflatione & dolore Ventriculi, Cordis, Iecinoris, Splenis, Renum & Dorſi. Doſis à ʒ ij. ad ʒ iij. aurorâ matutinâ.

## CINNAMOMVM LAXATIVVM.

℞. *Sacchari albiſſ. in aq. Cinnamomi diſſ.* ℥ iiij. *Scammonij roſat.* ʒ vj. *Spec. Diacinnamomi*, ℥ ß. *Ol. Cinnamomi*, ℈ j. Miſce in formam Boli, pro vſu.

*Vires, Vſus, Doſis.*

BIlem vtramque & pituitam ex capite, thorace ventriculo, epate, iuncturis, &c. & ſine moleſtiâ elicit. Et hæc compoſitio poteſt etiam fieri in formâ ſolidâ. Doſis à ℥ ij. ad ℥ iij.

## CATHARTICVM CHOLAGOGVM.

℞. S*Vc. Roſar. rub. expreſſ. Sacchari albiſſ.* ana ℥ viij. *Spec. Diarrhod. Abbat. vitriolat.* ℥ ix. *Mag. Scammonij*, ℥ j. *Spodij*, ℥ i ß. *Galliæ Moſchat.* ℈ j. Saccharum cum ſuc. Roſarum, ad conſiſtentiam Syrupi coquantur, deinde tritæ ſpecies adiiciantur, vt f. Elect. de ſuc. Roſarum noſtrum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD purgandum materiam calidam & bilioſam, in omnibus morbis calidis & bilioſis affectibus, feliciſſimè vtor. Doſis à ℥ ij. ad ℥ iij.

## CATHARTICVM VITÆ.

℞. T*Heriac. Venetæ*, ℥ iij. *Spec. Diaëſulæ noſt.* ℥ i ß. *Mercur. vitæ*, ℥ j. Miſc. & cum Syrup. pectoral. noſt. f. Electuarium craſſum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Febribus, Peſte, Capitis morbis, Lue Venereâ, Leprâ, Cacochymiâ, Hydrope, Vlceribus

fœtidis, &c. medicamentum eſt præſtantiſſimum, & in Quartanâ ſecretum: Quia in toto corpore humano nihil impuri relinquit. Doſis à ʒ j. ad ʒ i ß. & ʒ ij. Et non detur ante cibum, ſed à paſtu: nam ita promptiùs ægrotantes euomunt.

## DIATVRBITH MINERALE.

℞. MIthridat. *Dam.* ℥ iij. *Turbith mineral. veri, Spec. Diarrhod. Abb.* ana ℥ ß. *Sp. Vitrioli rectificat. Ol. Carminat. noſt.* ana ℈ j. Miſce cum Syrup. de Iuiubis in formam Electuarij craſſi.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN morbis deſperatis, vtpote: Hydrope, Lue Venereâ, Podagrâ, Icteritiâ &c. Catharticum eſt excellens; habet enim vim expellendi. In fiſtulis, vlceribus malignis, Peſte, Febribus multis, &c. nil præſtantius aut nobilius. Doſis à ʒ j. ad ʒ i ß. ſuperbibendo parum vini albi.

## CONFECTIO PASSVLATA.

℞. F*Ol. Senæ ſ. ſtip.* ℥ iiij. *Rad. Polypodij querc.* ℥ ij. *Scorzoneræ, Bugloſſæ,* ana ℥ j. *Cichorei, Glycyrrhizæ,* ana ℥ ß. *Vini Maluatici*, ℔ iiij. Inciſa & contuſa ebulliant, & in Colaturâ expreſsâ iterum infunde per noctem: *Flor. Maluæ arbor. rub. Perſicorum, Violarum, Roſarum, Acaciæ,* ana P. ij. *Zingib. alb. Cinnamomi, Galangæ min.* ana ʒ j. Deinde colentur cum forti expreſſione

& in Colaturâ denuò infunde: *Paſſular. Corinth. repurgatar. & vino albo elotar.* ℥ vj. *Sem. Carthami excort.* ʒ iij. *Iniubar. Sebeſten, Prunor. paruor. exoſſat.* ana No. xxj. Coq. & extrahantur per cribrum mundum, addendo: *Man. Chriſti aniſat.* ℥ iiij. *Pulp. Tamarindor. Mannæ elect.* ana ℥ i ß. *Crem. Tartari*, ℥ j. Miſ. & inſpiſſentur ad formam Electuarij mollis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

SVauiſſimum & mitiſſimum eſt medicamentum, leniens, & confert iis, qui ſemper durâ ſunt aluo: Hanc enim ſine moleſtiâ & innoxiè ſubducit; nec non tam flauam quàm atram bilem leniter educit. Sanguinem inſuper mundificat, & eius acrimoniam compeſcit. Renum quoque & Veſicæ vitiis prodeſt, & à calculi generatione prohibet. Doſis à ʒ iij. ad ℥ ß. plus minúsve.

## CATHARTICVM PASSVLATVM.

℞. COnſ. *Paſſulatæ noſt.* ℥ ij. *Rad. Gialappæ gummoſ.* ℥ j. *Ol. Aniſi*, ℈ j. Et cum Syrup. Cinnamomi, miſce in formam Boli pro vſu.

*Vires, Vſus, Doſis.*

PItuitam, vtramque bilem & aquam euacuat, cæteróſque humores & peccantes materias omnes educit. Flatûs expellit. Obſtructiones reſerat. Sanguinem puriorem reddit. Articulorum, Coli & Renum doloribus vtile eſt. Aſthmati, Tuſſi veteri, &

Lue Venereâ vexatis conuenit. Moleſta etiam non e
huius Cathartici ſumptio; quia nullius mali ſapo
eſt particeps: Ideóque omnibus, qui vetera medi
menta reſpuunt, amiciſſimum eſt. Doſis à ʒ ij. a
ʒ iij.

## CATHARTICVM PERVVIANVM LIQVIDVM.

℞. *E*Lect. *Diacori*, ℥ vj. *Ext. Gum. de Peru roſat.* ℥ j. *Sp*
*Diarrhod. Abb.* ℥ ß. *Ext. Granor. Kermes*, ʒ i
*Galliæ Moſchat. veræ*, ʒ ß. *Ol. Macis*, ℈ j. Et cum pauxill
Syrup. Cort. Citri condit. f. Electuarium craſſum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN valentiſſimis & contumacibus morbis qu
plurimis; feroſa excrementa, ſeu aquas in abdo
ne collectas, & pituitam tam crudam quàm craſſ
ex partibus etiam remotiſſimis, potentiſſimè euac
Ob id Arthritidi & articulariis morbis conuen
necnon Hydropem Aſcitem & Anaſarcam iuuat. D
ſis à ʒ ij. ad ʒ iij.

## CATHARTICVM PERVVIANVM SOLIDVM PRETIOSVM.

℞. *E*Xt. *Gum. de Peru roſat.* ℥ ß. *Spec. Diarrhod. A*
ʒ ij. *Conf. Alkermes*, ʒ j. *Galliæ Moſchat. ve*
℈ j. *Ol. Cinnamomi*, ℈ ß. Miſc. & cum Sacchari alb

in aq.Roſar. diſſ. ℥ iiij. fiat l. a. Confectio in Morſulis.

## CATHARTICVM PERVVIANVM SOLIDVM COMMVNE, PRO TENVIORIS fortunæ hominibus.

℞. *Ext.Gum.de Peru roſat.* ℥ ß. *Cort.Citri condit.Arantior.cond.* ana ʒ j. *Caſsiæ ligneæ*, *Caryophyllorum Zingib. albi*, *Macis*, ana ℈ j. *Ol. Aniſi*, ana ℈ ß. Miſc.& cum Sacchari albiſſ. in aq.Fœniculi diſſ. ℥ iiij.fiat l.a. Confectio in Morſulis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD expurgandum craſſos, ſeroſos & tartareos humores in Hydrope, Podagrâ, Icteritiâ, Scabie, morbo Venereo & ſimilibus exiſtentes, ſecretum eſt. Doſis à ʒ i ß. ad ʒ ij.

## PASSVLÆ LAXATIVÆ.

℞. *Fol. Senæ ſ. ſtipt.* ℥ iij. *Rad. Turbith alb. & gum. Gialappæ*, ana ℥ j. *Mag. Scammonij*, *Rhabarb. elect.* ana ℥ ß. *Sem. Fæniculi*, *Aniſi*, ana ʒ iij. *Flor. Cordial.* ana P. j. Miſc. & infunde in ſ.q.Sp. Vini rectificat. ſtent infuſa, quoad perfectè tingatur, ſapore atque virtute ingredientium bene imbuatur: Poſteà tinctum Spiritum aufer per inclinationem, & illum Paſſulis Corinth. ℥ ix. ſuffunde, digerantur; donec Paſſulæ Spiritum ſufficienter imbibant:

Et tunc demùm Paſſulis exemptis adde: *Cinnamomi acut. Caryophyllorum*, ana ʒ ij. *Piperis longi, Galang. mi. Zingib. alb.* ana ʒ i ß. *Spicæ Indic. Galliæ Moſchat.* ana ℈ j. Et cum Syrup. Roſat. ſolutiuo ſ. q. fiat l. a. Conditum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MElancholicos & aduſtos humores purgant. Seroſam aquarum colluuiem exhauriunt & pituitam ſalſam deturbant. Inde Lepram, cutis fœditatem & ſcabiem elegantiſſimè eluunt. In Arthritide, anguſtiâ pectoris, calculo, catarrhis, dolore & tumore vtriuſque lateris, remedium eſt excellens. Doſis à ℥ ß. ad ʒ vj. plus minúſve pro ratione complexionis & ſexûs.

---

## CATHARTICVM TEREBINTHINATVM.

℞. TErebinth. alb. in ſuc. Limonum aliquoties lotæ, ℥ iij. Spec. Lithontribon. ℥ j. Mag. Scammonij, ʒ vij. Cremor. extract. Medul. Sem. Carthami, ana ℥ ß. Turbith. alb. gum. Tartari Vitriolat. ana ʒ ij. *Ol. Cinnamomi*, ℈ j. Chamomill. Rom. Aniſi, ana ℈ ß. Miſce cum Syrup. Roſat. ſolut. ſ. q. in formam Boli vel Electuarij craſſi.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CAtharticum hoc Terebinthinatum, à Renibus potiſſimùm & Veſicâ decumbentes humores phlegmaticos, pituitoſos, craſſos, & tartareos purgat, coagulatum tartarum diſſoluit, & in omnibus calculorum generibus, in quibuſcunque etiam ſi-

corporis partibus, purgans eſt ſtupendum & mirabile. Doſis à ʒ i ß. ad ʒ ij. plus minúſve in vino odorifero & bono.

---

## TEREBINTHINA LAXATIVA.

℞. T*Erebinth. in aq. Roſar. lot.* ʒ ij. *Tartari vitriolat.* ʒ ß. *Sal. Succini alb. Rhabarb. elect.* ana ℈ ß. Miſc. & cum ſaccharo & puluere Glycyrrhizæ f. Bolus pro vna doſi.

---

## TEREBINTHINA PVRGANS.

℞. T*Erebinth. in aq. Violar. lotæ*, ʒ ij. *Acidi Tartari*, ℈ i. *Mag. Lap. Percar. Oc. Cancri, Scammonij*, ana ℈ ß. Miſc. & cum ſaccharo & puluere Cinnamomi f. Bolus pro vnà doſi.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Gonorrhœâ, calculo Renum & Veſicæ, dolore dorſi, Secretum: Detur autem horâ vnâ ante cœnam, vel manè in aurorâ, inuoluendo in nebulâ madefactâ in vino. Et cùm aliàs aluus in officio non eſt, aſſumi poterit.

# SECTIO XV. DE LOHOCH, SEV ECLEGMATIS.

## LOHOCH ROSATVM.

℞. COnſ. Roſar. rub. cum Sp. Sulphuris tinct. ℥iiij. Lohoch de rad. Tuſſilag. cum Sacchare parat. ℥ ij. Spec. Diarrhod. Abb. ℥ j. Lact. Sulphuris, ℥ ß. Boli rub. Or. præp. Suc. Glycyrrhiz. ext. ana ʒ ij. Croci Or. præp. ʒ j. Flor. Benzoin. Cardamomi min. Macis, ana ʒ ß. Balſ. Sulphuris aniſat. ℈ j. Ol. Roſar. veri, ℥ iij. Miſc. & cum Syrup. Pectoral. ſimpl. noſt. f. Lohoch.

*Vires, Vſus, Doſis.*

DIuturnæ tuſſi, raucitati, pleuritidi, &c. confert & auxiliatur. Pulmonibus difficiles excreationes extrahit. Purulentas exulcerationes tam Pectoris quàm pulmonis eorumdémque graueolentiam halitûs efficaciter ſanat. Sanguinem quoque expuentibus conducit. Doſis per interualla nucis auellanæ quantitas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0288-5

## LOHOCH VIOLATVM.

℞. *COnſ. Violar. rec. cum Elix. Sulph. noſt. tinct.* ℥ iiij. *Lohoch Sani & expert.* ℥ ij. *Spec. Diamargarit. frig. Diaireos ſimpl.* ana ℥ ß. *Flor. Sulphuris compoſ. Ext. Rad. Glycyrrhizæ*, ana ʒ iij. *Croci Orient. præp. Styrac. calamit.* ana ℈ j. *Ol. Hyſſopi & Benzoin.* ana g̃ iiij. Miſc. & cum ſyrup. pectorali comp. noſt. f. Lohoch pectorale.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EXperimentum eſt in Tuſſi; Aſthmate, Phthiſi, dyſpnœâ, orthopnœâ, cæteriſque pectoris vitiis: & doſis eadem, quæ in præcedenti Lambitiuo obſeruanda.

## LOHOCH PECTORALE.

℞. *SYrup. Pectoral. ſimpl. noſt. Compoſit.* ana ℥ ij. *Lohoch de Rad. Farfaræ, Sani & expert.* ana ℥ j. *Man. Chriſti aniſat.* ʒ vj. *Spec. Diarrhod. Abb.* ℥ ß. *Zingib. de Bingalâ con.* ʒ iij. Miſc. & fiat, vt eſt artis, Lohoch pectorale.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CErtiſſimarum eſt virium ad tuſſim quamcunque, & raucedinem à frigore vel pituitâ craſſâ in Thorace & Pulmonibus contentâ ortam; necnon in pectoris affectibus quibus vis, difficultati anhelitus, pleuritidi, & dolori coſtarum medetur. Doſis ſæpius in die nuc. Moſchat. quantitas.

138

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0289-3

## LOHOCH SEV DIACODION CROCATVM.

℞. CAp. Papau. alb. cum ſeminibus, No. xxj. *Siliqu. dulc: abiectis granis, Rad. Glycyrrhiz. raſæ*, ana ℥ iij. *Sem. Bombacis, Althéæ, Cydonior. Gran. Myrti*, ana ʒ ... *Ficuum pinguium, Dactylorum, Sebeſten*, ana No. xj. *Flo. Maluæ arb. rub. Violarum, Iaceæ*, ana ʒ ij. Coq. in ſ. q. aq. fontanæ, vt eſt artis; poſteà ℞. *Colaturæ*, ℔ ij. *Sacchari candi roſat. Penidiorum*, ana ℔ ß. F. Syrupus craſſus, cui circa finem adde; *Syrup. è ſuc. Flor. Papau. errat. Iuiubini*, ana ℥ ij. *Ext. Croci Or.* ʒ ß. Miſ. & flamma imbecilli ad mellis conſiſtentiam coquantur, & cum Galliæ Moſchatæ veræ ℈ j. aromatizetur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN omnibus diſtillationibus, ſeu defluxionibus calidis, tenuibus, acribus, ac ſalſis, à Capite in Thoracem & aſperam arteriam, ex continuâ tuſſi in ſomniam facientibus, ſecretum eſt. Gutturis enim aſperitatem leniendo, ſputum tenue maturando, incraſſando, glutinando, atque expectorando, ſitim extinguendo, caloris incendium mitigando, ſomnum conciliando; item refrigerando & humectando Spiritus corroborat, vires reparat, & calorem natiuum conſeruat Dici prætereà non poteſt, quàm proſit iis, qui acutiſſimis doloribus, maximè Colico, Nephritico, Pleuritico, Arthritico, &c. corripiuntur. Prodeſt etiam ad ſanguinis excretionem, & menſtruorum nimiam euacuationem; nec non Febribus ardentibus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0290-7
DFG

alui profluuio, & Dyſenteriæ, quæ ex materiæ acris & biliοſæ effluxu excitatur, confert. Doſis à ʒ j. ad ʒ ij. iij. aut iiij.

## LOHOCH ANTIPHTHISICVM.

℞. *Diacodij crocat. noſt.* ℥ iiij. *Loh. Sani & expert. De Pulmon. Vulp.* ana ℥ ij. *Rot. Pectoral. albar. Citrinar. Rubrar.* ana ℥ j. *Syr. Pectoral. ſimplic. noſt. Compoſ.* ana ℥ vj. *Zingib. de Bingalâ cond.* ℥ ß. *Spec. Diarrhod. Abbat. Diamarg. frig.* ana ʒ ij. Miſc. & cum Emulſion. ſem. Papau. alb. cum aq. Pulm. Vituli fact. ℥ i ß. f. flammâ imbecilli iuſtæ conſiſtentiæ Lohoch.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

IN Phthiſi, Aſthmate, Tuſſi, Pleuritide, Catarrho, raucedine vocis, cæteríſque Thoracis & Pulmonis vitiis, &c. valdè efficax eſt, humoréſque excreatu difficiles extenuat, ſomnúmque conciliat. Doſis ſæpè in die nucis auellanæ quantitas.

# SECTIO XVI. DE SYRVPIS.

## SYRVPVS PERLARVM ORIENTALIVM.

℞. AQ. *Roſarum fragrant. Borraginis, Bugloſſe*, ana ℥ vj. *Sal. Perlarum Orient.* ℥ ß. Mixtis & ſolutis adde Amygd. dulc. q. ſ. & fiat optima emulſio; cui poſtea immiſce Sacchari albiſſ. ℔ j. Et coque ad iuſtam conſiſtentiam Syrupi.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CErebrum, Memoriam, & Cor roborat. Corpus ſanum conſeruat. Tabem, Ariduram & Marcorem ſenilem mitigat. Prauos humores exſiccat. Lac muliebre emendat. Humidum radicale renouat. Semen vtriuſque ſexûs amplificat. Inſuper certiſſimum præſeruatiuum contra Apoplexiam, Epilepſiam, Paralyſin, aliquoties in ſeptimanâ exhibitus. Doſis ab ℥ ß ad. ℥ vi. per ſe, vel cum aliis ſpecificis.

140

## SYRVPVS CORALLORVM RVBEORVM.

℞. T*inct. Roſar. rubrar. cum aq. è Suc. Cichorei cum totâ plantâ, deſtill. & rubini inſtar, extract.* ℥ x. *Sal Corallor. rub.* ℥ ß. Mixtis, ſolutis, & filtratis adde: *Sacchari albiſſ.* ℔ j. *Suc. exp. Berberum, Ribium,* ana ℥ iiij Denuò miſc. & f. l. a. iuſtæ conſiſtentiæ Syrupus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IMbecillum Cor confortat, eiúſque robur plurimùm auget, Iecoris, Lienis, & Renum intemperiem calidam mitigat, illorúmque obſtructionibus mirè ſuccurrit. Hæmorrhagiam variam curat. Sanguinem in vniuerſo corpore mundificat. Choleræ medetur. Vomitum bilioſum reprimit. Sitim reſtinguit. Præterea ad refrigerandum & adſtringendum Ventriculum, cæteráque viſcera feruoris intemperie diſſoluta, recreanda & confirmanda proficuus: Vnde in Dyſenteriâ, Lienteriâ, Diarrhœâ, Cœliacâ paſſione, fluxu Epatico, Gonorrhœâ, fluore Vterino, &c. ſecretum eſt. Contagioſis quoque morbis confert, & fluxionibus colliquantibus & malignis. Fœtum in Vtero fortificat, conſeruat, & ab abortu prohibet, ſi geſtationis tempore eius Cochl. ß. ſingulis menſibus bis accipiant. Doſis ab ℥ ß. ad ℥ j. per ſe, vel cum aliis vehiculis appropriatis.

## SYRVPVS VITRIOLATO-ROSATV

IN præparatione Magiſterij Corallorum Vitriola to-Roſati noſtri, remanet in ſeparatione liqu rubicundiſſimus; cui ſi ſ. q. ſacchari albiſſ. addatu & ad Syrupi conſiſtentiam coquatur, dat rubini i ſtar, nobiliſſimum, & efficaciſſimum ſyrupum in P ſte, morbis Epidemicis, Febribus, Dyſenteriâ, flu Epatico, Stomachi vitiis, Scorbuto, Iecoris & Lien obſtructionibus, Inflammationibus, & aliis morb quàm plurimis, &c. maximè vtilem. Cuius doſis e per ſe vel cum aliis vehiculis appropriatis ab ℥ j. a ℥ ij.

## SYRVPVS CEPHALICVS.

℞. SVc. *Depurat. Card. benedict.* & *Millefolij*, ana ℔ *Aq. Lauendulæ*, *Betonicæ*, ana ℔ ß. *Rad. Cary phyllatæ*, *Pæoniæ*, ana ℥ j. *Caßiæ Ligneæ*, *Nuc. Moſch Cubebarum*, ana ℥ ß. *Herb. Majoranæ*, *Verbenæ*, *Roriſm rin. Origani*, ana ʒ iij. *Flor. Liliorum conuall. Tiliæ*, *Pr mulæ veris*, *Anthos*, *Roſar. rub.* ana ʒ ij. *Sem. Fœniculi*, *La uendulæ*, *Saluiæ*, *Pæoniæ*, ana ʒ i ß. *Lig. Aloës*, *Viſci que cin. Croci Orient.* ana ʒ j. Coq. ad tertiæ partis con ſumptionem; poſtea coletur, clarificetur, & addit ſacchari albiſſ. ſ. q. fiat iuſtæ conſiſtentiæ Syrupu qui aromatizetur ſpec. Diamoſchi dulc. & Diambr ana ʒ j. vt eſt artis.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0294-1

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN omnibus periculoſis Capitis morbis & affecti-
bus, Cephalæâ, Hemicraniâ, Epilepſiâ, Apoplexiâ,
Paralyſi, &c. mirabilis eſt iuuamenti. Caput, Cere-
brum, & Ventriculum corroborat, & iis, qui Capite
& Corde tremunt, conuenit. Doſis ab ℥ ß. ad ℥ j. per
ſe, vel cum aliis appropriatis.

---

## SYRVPVS PECTORALIS.

℞ *Rad. Glycyrrhizæ raſæ, Tuſſilaginis*, ana ℥ ij. *Enu-
læ Camp. Ireos Flor. Angelicæ*, ana ℥ j. *Herb. Pul-
monariæ vtriuſque, Capill. Veneris, Saluiæ acut. Marrubij,
Scabioſæ*, ana ℥ ß. *Flor. Chamomillæ, Violarum, Farfaræ,
Bugloſſ. Betonicæ*, ana ʒ ij. Incidantur, contundantur, & infun-
dantur in *Aquarum Card. benedict. Fœniculi*, ana ℔ iij.
*Maluæ min. Veronicæ, Rad. Althææ*, ana ℔ j. Coquantur
ad tertiæ partis conſumptionem; ℞. Colaturæ claræ
℔ vj. & in iis infunde: *Paſſular. min.* ℥ iiij. *Sem. Card.
Mariæ, Myrtillorum, Aniſi, Vrticæ Rom. Cydonior.* ana ℥ ß.
*Dactylorum, Iuiubar. Sebeſten, Ficuum ping.* ana No. xxj.
Iterum coquantur ad quartæ partis conſumptionem;
poſtea fortiter exprimantur & colentur. ℞. *Colaturæ*,
℔ iiij. *Sacchari albiſſ.* ℔ ij. Denuò coq. & inter co-
quendum aromatizetur cum *Croci Oriental. Cardamom.
min. Macis, Cinnamomi*, ana ʒ ij. Ligentur in panno ra-
ro & vnà bulliant, donec fiat ſecundùm artem iuſtæ
conſiſtentiæ ſyrupus; cui denique immiſce Aq. Cin-
namomi ℥ iij, & ad vſum reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MIrabilis eſt potentiæ ad omnes thoracis & ſpiritualium partium affectûs, deſtillationes, obſtructiones: Humores enim craſſos incidit ac attenuat. Valet quoque ad conſumptos, tabidos, & vlce pulmonum. Aſthmaticis & tuſſiculoſis mirè conf. Hypochondriorũ doloribus vtilis, & pleuritidis tio conuenit. Suppuratorum pus egregiè diſſoluit, ſecat, tergit, & educit & in apertum promouet. In ni raucedine & ablatione vocis, ſecretum eſt. Doſis vnc. ß. ad ʒ vj. per ſe, vel cum vehiculis appropria

## SYRVPVS ASTHMATICVS.

℞. S*Acchari candi alb.* ℔ j. *Aq. Loch. Sani*, vnc. *Syr. de Praßio*, *De Glycyrrh.* ana vnc. iiij. *Capil. Veneris*, *De Iuiubis*, ana vnc. iij. *De Hyſſopo*, *De ſuc. Vi* ana vnc. ij. Inuicem bene mixta coquantur ad iuſt Syrupi conſiſtentiam.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ASthmati imprimis, & pleuritidi auxilia Thoracem & Pulmones ſaluberrimè expurg aperit, dilatat, tergit, lenit, & obſtructiones reſe Tuſſi anhelæ, diuturnæ & ſiccæ medetur. Pector hypochondriorum doloribus vtilis. Renum cal ſalutaris, necnon ſenibus & naturâ frigidis vald miliaris. Doſis per ſe, vel cum aq. pectoralibus vnc. ß. ad vnc. j.

142

## SYRVPVS CORDIALIS.

℞. Cinnamomi acut. ℥ ij. Rad. Bugloſſæ, ℥ j. Flor. Roſar. rub. Borraginis, Meliſſæ, Violarum, ana ℥ ß. Cardamomi min. Nuc. Moſchat. Lig. Aloës, ana ʒ ij. Croci orient. Macis, ana ʒ j. Inciſa & contuſa macerentur in vini boni & odoriferi ℔ iij. donec vinum ſapore & virtute eius bene imbuatur; poſtea in duplici vaſe coque ad ℔ j. conſumptionem. ℞. Colaturæ ℔ ij. Sacchari albiſſ. ℔ i ß. Coquantur, & circa finem immiſce: Aq. Cordial. noſt. vtriuſque, ana ℥ iiij. Et fiat. l. a. iuſtæ conſiſtentiæ ſyrupus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EXhilarat, animíque magnanimitatem in dies auget, & eſt ferè in omnibus morbis Melancholicis medicamentum efficaciſſimum. Inſuper Cardiacis, præter rationem mœſtis ſeu triſtibus, cor inſigniter confortando, ſingulariter ſuccurrit. Doſis ab ℥ ß. ad ℥ j. per ſe, vel in vehiculis conuenientibus.

## SYRVPVS DE CASSIA LIGNEA.

℞. *Muæ Cotoneorum*, ℔ j. Coquatur per ſe in leni calore ad ſpiſſitudinem mellis; poſtea immiſce Tinct. de Caſſiâ Lig. noſt. q. ſ. vt mediocrem Syrupi conſiſtentiam acquirat, addendo Elæoſ. Caſſiæ lig. vnc. j. Denuò miſce & ad vſum repone.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0297-9

*Vires, Vſus, Doſis.*

SEnibus debilibus & frigidis conuenit, & quibus humor natiuus & calor naturalis imminuuntur. Omnia membra principalia confortat. Cor imbecillum & Ventriculum frigidum roborat. Syncopen & Cordis tremorem ſanat. Nauſeam, Vomitum, & Singultum ſedat. Anhelitûs fœtorem abigit, eiúſque ſuauitatem inducit. Doſis ab ℥ ß. ad ℥ j. per ſe, vel cum vehiculis ſpecificis.

---

## SYRVPVS DIACITRI ROSATVS.

℞. S*Vc. Citri & Limonum per pannum aut filtrum, ſine vllâ vi, aut expreßione deſtillat. & cum pulu. Roſar. rub. priùs, rubini inſtar. tinct.* ana ℔ j. *Rob. de Berberis, De Ribes,* ana ℥ viij. *Syr. de Agreſtâ, Oxyſacchari, Rubi Idæi opt. Fragorum,* ana ℥ iiij. *Aq. Cinnamomi bugloſſat. in quâ Spec. Diarrhod. Abbat. infuſæ fuerint,* ℥ ij. *Nitri præparat.* ʒ i ß. Mixta decoq. vt eſt artis, & f. iuſtæ conſiſtentiæ ſyrupus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

POtentiſſimè refrigerat, penetrat, ſiccat, & à putredine vindicat. Febribus malignis, bilioſis, morbíſque contagioſis plurimùm confert. Ebrietati, Venenis, & Peſtilentiæ ſaluberrimè reſiſtit. Intemperiem calidam Capitis, Cordis, Ventriculi, Hepatis, Lienis, Viſcerum, omnémque ſitim extinguit. Renum æſtus emendat. Vrinas & ſudores mouet. Vomitus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0298-5
DFG

biliosum reprimit. Choleræ medetur, Cardiacis, Dysentericis, & Cœliacis, purgato priùs corpore, ſuccurrit. Doſis ab ℥ ß. ad ℥ j. & duas per ſe, vel in vehiculis ſpecificis affectum propriè reſpicientibus.

## SYRUPUS ANTISCORBUTICUS.

℞. *Suc. Chamærubi Norvuegic.* ℔ iij. *Naſturt. aquat. Becabungæ, Acetoſæ, Cochleariæ*, ana ℔ ß. Mixtis adde: Sacchari albiſſ. ℔ i ß. & f. iuſtæ conſiſtentiæ ſyrupus.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

ADverſus Scorbutum nobiliſſimum & probatiſſimum eſt remedium. Doſis ab ℥ j. ad ℥ ij. & ℥ iij. per ſe, vel cum aq. Antiſcorbutic. noſt. ſ. q.

## SYRUPUS DE PYRETHRO.

℞. *Agarici alb. & leviſſ.* ℥ i ß. *Rad. Pyrethri*, ℥ j. *Pæoniæ maris, Acori, Pimpinellæ*, ana ℥ ß. *Sem. Fœniculi, Pæoniæ, Bac. Iuniperi*, ana ʒ iij. *Herb. Matricariæ, Agrimoniæ, Hyſſopi, Primul. veris, Majoranæ, Mentaſtri, Nepetæ*, ana ʒ ij. *Flor. Lilior. conuall. Verbaſci, Buglossæ, Ambor*, ana ʒ i ß. *Cinnamomi acut. Nuc. Moſchat. Cubebarum*, ana ʒ j. Inciſa & contuſa infundantur in aq. Salviæ & Roriſmarini, ana ℔ iij. Stent in infuſione per noctem; poſtea coquantur ad tertiæ partis conſumptionem: ℞. *Colaturæ claræ*, ℔ iiij. *Sacchari albiſſ.* ℔ ij. Miſc. & coq. ad iuſtam conſiſtentiam ſyrupi.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0299-2
DFG

*Vires, Vſus, Doſis.*

VAlde ſalubris eſt in paſſionibus neruorum, Paralyſi, Spaſmo, Epilepſiâ, Iſchiade, &c. Potenter enim materiam peccantem reſoluit & dolorem mitigat. Doſis ab ℥ ß. ad ℥ j. per ſe, vel in vehiculis conuenientibus.

## SYRVPVS NEPHRITICVS.

℞. AQ. *Antinephritic. noſt. Lithontriptic.* ana ℥ x. *Sal. Lap. Percar. Piſc. Oc. Cancri*, ana ℥ ß. Mixtis & ſolutis adde: *Flor. Maluæ arb. rub. rec. exſiccat.* q. ſ. Digerantur per aliquot dies, vſque dum perfectè tingantur; poſteà cum ſacchari albiſſ. ℔ ij. coq. ad Syrupi craſſamentum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CAlculoſo ab ℥ j. ad ℥ i ß. per ſe, vel cum appropriato vehiculo manè propinabis; Nam calculos quamuis magnos exedit, corrodítque; quotidiana etiam experientiâ in vrinâ arenulas & exeſa lapidis fragmenta videbis.

## SYRVPVS STYPTICVS.

℞. PRunor. ſylueſt. maturor. & exſiccat. ℔ i. *Rad. Acori aquat. Tormentillæ, Serpentariæ, Zedoariæ*, ana ℥ j. *Cort. Granatorum, Cydoniorum exſic.* ana ℥ ß. *Gallarum Turc. Roſarum rub. Balauſtior*, ana ʒ ij. *Sem. Lapathi acuti, Sanguinariæ, Plantaginis*, ana ʒ i ß. Coq. l. a. in vi

alb. ſ. q. ad perfectam tincturam. ℞. *Colaturæ claræ*, ℔ iiij. *Sacchari albiſſ.* ℔ ij. Denuò coq. dum ſyrupi craſſamentum adſciſcat, & aromatizetur cum *Cinnamomi acut. Caryophyllorum, Macis, Nuc. Moſchat. Croci Orient. Zingib. albi, Galang. min.* ana ʒ j. *Flor. Papau. errat. Tunicæ*, ana ʒ ß. Ligentur in panno raro, & bulliant in ſyrupo ſecundùm artem.

*Vires, Vſus, Doſis.*

DYſenteriam Hepaticam ex humorum acrimoniâ ſubortam ſedat. Cibi appetentiam excitat Diabetem reprimit. Præcipuè autem longis & trahentibus alui profluuiis, ab humore aquoſo, pituitoſo tam frigido quàm calido conuenit. Vomitum, Hæmorrhagiam omnem & abundantia menſtrua cohibet. Doſis ab ℥ j. ad ℥ ij. præmiſſis tamen vniuerſalibus.

## SYRVPVS DYSENTERICVS LAXATIVVS.

℞. RAd. *Polypodij querc.* ℥ ij. *Glycyrrhiz. raſæ, Pimpinellæ Ital.* ana ℥ j. *Tormentillæ, Cichorei*, ana ʒ vj. *Herb. Scolopendrij, Agrimoniæ Veronicæ, Polygoni*, ana ℥ ß. Fiat decoctio in Aq. Rad. Conſolid. Plantaginis, & fol. Querc. ana ſ. q. ad tertias, & colentur. ℞. *Colaturæ*, ℔ iij. *Rhabarb. opt.* ℥ i ß. *Mechoacannæ, Myrob. citrin. Fol. Senæ*, ana ℥ j. *Agarici trochiſc.* ℥ ß. *Flor. Roſar. rub. Lilior. alb. Sambuci, Chamomillæ, Verbaſci*, ana ʒ ij. *Sem. Cydoniorum, Aniſi, Anethi*, ana ʒ i ß. *Caſſiæ ligneæ, Caryophyllor. Nuc. Moſchat.* ana ʒ j. Stent

infuſa in loco calido per noctem, manè leuiter ebul-liant, & expreſſa colentur; Colaturæ adde: Sacchari albiſſ. ℔ ij. & fiat iuſtæ conſiſtentiæ ſyrupus, vt eſt artis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Dyſentericis citra moleſtiam & leniter aluum ſubducit. Humores acres & bilioſos à quibus exul-ceratio in inteſtinis dependet, expurgat. Dolores in-ſuper lenit, & perfecto opere adſtrictionem poſt ſe relinquit, aluúmque quam ſoluit, iterum ſiſtit. Doſis in iunioribus ab ℥ j. ad ℥ i ß. In adultis verò ab ℥ ij. ad ℥ iij.

---

## SYRVPVS PANTAGOGVS.

℞. R*Ad. Polypodij quercin. Hermodact. alb.* ana ℥ iiij. *Turbith. alb. & gum. Mechoacannæ*, ana ℥ ij. *Rha-barb. opt.* ℥ i ß. *Hellebori nigri præp. Ialappæ reſinoſ.* ana ℥ j. *Agarici trochiſcati, Myrob. omnium*, ana ℥ ß. Inciſa & contuſa infundantur in vini albi ſ. q. Macerentur per aliquot dies; poſtea ſecundùm artem coquantur, & in Colaturæ ℔ iiij. iterum infunde ſequentia: *Fol. Se-næ elect.* ℥ iij. *Paſſularum min.* ℥ ij. *Crem. Tartari*, ℥ j. *Herb. Capill. Veneris, Veronicæ, Fumariæ*, ana ℥ ß. *Sem. Fœniculi, Aniſi*, ana ʒ ij. *Flor. Perſicorum, Violarum, Roſarum, Aca-ciæ, Epithymi*, ana ʒ j. Stent in infuſione per noctem, poſtea denuò coquantur, exprimantur, colentur, & tandem cum ſacchari albiſſ. ℔ ij. fiat iuſtæ conſiſten-tiæ ſyrupus, & ſequentia: *Cardamomi min. Caryophyllo-rum, Galang. min. Macis, Zingib. alb. Cinnamomi acut. Spic. Indic.* ana ʒ ß. Pulueriſata & panno lineo ligata, in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0302-0
DFG

cquendum infricentur, vt bulliant vnà cum ſyrupo, & ei facultatem tradant.

*Vires, Vſus, Doſis.*

BLandè, promptè, innoxiè & æqualiter, omnes morbificos & peccantes humores in omnibus morbis euacuatione egentibus purgat, & leniter per ſeceſſum educit, & venarum viſcerúmque obſtructiones liberat. Offertur omnis ætatis hominibus; Senibus, pueris, debilibus, delicatis: Immò etiam neceſſitate ita exigente prægnantibus per ſe, vel in aquis, quæ locum affectum propriè reſpiciunt. In robuſtioribus autem cum aliis catharticis fortioribus pro diuerſitate morbi ſemper acuitur. Doſis ab ℥ j. ad ℥ ij. & iij.

## SYRVPVS HYDRAGOGVS.

℞. R*Ad. Ireos noſtrat. mundentur à cortice exteriori, piſtentur & exprimantur, ſuccúſque expreſſus ponatur in vitro, donec per ſe reſidentiam faciat: & recipe huius ſucci clari*, ℥ xvi. *Aq. Cinnamomi*, ℥ iiii. *Mag. Gum. de Peru*, ℥ i. Macerentur vitro bene clauſo horis viginti quatuor; poſtea tranſcola, miſcendo ſacchari albiſſ. ℥ xvi. *Spec. Diarrhod. Abbat. Rhabarb. opt.* ana ℥ ß. *Sant..* [illegible] *Rad. Anchuſæ*, ana ʒ ii. Mixta in nodulo ligen-[illegible], & decoquantur in diplomate ad perfectionem: ſyrupus ſummâ diligentiâ ita paratus cum *Caryophyllorum, Cinnamomi acut. Macis* ana ʒ i. *Galliæ Moſchat.* ß. Aromatizetur, vt eſt artis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Cachexiâ, omníque Hydropis ſpecie, glorioſu[m] eſt catharticum & diuinum adiumentum, ſi ab ℥ ß. ad ℥ ij. plus minúſve, provt fuerit conſtipatus, bi[s] vel ter in ſeptimanâ ſumatur: Hydrops enim, qu[i] aliàs humanâ manu curari non poteſt, curatur ho[c] ſyrupo.

# SECTIO XVII.

## DE ELIXIRIBVS.

### ELIXIR VITRIOLI.

℞. GAlangæ min. ℥ i ß. Calami aromat. ℥ j. Ment[hæ] criſpæ, Saluiæ acut. ana ℥ ß. Cinnamomi ele[cti] Caryophyllor. Zingib. alb. ana ʒ iij. Nu[cis] Moſchatæ, Cubebarum, ana ʒ ij. Lig. Al[oës] pond. Cort. Citri, ana ʒ j. Miſc. & fiat puluis, cui add[e] Sacchari candi alb. ℥ iij. poſteà humectetur opt. ſp[ir.] Vini, vt fiat mixtura mellis inſtar: mitte illam in v[i]trum atque ol. vitrioli Veneris ſeu Martis aut in h[...]

rum defectu Sp. Vitrioli aliquoties rectif. ad 4. digitorum eminentiam affunde, & tres aut quatuor ſeptimanas digere; tandem tincturam per inclinationem aufer & filtra. Super relictam autem in fundo materiam Sp. Vini ſuffunde, & vlteriùs ſ. a. Spagyricam, eſſentiam extrahe: Poſtea tincturæ extractiones mixtas, maioris efficaciæ ergò per 14. dies adhuc in B. M. circula, & ad vſum reſerua.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

NObilius & efficacius Stomachicum in totâ Repub. Medicâ nondum inuentum eſſe, experientiam ipſam atteſtor. Idcircò breuiter & quaſi in tranſcurſu dicam, quòd in Ventriculi affectione qualicunque ingens & incomparabile ſit ſecretum. Datur autem cum aq. noſtrâ Stomachali, vel Mentæ criſp. vel aliis appropriatis, &c. Supra modum Stomachum & inteſtina confortat, & ſimul omnia principalia membra refrigerata calefacit, & appetitum quàm bellè excitat. Inſuper ab Epilepſiâ & Apoplexiâ præſeruat. Cerebrum purgat. Caput totúmque corpus multis phlegmaticis catarrhis repletum exſiccat, illúdque à dolore mirè tuetur. In Epilepſiâ exhibetur cum aq. Pæoniæ, Lil. conual. &c. In Capitis doloribus ſæpè ab impuritatibus Ventriculi Cerebrum lancinantibus offertur in aq. Betonicæ, &c. In omnibus Febribus propinatur cum aq. Centaur. min. Card. benedict. &c. Doſis à ℈ ß. ad ℈ j.

## ELIXIR SVLPHVRIS.

♃. C*Roci Oriental. Myrrhæ rub.* ana ℥ i ß. *Maſtich*
*elect. Benzoini , Cardamom. min. Cinnamomi* , an
℥ j. *Suc. Glycyrrhiz. ext. Conf. Alkermes, Rad. Enulæ cam*
ana ʒ vj. *Aliptæ Moſchat.* ʒ iij. Miſc. & f. puluis , cu
adde : Sacchari candi alb. ℥ ij. & humectetur Sp. vi
rect. vt fiat quaſi paſta : Poſteà Sp. Sulphuris optim
rect. ad eminentiam 4. digitorum affunde, digerantu
& circulentur per menſem. Tandem quod tinctu
& extractum fuerit, per inclinationem ſepara; mate
riam in fundo reſtantem Sp. Vini extrahe , ſeparaa
priori liquori colorato immiſce, & ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN affectibus thoracis & pulmonis miranda pra
ſtat. Pectus ab impuritatibus & catarrhis mundiſſi
cat. Tuſſim tam inueteratam quàm recentem tolli
Phthiſicis , Melancholicis , ſupra rationem mœſti
Cardiacis, &c. in genere ſubuenit & lætitiam adfer
Valet quoque ad coarctationem anhelitûs antiquam
& Aſthma chronicum. Inſuper Cor confortat , &
putredine præſeruat. Vitam prolongat & canitie
retardat : Nec eſt, quòd hîc acredinem tuſſim prouo
cantem metuamus , illa etenim ad reſolutionem ne
ceſſaria, móxque alleuiatio ſequitur. Doſis ſeu modu
exhibitionis, eſt ſaporis in acidum mutatio , & per ſ
nullus eius ſit vſus ; ſed ſemper cum vehiculo appro
priato ſumatur. In aq. vel ſyrupis noſtris pectorali
bus commodiſſimè offertur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0306-3
DFG

## ELIXIR PÆONIÆ.

♃. R *Ad. Palmæ Chriſti, Angelicæ, Pyrethri*, ana ℥ i. *Viſci quercini, Iem. Fœniculi, Anacardi*, ana ʒ vj. *Flr. Roriſmarini, Stœchad. Arab. Lauendulæ*, ana ʒ iij. *Raſ. Cornu Alcis, Cranij hum. Caſtorei veri*, ana ʒ i ß. *Ma-iranæ ſiccæ* M. j. *Sp. Vini optimè rectif.* ℔ ij. Inciſa & con-tuſa infundantur in vaſe vitreo bene tecto in loco te-pido per 14. dies, poſteà per alembicum deſtill. & li-quori deſtillato adde: *Rad. Flor. & Sem. Pæoniæ debitè collect.* ana ℥ j. *Spec. Diamoſchi dulc. Diaxyloaloes*, ana ℥ ß. Miſc. & digerantur in leni calore per menſem ſæpius agitando: poſtea Vini Spiritum tinctum aufer per inclinationem, & ad medietatem ſaltem abſtrahe, re-liquum maneat cum eſſentiâ extractâ, cuius ♃. ℥ xij. *Sp. Vitrioli diligenter rectif. & à Cinnabari natiuà prius pyricè imprægnat.* ℥ iiij. *Sal. Pæoniæ*, ʒ i ß. Sicque ſimul mixtum per octiduum circulabis & digeres.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

SPecificum Epilepticum meritò vocari poteſt; propter vires eius nimirum admirandas & arca-nas. In Epilepſiâ enim curandâ, ſuâ facultate, omnia alia remedia ſuperat. Inſigniter etiam periculoſos capitis morbos timentibus prodeſt; qualis eſt: Apo-plexia, Paralyſis, Vertigo, Scotomia, &c. Inſuper in Cerebri ſtupore, exſiccatione catarrhi, ſuffocatione Matricis, Colicâ, &c. admodum excellit. Doſis & modus exhibitionis, eſt ſaporis in acidum mutatio; datur in vehiculis appropriatis, puta aq. Epileptic.

noſt. vel in aq. flor. Pæoniæ, Lauendulæ, Tiliæ, Lilior; conuall. &c. nouem dies continuando; poſt exhibitum medicamentum autem æger per tres ad minimum horas maneat ieiunus.

## ELIXIR FEBRILE.

℞. Spec. *Febrifug. noſt.* vnc. iij. *Piperis longi, Caryophyllor. Nuc. Moſchat.* ana vnc. j. *Herb. Centaur. min. Card. benedict. Abſinthij*, ana M. vj. *Quinquefolij, Rutæ*, ana M. iij. Pulueriſata & mixta extrahantur opt. Sp. Vini. Tinctum Spiritum aufer, & recentem affunde tamdiu, donec omnis tinctura & eſſentia extracta ſit. Vltimò S. V. in B. M. ad medietatem ſeu oleitatem abſtrahe, & remanentem ſpiritum vnâ cum eſſentia per chartam emporeticam filtra, & in vaſe vitreo bene clauſo ad vſum reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

PRæſeruat, curat, & abigit poſt euacuatum corpus, omnes Febres. Doſis inſtante paroxyſmo vel paulo ante, vt ſimul cum paroxyſmo operetur, à ʒ j. ad ʒ ij. & vnc. ß. in aq. Centaur. min. vel Abſinthij, aut Card. bened. vel in hauſtu cereuiſiæ calidæ: Robuſtiori autem datur ab vnc. ß. ad ʒ vj. Præterea Cacochymici, & Hydropici magno iuuamine potui quotidiano immiſcere poſſunt: ſuâ enim amaritudine, putredinem omnem arcet; partium verò tenuitate obſtructiones pellit. *Gibt gut bitter wein vnd bier*, hoc eſt Vinum ac cereuiſiam gratâ amaritie perfundit.

# SECTIO XVIII.

## DE SPIRITIBVS VINI COMPOSITIS.

### SPIRITVS VINI CEPHALICVS.

℞. Sem. *Fœniculi*, ℥ iij. *Rad. Pæoniæ debitè collect. Viſci quercini, Anacardi*, ana ℥ j. *Bac. Iuniperi*, ʒ vj. *Herb. Maioranæ, Meliſſæ, Origani, Hyſſopi, Saluiæ*, anà M. j. *Flor. Stæchad. Arab. Lilior. conuall. Roriſmarini, Primulæ veris, Lauendulæ*, ana P. ij Craſſiuſculè inciſa & coutuſa infundantur in Sp. Vini ſimpl. ℔ viij. & poſt debitam digeſtionem, B. M. deſtillentur, & in liquore deſtillato denuò infunde: *Sem. Coriand. præp. Sileris mont. Pæoniæ, Carui*, ana vnc. ß. *Spec. Diamoſch. dulc. Diambræ*, ana ʒ iij. *Cardamomi min. Nuc. Moſchat. Galang. min. Caryophyllor.* ana ʒ ij. *Calami aromat. Cubebarum, Macis*, ana ʒ j. *Succini alb. præp. Lig. Aloës, Flor. Tunicæ, Roſar. rub.* ana ʒ ß. Stent in infuſione per 8. dies; poſtea B. M. deſtill. & Spiritus ad vſum reſeruetur, qui ad placitum ſacchar, cand. albo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0309-3 DFG

edulcorari, & vel Eſſ. flor. Pæoniæ, vel Tunicæ, ve
Violarum, vel Roſarum rub. vel gran. Kermes, au
aliis quàm plurimis, &c. variè tingi poteſt.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MAgni eſt vſûs ad omnes frigidos capitis affe-
ctûs, intrà & extrà adhibitus, Item, ad triſte
& timidos, & eos, qui de nocte loquuntur: Non ſo-
lùm enim caput calefacit, ſiccat, confortat atque ca-
tarrhos frigidos abſumit; verùm etiam reliqua mem-
bra roborat. Contra Vertiginem, Epilepſiam, Apo-
plexiam, Paralyſin, conuulſionem & tremorem ſin-
gulariter, tanquam inſignem Medicinam commenda-
re volui. Doſis à Coch. j. ad Cochl. ij. &c.

## SPIRITVS VINI AROMATICVS.

℞. COnſ. *Alkermes*, ℥ j. *Rad. Ireos Flor. Roſarum* ru
ana ℥ ß. *Caßiæ ligneæ, Cort. Citri, Ligni Alo*
*Caryophyllor.* ana ʒ ij. *Cardamom. min. Nuc. Moſchat. Cu*
*bebarum, Macis, Zedoariæ*, ana ʒ j. Pulueriſata & mixt
infundantur in Sp. Vini ſimpl. ℔ vj. per octiduum
aliquoties in die mouendo; poſtea per alembicum
deſtill. & Spiritus deſtillatus Sacchar. cand. alb. ſ. q
edulcoretur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN naturis frigidioribus & adultis COR confo
tat; necnon Pectus, Stomachum, Epar & Sple
nem roborat. Renibus etiam frigidis in expellend
ſeroſitat

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0310-4
DFG

ſeroſitate, vires addit. Doſis manè & ſerò ante ſomnum, à Cochl. j. ad Cochl. ij. &c.

## SPIRITVS VINI ODONTALGICVS.

℞. *Raſ. Lig. Guaiaci*, ℥ iiij. *Rad. Pyrethri*, ℥ ij. *Sem. Staphid. agriæ, Hyoſcyami, Cort. Granator. Gallar. Turc.* ana ℥ j. *Caryophyllorum, Zingiberis albi, Piperis longi, Olibani*, ana ℥ ß. *Flor. Papau. errat. Opij Thebaici, Camphoræ*, ana ʒ ij. *Herb. Tabac. Indic. Saluiæ acut. Perſicariæ, Mentaſtri*, ana ʒ j. Contuſa & mixta infundantur in Sp. Vini ſimpl. ℔ vj. ſtent per 14. dies in digeſtione poſtea B. M. diſtillentur.

### *Vires, & Vſus.*

TEneatur in ore; deinde iterum expuatur, & reiteretur, ſi opus; præſentiſſimum eſt remedium: Omnes enim dentium dolores efficaciſſimè ſopit. Interdum etiam propter maiorem delectationem cum flor. papau. errat. priùs tingere, & poſtea coloratum Spiritum ad vſum reponere ſolemus.

## SPIRITVS VINI OTALGICVS.

℞. OVorum Formicar. No. 100. *Amygdal. amar.* ℥ ij. *Rad. Helleb. nigri, Raphani min. Cyclaminis, Cyperi rot.* ana ℥ j. *Cort. Mali punici*, ʒ vj. *Baccarum excort. Iuniperi*, ana ℥ ß. *Sem. Fœniculi, Cymini, Aniſi, Carui*, ana ʒ iij. *Pulp. Colocynthid. Caſtorei*

*veri*, ana ℥ i ß. *Maio. anæ*, *Abſinthij*, *Sabinæ*, *Rutæ*, ana ℥ j. Contuſa & mixta infund. in Sp. Vini opt. recti ficat. ℔ iiij. & poſt debitam digeſtionem, è B. M. ingenioſè tamen, ne vitrum rumpatur, deſtillentur. Deinde Spiritui abſtracto adde Millepedum viuorum q. ſ. & digerantur adhuc tamdiu, donec aliquo modo ſpiritus tingatur; poſtea eum filtra & ad vſum reſerua.

*Vires, & Vſus.*

DE hoc ſpiritu aliquot guttæ manè & veſperi, inſtillentur in aures, claudendo cottone moſchato: Sic ſurditatem & grauitatem Auditûs tollit; nec non contra tinnitum, ſonitum, ſtrepitum & ſibilum, item obauditionem & fluctuationem, præſtantiſſimum eſt medicamentum. Sed in his affectibus multum etiam præſtat panis recens coctus minor, ſtatim ex clibano ſumptus, & cruſtâ inferiore ablatâ, immiſſóque Spiritu hoc, ſi ad aurem applicetur, (interiecto circulo lineo craſſiore ad euitandum partis exuſtionem) vt vapor ille intrò recipi poſſit. Continuetur autem curatio hæc, donec malum cedat.

---

SPIRITVS VINI ACOVSTICVS.

℞. OVorum Formicarum Millepedum viuorum, ana xxxj. *Amigd. amar.* ℥ ß. *Bac. Lauri excort.* Iuniperi, *Sabinæ*, ana ℥ ij. *Sem. Cymini*, *Rad. Cyperi rot.* ana ℥ *Lumbricor. ter. exſic.* Nicotianæ, *Abſinthij*, ana ℥ ß. Sinapi ni alb. præp. *Caſtorei veri*, ana ℈ j. *Croci Orient.* ℈

Craſſiuſculè contuſa infundantur in Sp. Vini aniſati ℥ xvj. digerantur per octiduum, ſæpè in die mouendo; poſteà filtrentur, & Spiritus tinctus vſui ſeruetur.

*Vires, & Vſus.*

HIc Spiritus in graui auditu & ſurditate; necnon in tinnitu aurium etiam inueterato, ſecretus eſt. Vſus eius, vt guttæ aliquot auri inſtillentur manè ſtomacho ieiuno, & veſperi ante cœnam, & deinde bombace moſchato auris obturetur.

---

## SPIRITVS VINI PECTORALIS.

℞. P*Aſſular. min. Sem. Aniſi*, ana ℥ iiij. *Lob. Sani & exp. De Pino*, ana ℥ ij. *Suc. Glycyrrhiz. ext.* ℥ i ß. *Conſ. Flor. Hyſſopi, Violarum, Symphyti*, ana ℥ j. *Cinnamomi ec.* ʒ vj. *Spec. Diatragacanth. frig. Diaireos ſimpl. Diarhod. Abb.* ana ℥ ß. *Cardamomi min. Croci Orient. Macis*, ana ʒ i ß. *Herb. Capil. Veneris, Marrubij*, ana ʒ i. *Flor. Maluæ arbor. rub. Farfaræ, Saluiæ*, ana ʒ ß. Contuſa & mixta infundantur in Sp. Vini ſimp. ℔ viij. Digerantur diebus octo; poſtea B. M. deſtillentur, & Spiritus abſtractus Sacch. cand. alb. edulcoretur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD Catarrhos frigidos, Pectoriſque ægritudines, Tuſſim, Aſthma antiquum & Anhelitum malum, expertiſſimus. Doſis à Cochl. j. ad Cochl. ij. Pectus enim ab humoribus craſſis & viſcidis purgat, mundificat, omnéſque in eo oppilationes aperit.

## SPIRITVS VINI IVNIPERINVS CROCATVS.

℞. *SP. Vini Iuniperini*, ℔ ij. *Sacchari candi contuſ.* ℔
Miſce in vaſe commodo; Spiritus accend
filis ſulphureis, ſimul incorporentur, flammánſque
quor ſubindè agitetur cultro vel ſpatulâ; donec ſ
charum ſit ſolutum, coletur & appende in nod
Croci Orient. ℈ ij. & ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Aſthmate, difficili reſpiratione: Pectoris vi
Tuſſi, imbecillitate & inflatione Ventriculi,
minibus ventris, &c. bonum eſt medicamentum,
ſuper vrinam mouet & calculo medetur; necnon
ptis, conuulſis, & vuluæ ſtrangulatui ſubuenit. D
à Coch. j. ad Coch. ij. pro vnâ vice.

## SPIRITVS VINI STOMACHICV

℞. *CInnamomi elect.* ℥ iiij. *Galangæ min. Sem. A*
ana ℥ ij. *Caryophyllorum, Nuc. Moſchat.* ana
*Mentæ criſpæ, Roriſmarini*, ana ℥ ß. *Calami aromat. Zi*
*alb. Roſar. rub.* ana ʒ ij. Craſſiuſculè contuſa & mi
infundantur in Sp. Vini ſimpl. ℔ viij. & poſt debi
digeſtionem, B. M. deſtillentur; poſteà Spiritus
catus, vel ſacch. cand. alb. vel myuâ Cydonio
edulcoretur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VAlet propriè ad malitiam appetitûs, & corruptionem digeſtionis. Ad frigus & dolorem Stomachi. Ad Singultum, Nauſeam, Vomitum, Appetitum caninum. Ad Eructationem acetoſam, anguſtiam Anhelitus, frigidámque complexionem cum humiditatibus ſuperfluis. Senibus etiam imprimis conuenit: Calorem enim naturalem mirè confortat & à putredine conſeruat. Inſuper viſum & mentem in iis acuit. Obliuionem delet, & canitiem retardat. Doſis Cochl. j. atque alterum.

---

## SPIRITVS VINI NEPHRITICVS.

℞ *Rad. Ononidis, Althéæ*, ana ℥ iij. *Cucumeris*, ℥ ij. *Glycyrrhiz. raſæ, Aſari*, ana ℥ i ß. *Sem. Milij Solis*, ℥ iij. *Saxifrag. alb. Vrticæ Rom. Petroſelini, Raphani, Aniſi, Rhabarbar. elect. Ariſtoloch rot. Galangæ min. Cinnamomi acut. Macis, Zingib. albi. Herb. Equiſeti*, ana ℥ j. *Lap. percar. piſc. Iudaici, Spongiæ, Lyncis, Teſt. Limac. min. præp.* ana ʒ vj. *Caſſiæ fiſtulæ, Gran. Alkekengi, Bac. Iuniperi, Theriacæ Venet. Sang. Hircin. Oc. Cancri, Tali leporini*, ana ℥ ß. Pulueriſata & mixta infundantur in Sp. Vini Spl. Menſ. vj. vel ſ. q. Stent in digeſtione per 14. dies postea B. M. deſtillentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

FRangit lapidem, & ad minuta ſecernit, quouſq Renes & Veſicam ab omnibus ſuperfluitatib mundificet, & clarum mingat: & quod plus eſt, it curat & ſabuloſas hypoſtaſes per vrinam expellit, v non amplius regeneretur. Inſuper in Colica & ſuffo catione Matricis non eſt remedium ei ſimile. Humo res enim diuerſos laxat & ventoſitates diſſoluit. Do ſis à Cochl. j. ad ij. vel Cochl. iij.

---

## SPIRITVS VINI LITHONTRIPTICVS.

℞. R*Ad. Enulæ Camp. Pimpinellæ, Petroſelini*, ana ℥ j *Lap. Percar. piſc. Oc. Cancri fluu. Sang. Hircini*, an ʒ vj. *Sem. Dauci aquat. Saxifragiæ alb. Fœniculi, Ani Milij Solis. Vrtic. Rom. Geniſtæ, Bac. Iuniperi, Gran. Alk keng.* ana ℥ ß. *Spec. Lithontrib. Diathamar. Trion. Piper* ana ʒ ii. Contuſa & mixta infundantur in Sp. Vin ſimpl. ℔ iiii. Stent in digeſtione per 14. dies; poſte B. M. diſtillentur pro vſu.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CAlculos Renum & Veſicæ non ſolùm confring & comminuit; ſed & lapides per vrinam expe lit. Doſis tum præſeruationis, tum curationis ratio à Cochl. i. ad Cochl. ii. per ſe, vel cum aliis mixtis.

## SPIRITVS VINI PARALYTICVS.

℞. *Lumbricor. terreſt. exſic. Bac. Iuniperi; Sem. Erucæ,* ana ℥ ij. *Rad. Angelicæ, Pyrethri, Arônis,* ana ℥ j. *Flor. Lauendulæ, Roriſmarini, Saluiæ acut. Piperis long. Allij recent.* ana ℥ ß. *Maſtichis elect. Myrrhæ rub. Succini citrin. Euphorbij, Caſtorei veri,* ana ʒ iij. Contuſa & mixta infundantur in Sp. Vini optimè rectif. ℔ iiij. Digerantur per menſem; & poſtea filtrentur, & Spiritus cum Eſſentiâ Extractâ ad vſum reſeruetur.

### *Vires, & Vſus.*

CVm hoc Spiritu tincto inungantur membra paralytica & ærida ( præmiſſis tamen vniuerſalibus ) in eóque panni lintei madefiant, & ſupponantur membris affectis, & breui miram videbis operationem & felicem reſtitutionem.

## SPIRITVS VINI THERIACALIS.

℞. *Theriac. Vener.* ℥ iij. *Rad. Angelicæ, Enulæ, Camp. Hirundinar. Diptam. alb. Morſ. Diabol. Serpentariæ, Pimpinellæ, Tormentillæ, Valerianæ, Zedoariæ, Sem. Citri,* ana vnc. j. Miſc. & f. omnium puluis groſſus; cui affunde Sp. Vini ſimpl. ℔ viij. Digerantur per 14. dies; poſtea B. M. deſtilla & ad vſum reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD præſeruandum à Peſte hic Spiritus eximius eſt: Appellatur etiam Catholicus, quòd ex duodecim conſtet ingredientibus. Poteſt ex eo capi Cochl. j. vel ij. in aurora per tres aut quatuor horas ante prandium; vél antequam quis à domo exeat; Et reiteretur eius acceptio omni manè. Aërem corruptum in homine alterat, & Spiritum viuificat. In curatione datur à Cochl. ij. ad iij. cum aq. Card. bened. vel de Cornu Cerui noſt. &c. & per ſudorem venenum copioſiſſimè expellit.

# SECTIO XIX.
## DE AQVIS DESTILLATIS COMPOSITIS.

---

### AQVA EPILEPTICA.

℞. *Rad. Pæoniæ debitè collect.* ℥ ij. *Ariſtoloch. ro. Diptamni alb. Angelicæ*, ana ℥ i ß. *Viſci quercini, Stercor. Pauonis, Squillæ præp. Anacard.*

ana ℥ j. *Sem. Pæoniæ maris, Coriand. præp. Carui, Fœniculi*, ana ʒ vj. *Secundin. exſic. in quâ maſculus fuit, Caſtorei veri*, ana ℥ ß. *Herb. Card. benedict. Millefolij, Rutæ ſylueſt. Saluiæ acut. Roriſmarin.* ana ʒ ij. Inciſa & contuſa infundantur in Vini Maluatici ℔ xij. & digerantur in loco calido per octiduum, vaſe quotidiè multoties commoto; Poſtea per alembicum deſtilla, & liquori deſtillato à nouo impone: *Flor. Pæoniæ maris, Lilior. conuall.* ana ℥ iiij. *Betonicæ. Tiliæ, Lauendul. Meliſſ. Borraginis, Bugloſſ.* ana ℥ i ß. *Nuc. Moſchat. Cubebarum, Macis, Cinnamomi acut. Piperis longi, Caryophyllor.* ana ℥ j. Miſc. & igne lentiſſimo in B. M. ſecundâ vice deſtilla.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VAlet à totâ ſubſtantiâ contra Epilepſiam, Vertiginem, Lethargiam, Congelationem, & Subethicos affectus: à quibus omnibus præcauet, & quos propriè curat. Exhibetur in ipſo paroxyſmo Epileptico ab vnc. j. ad vnc. i ß. In præſeruatione autem ſingulis Lunæ quadris, in omni humidâ etiam & nebuloſâ aëris conſtitutione à Cochl. j. ad Cochl. ij.

---

## AQVA APOPLECTICA.

℞. SEm. *Erucæ.* ℔ j. *Sileris mont. Carui, Aniſi*, ana vnc. j. *Rad. Caryophyllat.* vnc. iiij. *Pæoniæ mar. Pyrethri, Acori aquat.* ana vnc. ij. *Bac. Iuniperi*, vnc. iij. *Lauri excort.* vnc. i ß. *Herb. Iuæ arthetic. Hyſſopi, Maioranæ, Origani, Verbenæ*, ana vnc. ß. Confractis & contuſis craſſo modo affunde in matratio capaci, Vini Maluatici ℔ x. Spirit. Roſarum opt. ℔ ij. Stent in infu-

ſione per 14. dies; poſteà in B. M. diſtill. ad ſiccitatem, & in liquore deſtillato iterum infunde: *Flor. Liliorum conuall. rec. Primulæ veris rec. Lauendulæ*, ana ℥ iiij. *Saluiæ acut. Calendulæ, Betonicæ, Anthos*, ana ℥ i ß. *Cardamom. vtriuſque, Cubebarum. Lig. Aloës, Nuc. Moſchat. Macis, Cinnamomi acut. Galang. min. Piperis long. Caryophyllor.* ana ℥ j. Miſc. & denuò digeratur per triduum; deinde mediante B. Mariæ in organis Vitreis igne lentiſſimo deſtilletur: poſtea per ſe rectificetur, inferendo roſtro alembici Galliæ Moſchat. veræ ℈ j. bombace inuoluta. Tandem aqua in vitro benè clauſo vſui ſeruetur.

*Vires, & Vſus.*

AQua Sophorum rectiùs appellatur: quoniam eſt miræ virtutis in confortando cerebro & neruis. Memoriam & intellectum admodum iuuat. Ab Apoplexiâ & Paralyſi præſeruat, nec non ab aliis periculoſis Capitis affectibus. Humores inſigniter diſcutit ac attenuat. Sanguinem puriorem reddit, & colorem viuidum corpori tribuit. In Apoplexiâ præſertim apprimè confert, ſiue intrinſecùs ſumatur, ſiue membra affecta illâ inungantur. Doſis à Cochl. j. ad Cochl. ij. &c.

## AQVA DE XYLOALOE.

℞. S*Pec. Conf. Anacard.* ℥ j. *Sem. Sileris mont. Carui, Fœniculi, Lauendulæ* ana ʒ vj. *Herb. Maioranæ, Roriſmarin. Saluiæ min.* ana ℥ ß. *Flor. Primulæ veris, Stæchad. Arab. Roſ. rub. Anthos*, ana ʒ ij. *Galangæ min. Cinnamomi*

*acut. Caryophyllorum, Macis, Nuc. Moſchat. Cubebarum, Cardamomi min.* ana ʒ j. Craſſiuſculè inciſa & contuſa infundantur in vini Maluatici ℔ iiii. ſtent ita ſimul in Sole, vel loco digeſtionis per menſem; poſtea adde: *Aq. Liliorum couuall. Flor. Hyperici*, ana ℔ ij. *Bugloſſæ, Meliſſæ, Betonicæ*, ana ℔ j. Miſc. & per B.M. deſtillentur; & in liquore deſtillato toto iterum infunde: *Lig. Aloës ponderoſ.* ℥ iiij. *Caſſiæ ligneæ*, ℥ j. *Spec. Diaxylaloës, Diambræ*, ana ℥ ß. *Croci Orient.* ʒ j. Miſce & poſt debitam digeſtionem denuò per B. M. deſtilla, & aquam deſtillatam vſui reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN confortandâ imbecillâ memoria hæc aqua illuſtris & famigerabilis eſt: aperit enim omnes meatuum cerebri obſtructiones, omnéſque craſſos, lentos, & viſcoſos capitis humores abſumit. Doſis à Cochl. j. ad ij. ſumatur autem manè, ſimúlque nucha eadem illinatur & fricetur, necnon debita diæta obſeruetur: Sic intellectum egregiè iuuat, obliuionem delet, & ingenium ſingulariter acuit.

## AQVA MASTICHINA.

℞. AQ. *Mentæ criſpæ*, ℔ j. *Caryophyllor. cum vino Maluat. deſtillat.* ℥ iiij. *Gran. Maſtichis elect.* ℥ j. Coquantur in duplici vaſe per duas horas; poſtea filtrentur, cum ſyr. Cydonior, edulcorentur, & ad vſum ſeruentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Nauſeâ, Vomitu, & Cholerâ morbo, quæ cognata ſunt mala, hæc aqua efficaciſſima eſt; Stomachum enim confortat, & facultatem retentricem maximè roborat. Doſis ab ℥ j. ad ℥ ij.

---

## AQVA HYPNOTICA.

℞. *Sem. Papau. alb. & nigri*, ana ℥ viij. *Melon. excort. Anethi, Aniſi*, ana ℥ j. *Amygdal. amar.* ℥ ij. *Rad. Glycyrrhiz. Nuc. Moſchat.* ana ℥ i ß. *Cardamomi min. Macis, Croci Orient.* ana ℥ ß. *Flor. Papau. errat. Violarum rec.* ana ʒ j. Incidantur, contundantur & infundantur in *Aq. Lactucæ*, ℔ iij. *Roſar. rub. Nymphéæ*, ana ℔ ij. *Portulacæ, Endiuiæ*, ana ℔ j. Miſc. & digerantur in loco calido per biduum aut triduum; poſtea B. M. deſtillentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN omnibus diuturnis vigiliis, doloribus acutis, in Febriúmque ardentium calore & ſiccitate, huius aquæ longè tutior eſt vſus, quàm aliarum ſomnificarum, quas in ſubſtantiâ, Hyoſcyamus, Mandragora, Opium, &c. ob illorum virulentiam & nimis ſoporiferam qualitatem, ingrediuntur. Doſis ab ℥ ß. ad ℥ ij. plus minúſve per ſe, vel additis amygdal. vel Sem. 4. frig. maior. fiat Emulſio exhibenda.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0322-1 DFG

155

## AQVA NARCOTICA.

℞. SVc. Flor. Papau. errat. depurati, ℥ xvj. Opÿ in aq. Solani diſſ. ℥ ij. Cort. rad. Mandragoræ, Croci Oriental. ana ʒß. Styracis calamit. ʒ ij. Lig. Aloës, ʒ j. Miſc. & B. M. deſtillentur ad tertium cohobium.

*Vires, Vſus, Doſis.*

SOmnum mirabiliter prouocat, & in omnibus doloribus, inquietudinibus, vigiliis extremis anodynum eſt præſtantiſſimum & accommodatiſſimum. Melancholicis & ſupra modum mœſtis, Spiritûs animales recreat, triſtitiã aufert, & omnes nidores in cerebro tumultuantes diſcutit. Maniacorum & Phreneticorum bilis feruorem compeſcit, & furiam illam mitigat, quibus ſubito quietem conciliat. Doſis à ʒ j. ad ij.

## AQVA OPHTHALMICA AVREA.

℞. DEcoct. Lig. Braſilÿ cum pauco Aluminis in vino Maluat. Aq. Rad. Herb. & Flor. Valerianæ cum vino deſtillat. Sacchari cum ana Fragis matur. deſtillat. ana ℔ xii. Roſarum fragrantiſſ. ℥ viii. Fœniculi, Verbenæ, Flor. Cichorei, Euphraſiæ, Pulegÿ, Rutæ hort. ana vnc. vi. Mellis virginei, vnc. iiii. Tutiæ præp. vnc. iß. Vitrioli alb. Croci Metall. Myrrhæ rub. Aloës Roſat. ana vnc. ß. Sacchari candi alb. Camphor. ana ʒ iii. Zingib. alb. Caryoph. Piperis nigr. Bac. Lauri, Cinnamomi, ana ʒ i. Sal. Chelidoniæ, Va-

*lerianæ, Saturei*, ana ℈ j. Ex his omnibus inuicem be[ne] mixtis, f. l. a. Collyrium, quod in vitro clauſo p[er] menſem, aliquoties in die mouendo, in lento ignis a[ut] Solis calore digeratur; poſtea vſui reſeruetur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN omnibus oculorum affectibus, valdè mirabil[is] eſt: perfectiſſimè enim omnes oculorum prolapſ[us], inflammationes, lippitudines, nebulas, fiſtulas, macu[-] las, &c. curat, vehementiſſimóſque dolores ſiſtit, & ſi non eodem, altero die perſanat, guttula vna atq[ue] altera per oculorum cauitates, mane, meridie, & ve[ſ-] peri diligenter diffuſa.

## AQVA OPHTHALMICA VIRIDIS.

℞. MEllis Virginei, ℥ viij. *Fragor. matur.* ℥ iij. *Vi-trioli alb. Salis com.* ana ℥ ß. Miſc. & in va[ſe] aurichalcino ſtent in loco humido & frigido ſæpiu[s] agitando, donec perfectè vireſcant, ſeu viridi ſe[ſe] demonſtrent colore: poſtea adde: *Vini Maluatici*, ℔ j. *Aq. Roſarum opt. Flor. ſambuci*, ana ℔ ß. *Conſolid. regal. Euphraſiæ, Chelidoniæ, Valerianæ, Cyani*, ana ℥ iiij. Miſc. ſtent in vitro clauſo aut in caloris digeſtione per men[-] ſem, vel quod melius, ſub dio Soli & rori exponan[tur] per aliquot ſeptimanas, tunc viridiſſimus liquor ſe[-] parat ſeſe in ſuperficiem, remanentibus in fundo fæ[-] cibus impuris, à quibus ſeparetur, & ſic demum in ſo[-] lata promenda vſui.

*Vires, & Vſus.*

AD oculorum contuſiones, inflammationes, ardores, rubedines, lippitudines, inuſtiones, fiſtulas, puſtulas, fluxum tenuem, epiphoram, &c. medicamentum eſt ſolemne. Vſus eius, vt bis terve in die gutta vna atque altera oculo inſtilletur, atque intruſa aqua per totum oculum diffundatur; ſic infirmus citò curabitur.

## AQVA OPHTHALMICA SVBNIGRA.

℞ VIni Græci generoſi, ℔ j. *Aq. Chelidoniæ, Roſar. alb. Euphraſiæ, Fœniculi, Rutæ hort.* ana ℥ vj. *Caryoph. Aloës epatic. Tutiæ præp.* ana ʒ v. *Camphoræ*, ʒ j. Miſc. in phialâ vitreâ, & expone Soli per dies caniculares, ſemel in die agitando, poſtea immotam reſerua ad vsûs.

*Vires, & Vſus.*

EPiphoras rarefacit, rubores diſcutit, lippitudinum cauſas exſugit, corneam limpidiorem reddit & fotu ſubjacentes humores craſſos extenuat. Vsûs tempore præcipuè miſce inſtillando parum in oculum, necnon petias ex collyrio hoc madentes, ſi opus, extrinſecùs applicando.

## AQVA OPHTHALMICA DE CANCRIS.

℞ C*Ancror. fluuiat. viuor. menſe Iunio, Sole & Lunâ in cancro exiſtentibus*, No. xxxj. Et pro pondere

horum adde tantum Herb. Chelidon. cum toto, con-tunde hæc vnà, iiſdémque porrò adde: *Sem. Fœnic.* *contuſ.* ℥ j. *Fabar. marin. præp. Camphoræ*, ana ℥ ß. *Caryophyllor. Aloës epaticæ, Tutiæ præp.* ana ʒ ij. Miſce & di-uide in tres æquales partes; primámque partem in B. M. deſtilla; deinde partem alteram immitte cucurbitæ, & deſtillatam illam à parte primâ aquam affunde, rurſúmque abſtrahe, vt primâ vice; tum tertiam quoque partem infer, & aquas antea deſtillatas omnes iterum ſuperinfunde, adeóque tertiâ vice deſtilla. Et ſic verè præparata eſt aqua illa de cancris & Chelidoniâ famoſiſſima. Qui vult, ex fæcibus calcinatis ſalem poteſt extrahere, & maioris efficaciæ ergò admiſcere.

*Vires, & Vſus.*

HÆc illa eſt Aqua ophthalmica pretioſiſſima magno ſemper in pretio habita, cuius etiam Crollius in Baſilicâ ſuâ Chymicâ mentionem facit his verbis: *Mirum & ſtupendum ophthalmicum fit ex chelidoniâ & cancris. Quod ſi debito artificio & tempore præparetur, oculos ad deſperationem læſos, virtuoſiſſimè reſtituit, & omnia vulnera 24. horarum ſpatio conglutinat.* Hactenus Crollius. Sed modum præparandi ex merâ inuidia reuelare noluit, vel ipſemet neſciuit, niſi quòd ab aliis eundem deprædicari forſan audiit. Hac de aqua ophthalmicâ ægris oculis vna, duæ, pluréſque guttulæ inſtillentur, vel illinantur plumâ gallinæ nigræ idque bis, ter, quaterve quotidie, prout neceſſitas requirit, & continuandum hoc, donec æger ſanitati reſtituatur.

157

## AQVA OCVLARIS INTERNA.

℞. *Bac. Iuniperi*, ℥ ij. *Caſſ. ligneæ*, ℥ j. *Sem. Sileris mont. Fœniculi*, ana ℥ ß. *Rutæ*, ʒ iij. *Spec. Diamoſchi dulc. Nuc. Moſchatæ, Lig. Aloës*, ana ʒ ij. *Fol. Euphraſiæ, Verbenæ, Rutæ, Sum. Roriſmarin. Saluiæ, Pulegij, Anethi, Fœniculi*, ana ʒ i ß. *Flor. Chelidon. maior. Betonicæ, Lauendulæ, Roſar. rub. Anthos*, ana ʒ j. Macerentur in vini Maluatici ℔ vj. per octiduum; poſteà B. M. deſtillentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD viſûs imbecillitatem & caliginem, Spiritûſque viſiuos confortandos, cerebrum humoréſque ipſius rectificandos, præmiſſis vniuerſalibus, mirificè prodeſt. Doſis manè & veſperi ab ℥ ß. ad ℥ j. & ℥ j ß.

## AQVA PECTORALIS.

℞. *Amygdal. amar. Paſſular. min.* ana ℔ ß. *Rad. Ireos Flor. Glycyrrhiz. Althéæ, Tuſsilag.* ana ℥ j. *Maluæ, Symphyti maior. Enulæ camp.* ana ℥ ß. *Sem. Fœniculi, Aniſi, Cydonior. Card. bened. Card. Mariæ, Myrtillor. Vrticæ*, ana ʒ iij. *Croci Oriental. Cardamom. min. Macis, Cinnamomi acuti*, ana ʒ ij. *Herb. Pulmonar. vtriuſque, Veronicæ Marrubij, Hederæ ter. Capil. Ven. Scabioſæ, Hyſſopi, Saluiæ*, ana ʒ i ß. *Flor. Chamomillæ, Farfaræ, Violarum, Iacéæ*, ana ʒ j. Inciſa & contuſa, infund. in Hydromellis opt. & an-

tiqui ℔ xij. & digerantur per octiduum; poſtea B.M. deſtillentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD miraculum vſque in omnibus thoracis affectibus, vt pote, Dyſpnœâ, Orthopnœâ Aſthmate, Tuſſi, &c. operatur. Pituitam craſſam, lentam & viſcoſam in pulmonibus vel capacitate pectoris collectam, attenuando, incidendo, ac detergendo ad eductionem per ſcreatum, facilem reddit, & Stomachum ſimul confortat. Præſeruat & curat vnà cum ſpec. Diaſulph. noſt. ſumpta, omnes putrefactiones & apoſtemata. Præterea Phthiſicis, Pleuriticis, Suſpirioſis, Arteriacis Empyricis, ſeu purulenta excreantibus peculiariter & efficaciter opitulatur. Doſis ab ℥ ß. ad ℥ j. & ℥ ij.

## AQVA ANTIPHTHISICA.

℞. C*onſ. rad. Conſolid. maior. Roſar. rub.* ana ℔ j. *Mic. panis tritic.* ℥ iiij. *Pinearum mundat. Piſtac. virid.* ana ℥ iij. *Rad. Chinæ* ℥ ij. *Flor. Epaticæ alb. Roriſmarin. Medull. Nuc. Irid.* ana ℥ j. *Macis*, ana ℥ ß. Confractis & contuſis affunde in matratio capaci: *Aq. Pulmon. vituli*, ℔ ij. *Plantaginis, Caponis*, ana ℔ j. *Cinnamomi bugl. Veronicæ, Scabioſæ*, ana ℔ ß. Stent in infuſione per octiduum, aliquoties in die mouendo; poſtea adde: *S. Tuſſilag. exp. Lact. Caprini*, ana ℔ i ß. *Sang. Porc. vnius*, (vom gantzen ſpanferken, *hoc eſt, ex integro porculo nefrende.*) *Limacum è ſuis teſtis extract. & con.* ℥ i ß. *Hepat. Gallinarum*, No. iij. *Croci Oriental.* ℥

Denuò miſce, & B. M. per alembicum deſtilla.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Eſt aqua mirabilis operationis & expertiſſima ad curandum Phthiſin, ſanandum vlcera Pulmonum, & purgandum pectus ab humoribus craſſis. Phthiſicis autem ex thorace rheumatizantibus; Item, Aſthmaticis, Peripneumonicis &c. in ſequenti formà exhibere ſolemus, & oculariter iuuat. ℞. *Aq. Antiphthiſ.* ℥ xix. *Sacchari cand. alb.* ℥ iij. *Lact. Sulphuris,* ʒ ij. *Flor. Sulphuris*; ʒ i ß. *Mag. Perlar. Orient. Corall. rub.* ana ʒ j. Miſc. Doſis manè, meridie, & veſperi; à cochl. j. ad cochl. ij. Et homo ex huius liquoris vſu fit valdè pinguis: quia humectat, lenit, nutrit, confortat, humiditatem radicalem reſtaurat, & Tuſſim ſedat. Extenuatis, conſumptis, & Hecticis maximum ſolatium eſt; illos enim priſtinæ ſanitati reſtituit, & morbum planè expellit; ſed priuſquàm ad vſum medicum adhibeatur, diligenter moueatur.

## AQVA PVLMONIS VITVLI.

℞. *Interiora Vituli, Cor ſcilicet, Pulmones, Epar; eáque depoſitâ pinguedine & exemptis probè venulis, minutim conſcinde; poſtea adde*: Rad. *Conſolidæ maior.* ℥ iiij. *Herb. Pulmonariæ Gallicæ, Sanguiſorbæ, Hyſſopi, Veronicæ, Saluiæ. Agrimoniæ*; ana ℥ ß. Affunde earumdem aq. ſ. q. & decoque in ollâ vitreatâ nouâ coopertâ. ℞. *Brodij confecto,* ℔ iij. *Aq. Borraginis, Bugloſſæ, Roſarum,* ana ℔ j. *Spec. Diamargar. frig. Rad. Pimpinellæ, Cinnamomi acer.*

ana ℥ j. *Quat. Sem. ſrigid. major.* ana ʒ ij. *Flor. Cordial.* ana ʒ j. Miſc. & B.M. per alembicum deſtillentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HEctici & phthiſici huius aquæ vſu diu poſſunt foueri; Propterea non ſine ratione apud nos deſcriptio hæc ſemper in magno pretio eſt. Doſis per ſe à Cochl. j. ad Cochl. ij.

---

## AQVA CAPONIS.

℞. C*Aponem, quem ſ. a. coque in ollâ nouâ vitreatâ, cum Paſſular. minor. Pinearum. Rad. Glycyrrhiz.* ana ℥ j. *Iujubar. Sebeſten*, ana No. xij. *Caricarum recent.* No. viij. *Herb. Pulmonariæ, Endiuiæ, Farfaræ, Lactucæ*, ana ℥ ß. *Flor. Violarum, Betonicæ*, ana ʒ j. Peractâ coctione, contuſis omnibus in mortario lapideo, adde: *Vini Canarienſis*, ℔ iij. *Aq. Tuſſilaginis, Marrubij, Bugloſſæ*, ana ℔ j. *Micæ panis alb. lacte capril. macerat.* ℔ ß. *Conſ. Borraginis, Roſarum, Polytrichi*, ana ℥ iij. *Spec. Diamargar. frig.* ℥ ß. *Cinnamomi acut. Macis, Sem. Aniſi*, ana ʒ ij. Mixta per alembicum è B. M. deſtill. ſecundùm artem; & liquor deſtillatus vſui ſeruetur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HÆc Caponis aqua per ſe, in morbis pectoralibus, Tuſſi nempe, Aſthmate, Phthiſi, &c. exhibita, efficaciſſima & famoſiſſima eſt. Doſis à Cochl. j. ad Cochl. ij. & iij.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0330-5
DFG

## AQVA CINNAMOMI BVGLOSSATA.

℞. AQ. *Bugloſſæ*, ℔ vi. *Flor. Violarum, Roſarum*, ana ℔ ii. *Cinnamomi acut*. ℔ i. *Cort. Rad. Bugloſſ*. vnc. iii. *Flor. Borraginis, Meliſſæ*, ana vnc. i. *Spec. Diarrhod. Abb*. ʒ ß. Miſc. & poſt debitam digeſtionem in B.M. deſtillentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

COncoquit, emollit, venenis reſiſtit; Cerebrum Cor, Ventriculum, Hepar, Splenem confortat. Oculos clarificat. Vrinam mouet; necnon Renibus & Veſicæ conuenit. Doſis à Coch. i. ad Coch. ii. & iii.

## AQVA EX CORDE CERVI.

COrd. *Ceruı minutim inciſ*. No. i. *Cinnamomi acut. Caryophyllorum, Cardamom. min. Galang. min. Macis, Croci, Or*. ana ʒ ii. *Lig. Aloës, Santal. citrin. Cort. Citri, Sem. Ocymi caryophyllat*. ana ʒ i ß. *Flor. Lauendulæ, Roriſmarin. Meliſſæ, Saluiæ*, ana ʒ i. Macerentur in vini Maluatici ℔ vi. per noctem, & manè in B.M. per alembicum deſtillentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

COr confortat, illúdque à tremore & aliis periculoſis accidentibus præſeruat; Tum quoque caſum [illegible]is, & defectum animi curat: Spiritùs enim vitales & naturales fouendo & augendo reſuſcitat, & [illegible]quàm citiſſimè ſubuenit. Doſis à Cochl. i. ad [illegible] vel iii.

## AQVA CORDIALIS FRIGIDA.

℞. CONſ. *Roſarum rub.* ℔ i ß. *Fruct. Rubi Idæi* ℔ j. *Spe. Diarrhod. Abb. Diamargar. frig.* ana ℥ iß. *Sem. Oxalidis*, ℥ j. *Santalor. omnium*, ana ℥ ß. *Flor. Cordialium*, ana ʒ ij. Miſc. & infunde in Aquarum ſequentium: *Acetoſellæ, Nymphææ, Fragorum, Violarum, Borraginis, Bugl*. ana ℔ j. Mixta digerantur per aliquot dies; poſtea ite-rum adde: *Aq. Cinnamomi bugloſſat.* ℔ i ß. *Suc. depur. Cydonior. Limonum, Citri* ana ℔ ß. Dennò miſce, & in B. M. per alembicum abſtrahe.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

IN omnibus ardentibus Febribus & aliis mor-bis ſummè calidis & corroſiuis, ſuauiter & ſupra modum Cor exæſtuans refocillat, & inde omnium vi-rium imbecillitatem firmat. Iis quoque, quibus ani-mus deficit, ſiue à corde, ſiue Stomacho originem du-cat, omnem noxæ venenoſæ cauſam vitalium partium diſcutit, & Spiritus ex nimio caloris imbecillitate & tremore languentes ad priſtinum ſtatum & robur re-ſtituit. Doſis ab ℥ j. ad ij.

## AQVA CORDIALIS CALIDA.

℞. CInnamomi acut. ℥ iiij. *Rad. Caryophyllat.* vnc. iij. *Caryophyll. Terræ ſigillat.* ana vnc. i. *Cardamom. vtri-que, Galangæ min. Macis, Zedoariæ, Flau. Cor. Aran. Cort. Citri, Sem. Ocymi caryoph.* ana vnc. ß. *Ligni A. odorat. Croci Oriental. Spicæ Indicæ, Pulegij exſiccat.*

℥ iij. *Flor. Borraginis*, *Bugloſſ.* ana ℥ i ß. Pulueriſata & mixt. infund. in Vini Maluatici ℔ iiij. ſtent in Infuſione per octiduum; poſteà adde: *Aq. Cinnamomi cum vino deſtill. Flor. Tunicæ*, ana ℔ i ß. *Roriſmarini*, *Lauendulæ*, *Meliſſæ*, *Saluiæ*, ana ℔ j, Miſc. & in B. M. per alembicum abſtrahe.

*Vires, Vſus, Doſis.*

OPitulatur valdè mirabiliter omnibus frigidis Cordis affectibus, eiúſque palpitationi & animi defectioni prodeſt. Lypothymiam & Syncopen curat. Spiritùs vitales recreat. Triſtitiam citra cauſam ortam amouet, & Cor exhilarat. Eos quoque, qui à longo morbo adhuc debiles ſeſe recolligunt egregiè roborat. Corpus vniuerſum viuidum reddit, & canitiem retardat: Quicunque enim ſenex vtitur hac Medicinâ, non indiget aliâ in ſanitatis ſuæ conſeruatione. Doſis à Cochl. j. ad Cnchl. ij. & iij. pro vnâ vice.

## AQVA ACETOSA STOMACHALIS.

℞. SAcchari albiſſ. ℔ i. *Conſ. Roſar. rub. opt. Aq. Roſarum*, ana vnc. iiij. *Sp. Vitrioli rect.* vnc. ß. Fiat mixtura; poſtea colatura ſeruetur ad vſum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ACetoſa hæc ſtomachalis, vtrobique, id eſt, in intemperie tam calidâ quàm frigidâ valet; cuius effectus etiam in innappetentiâ & faſtidio, quod fit

ex ſucco vitriolato vitiato in Ventriculi fundo & conſopito, ſatis laudari nequeunt. Omnem enim co-ctionem ſiue ablatam, ſiue tardam, ſiue vitiatam in-ſigniter iuuat, & Ventriculo robur conciliat. Exhi-benda in iuſto vehiculo, (horis duabus ante paſtum ſine motu, vel horâ vnâ cum motu) præualente qui-dem caliditate cum vino Granatorum, vel Syr. Limo-num, vel acetoſ. Citri, vel tinct. Roſar. &c. prædo-minante verò frigiditate cum aq. Cordiali, vel Sto-machicâ noſt. calida, aut vino Abſinthiaco, Malua-tico, aut alio generoſo. Doſis eſt ſaporis in acidum mutatio.

## AQVA STOMACHICA CALIDA.

℞. G*Alangæ min.* ℥ i ß. *Caryophyllorum, Nuc. Moſch. Cinnamomi acut. Zingib. alb. Maſtichis elect. Rad. Pimpinell. Enul. camp. Acori aquat.* ana ℥ i. *Mentæ criſ.* ʒ vj. *Roriſmarini, Saluiæ acut. Abſinthij*, ana ℥ ß. *Carda-momi vtriuſque, Calami aromat. Macis, Piperis longi, Sem. Ameos*, ana ʒ iij. *Schænanthi, Spicæ Indic. Lig. Aloës*, ana ʒ ij. Mixta & contuſa macerentur in vini Malua-tici ℔ viij. Aq. Pulegij & Meliſſæ, ana ℔ j. per 14. dies; poſtea B. M. deſtillentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VEntriculum frigidum calefacit atque rectificat. Torſiones, punctiones & dolores ſedat. Pitui-tam & humorem crudum in eo collectum digerit, concoquit. Phlegma liquefacit. Nauſeam & vomi-tum ſiſtit. Acido ructui medetur. Podagram à cau-

frigidâ diſſoluit: Necnon ad maciem & diſpoſitionem ſenectutis, ad excitandum appetitum & caliditatem in ſenibus, ad fugandum ventoſitatem craſſam, ad aperiendum oppilationes, ad reſoluendum humiditates ſuperfluas & corruptas, iuuamentum diuinum eſt. Doſis à Cochl. j. ad ij. & iij. vel ab ℥.ß. ad ℥ j. & ii.

---

## AQVA EPATICA FRIGIDA.

℞. F*Ragorum maturor.* ℔ i. *Spec. Diarrhod. Alb.* ℥ iii. *Rad. Cichorei, Agrimoniæ, Scorzoneræ, Eryngij*, ana ℥ i. *Flor. Centaur. min. Epatic. alb. Borraginis, Roſar. rub.* ana ℥ß. *Rhabarb. elect.* ʒ iii. *Santalor. omnium*, ana ʒ ii. *Sem. Quat. frig. maior. & minor. Oxalidis*, ana ʒ i ß. Inciſa & contuſa infund. in Vini rub. ℔ iiii. Stent in infuſione per octiduum; poſtea adde: *Aq. Flor. Epatic. alb. Portulacæ, Acetoſellæ, Endiuiæ, Melonum, Cichorei, Rubi Idæi, Cuſcutæ*, ana ℔ i. Miſc. & per alembicum in B. M. deſtillentur.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

TVtiſſimus & feliciſſimus huius aquæ vſus eſt, in omnibus Febribus ardentibus, Tertianis, Quotidianis, Quartanis cæteríſque totius corporis à calore proficiſcentibus noxis, in quibus Epar patitur. Inſuper Ventriculi, Pulmonum & Lienis intolerabilem & corroſiuum calorem alterando & confortando, virtuoſiſſimè & oculariter attemperat ac emendat. Doſis alternis horis ab ℥ i. ad ii. & iii. per ſe vel cum ſyrupis conuenientibus & ſpecificis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0335-5

## AQVA EPATICA CALIDA.

℞. SPec. *Diacubeb.* ℥ iij. *Rad. Coſti amari, Apij, Ca...cum. Fœniculi, Gran. Iuniperi, Sem. Aniſi, Amm... Dauci*, ana ℥ i. *Calami aromat. Rhabarb. elect. Caſſ. ligneæ*, ana ʒ vj. *Spicæ Indicæ, Croci Oriental. Schænanthi*, ana ʒ iij. *Herb. Abrotani, Abſinthij, Agrimoniæ, Serpylli, Scordij*, ana ℥ ß. *Flor. Epaticæ alb. Stæchad. citrin.* ana ʒ i ß. Omnia fideliter contuſa & mixta infundantur in vini generoſi ℔ vj. digerantur per octo dies; poſtea adde: *Aq. Centaur. min. Cichorei*, ana ℔ i ß. *Veronicæ, Capil. Vener. Chamomillæ, Fumariæ, Marrubij, Scolopendriæ, Epaticæ alb.* ana ℔ ß. Miſc. & per alembicum in B. M. deſtill.

*Vires, Vſus, Doſis.*

PRopinatur feliciſſimè in omnibus morbis Epatis frigidis, eiúſque obſtructionibus. Cachexiæ & Hydropi auxiliatur. Hepatis quoque & Lienis ægritudines antiquas & chronicas eradicat, & ad illorum humiditatem frigidam confert: Craſſos enim, lentos & viſcoſos humores in illis collectos incidit ac attenuat. Doſis ab ℥ j. ad ℥ ij. vel iij. per ſe, vel cum ſyrupis appropriatis.

## AQVA SPLENETICA.

℞. RAd. *Filicis vtriuſque, Polypodij, Apij*, ana ℥ i ß. *Ariſtoloch. rot. Acori aquat. Calami aromat. L...*

ſtic. ana vnc. j. *Rhabarbar. elect. Cort. Capparum, Tamariſc.* ana ℥ vj. *Herb. Abſinthij Pont. Artemiſiæ, Agrimoniæ, Fumariæ, Scolopend. Caſſutbæ, Ceterach.* ana vnc. ß. *Sem. Liniſic. Fœniculi, Cymini. Aniſi, Carui,* ana ℥ ij. Craſſiuſculè conciſa & mixta infundantur in vini Rhenani ℔ x. Stent in digeſtione per Octiduum; poſtea B. M. per alembicum abſtrahantur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Liene ac venis meſaraicis materiam craſſam & ſuccum melancholicum collectum attenuat ac emollit. Obſtructiones liberat. Inflationes & tumores diſſoluit. Icteritię nigræ, Melancholiæ hypochondriacæ, Febribúſque quartanis mirè medetur. Doſis manè & veſperi ab vnc. j. ad iij.

## AQVA ANTIHYDROPICA.

℞. SEm. *Erucæ,* ℔ ß. *Fraxini, Cymini, Apij,* ana vnc. i ß. *Rad. Acori veri, Caryophyllat. Vincetoxic. Curcumæ, Coſti amar. Card. Mariæ, Ebuli, Sarſ. parill.* ana vnc. j. *Rhabarb. elect. Galangæ min. Nuc. Moſchat. Caryophyllor.* ana ℥ vj. *Cort. Capparum, Med. Sambuc. Tamariſc.* ana vnc. ß. *Herb. Agrimoniæ, Soldanellæ, Sum. Iuniperi virid.* ana vnc. ß. *Flor. Epaticæ alb. Sambuci,* ana drach. ij. Inciſa, contuſa & mixta infundantur in vini Malvatici ℔ viii. Digerantur per 14. dies in loco calido, vaſe ſingulis diebus aliquoties agitato; poſtea adde: *Aq. Abſinthii Pont. Abrotani,* ana ℔ i ß. *Epaticæ noſt. vtriuſque, Artemiſiæ, Card. bened. Serpylli,*

ana ℔ i. Miſc. & per alembicum in B. M. deſtilletur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Est proprium Hydropicorum remedium: Frigidum enim Epar calefacit & confortat, eiúſque obſtructiones liberat & facultates auget. Flatûs craſſos diſſipat. Materiam Cachexiæ & Hydropis abſumit, & vi diaphoreticâ expellit. Doſis ab vnc. i. ad vnc. ii. & iii.

## AQVA ANTISCORBVTICA.

℞. *Raphani Sylueſt. in taleolas inciſi*, ℔ j. *Rad. Polypodij*, vnc. ii. *Angelicæ, Oſtrutij, Zedoariæ*, ana vnc. i ß. *Raſ. Lig. Guajaci, Saſſafras, Calam. aromat. Galangæ min.* ana vnc. i. *Cardamomi min. Croci Orient. Sem. Fœniculi, Cort. Capparum, Tamariſc.* ana ℥ vi. Inciſa & contuſa infundantur in vini Maluatici ℔ vi. Digerantur in loco calido per octiduum, vaſe quotidie ſemel atque iterum exagitato; poſtea adde: *Aq. aquat. Naſturtij Cochleariæ, Vrticæ min. Vermicular. Chelidon. min. Numulariæ, Fumariæ*, ana ℔ i. Miſc. & in B. M. per alembicum abſtrahantur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Medetur propriè in hiſce maritimis & Aquiloniis Regionibus affectui, quem vocant Scorbuticum: Lienis enim obſtructiones liberat, Humorem fæculentum melancholicum emollit ac

attenuat. Sanguinem quoque in vniuerſo corpore rectificat. Splenémque validè confortat. Exhibetur auroris aliquot continuis ab ℥ j. ad ℥ ij. & ℥ iij.

## AQVA ANTICOLICA, SEV CARMINATIVA.

℞. *Flau. Cort. Arantior.* ℥ j. *Rad. Zedoariæ*, ℥ iij. *Bac. Lauri excort. Gran. Iuniperi*, ana vnc. i ß. *Calami aromat. Galang. min. Cinnamomi acut.* ana ℥ j. *Sem. Quat. calid. maior. & min. Chæreſolij, Nigellæ, Anethi*, ana ʒ iij. Craſſiuſculè contuſa & mixta infundantur in vini Maluatici ℔ viij. Stent in Infuſione per octiduum; poſtea adde: *Aq. è Suc. Chamomill. ter deſtillat. Serpylli cum vino deſtil.* ana ℔ j. Miſc. & in B. M. per alembicum deſtillentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

COlicæ paſſioni, quæ à materiâ frigidâ & humidâ, vel flatibus originem trahit, præmiſſis vniuerſalibus, mirè medetur. Doſis à Cochl. j. ad Cochl. ij. & tria, vel ab ℥ j. ad duas, vel ℥ iij.

## AQVA BENEDICTA SERPILLI.

℞. *HErb. Serpilli cum florib. tempore matutino antè Solis exortum decreſcente Lunâ collect.* vnc. viij. *Chamomill. Roman.* vnc. ij. *Satureiæ, Thymi*, ana vnc. j. Infundantur in vini Rhenani opt. ℔ viij. Stent in Infuſione per aliquot dies; poſteà deſtillentur. In liquore

deſtillato iterũ affunde: *Herb. Serpylli cum florib.* ℥ viij. *Caſsiæ ligneæ*, ℥ j. *Lig. Aloës*, *Macis*, ana ℥ ß. Incide in particulas minimas, & poſt debitam digeſtionem denuò per alembicum in B.M. deſtilla, & ſic verè præparata eſt.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN omnibus Catarrhis & defluxionibus tum prohibendis, tum etiam Caput ab iiſdem præſeruandis prodeſt. Cerebrum, Ventriculum, & omnia inteſtina frigida corroborat. Cibi appetentiam excitat. Vrinam ciet. Calculum expellit. Dolores Ventris & maximè Colicam mitigat. Flatûs à viſceribus & hypochondriis diſſipat. Tormina & ſingultûs ſedat. Vomitiones cohibet. Menſes prouocat. Partum, ſecundinas, & Fœtum mortuum eiicit. Concretum ſanguinem diſſoluit. Senibus, Orthopnoicis, & Anhelatoribus: item, ruptis & vulſis auxiliatur. Doſis ab ℥ ß. ad ℥ j. & ℥ ij.

## AQVA CASTITATIS.

℞. TErræ Sigillatæ, ℥ iij. *Sem. Agni caſti*, ℥ i ß. *Rad. Nymphææ*, *Lactuc. Papau. alb.* ana ℥ j. *Canab.*, *Acetoſæ*, *Portulac. Endiuiæ*, *Milij Solis*, *Ameos*, *Coriand. præp.* ana ʒ vj. *Rad. Diptam alb. Cynogloſſ. Biſtortæ*, *I*[illegible] *Flor.* ana ℥ ß. *Santalor. omnium*, *Mag. Saturni*, *Camphor.* ana ʒ iij. *Herb. Abſinthij Pont. Mentæ criſp. Burſæ Paſt.* *Taraxac. Verbenæ*, *Fol. Salicis*, ana ʒ ij. Incidantur, contundantur & infundantur in vini rub. ſtyptici ℔ [illegible] Permittantur in digeſtione per octiduum; poſtea [illegible] M. deſtillentur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0340-1
DFG

164

*Vires, Vſus, Doſis.*

HÆc aqua non immeritò caſta vocatur : Quia Monachorum, virginum, Monialium, viduarum, illorúmque qui in cælibatu viuere conſtituerunt, ignitum & prolificum ſemen ita compeſcit, vt inde libidinoſi omnes ea vtentes, in caſtitatis & modeſtiæ amantes, ſine ſanitatis periculo facillimè euadant : Suâ enim frigiditate & occultâ quadam proprietate Rem Veneream diſſoluit. Prætereà præmiſſis vniuerſalibus, vnamquamque Gonorrhœam ſeminiſque profluuium abſque vllâ moleſtia curat. Doſis manè & veſperi vel tempore neceſſitatis, ab ℥ j. ad ℥ ij. & ℥ iij.

## AQVA FEBRIFVGA.

℞ *Spec. Febrifug. noſt.* ℥ iiij. *Herb. Centaur. min. Card. bened. Quinquefolij, Abſinthij,* ana ℥ ij. Macerentur in ſero caprino, & in arenâ deſtillentur ad tertium cohobium.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EXtirpat Tertianam notham & Quartanam ſine dubio: præmiſſis tamen vniuerſalibus. Doſis ab ℥ ij. ad ℥ iiii. manè in aurorâ & tempore paroxyſmi.

## AQVA HYSTERICA.

℞ *BAc. Sambuci exſic.* ℥ iii. *Rad. Bryoniæ, Dictam. alb. Pæoniæ, Zedoariæ,* ana ℥ j. *Viſci quercin.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0341-7
DFG

ʒ vj. *Caſſ. Ligneæ*, *Myrrhæ rub. Cardamom. min. Croci Orient. Caſtorei veri*, ana ℥ ß. *Sem. Agni caſti*, *Cymini*, *Dauci rutæ*, ana ʒ iij. *Flor. Pulſatillæ*, ʒ ij. Inciſa & Contuſa infundantur in vini Maluatici ℔ vj. macerentur per 14. dies; poſteà adde: *Aq. Artemiſiæ*, *Matricariæ*, *Pulegij*, *Meliſſæ*, *Nepetæ*, ana ℔ j. Miſc. & per B.M. deſtillentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

SAluberrima hæc aqua omnes vteri ſuffocationes etiam deſperatas, vel ſaltem periculoſiſſimas & grauiſſima inde nata ſymptomata curat atque mitigat. Doſis à Cochl. ij. ad iij. in ipſo paroxyſmo per ſe, vel cum Spec. Diajouis ℈ j. vel Troch. Iouial. ℈ ß. aut cum Specif. Vterini noſt. ℈ j. In præſeruatione autem ſingulis Lunæ quadris Cochl. j. ſufficit.

Alia aqua Epileptico-Hyſterica famoſiſſima, olim à Viro Clariſſimo & Excellentiſſimo. Dn. D. *Iacobi Martini* Phyſico Lubecenſi primario & Practico feliciſſimo, amico meo honorando p. m. adhibita, & adhuc in eadem officina vſitata, vulgariter Aq. Lit. A dicta.

℞. *Cinnamomi opt.* ℥ j. *Caryophyllor Zingiberis*, *Nuc. Moſchat.* ana ʒ vj *Cort. Citri Arantior.* ana ℥ ß. *Spicæ Indicæ*, ℈ iiij. *Herb. Scariolæ*, *Pulegij*, *Scordij*, *Meliſſæ*, *Menthæ*, *Abrotani fœm. Matricariæ*, ana ℥ ij. *Saluiæ*, ℥ vij. *Maioranæ*, ℥ ß. *Sum. Roriſmarin.* ℥ iv. *Caſtorei veri*, ℈ xvj. *Vini aduſti*, ℔ vj. *ciuil. Vini Rhenani*, ℔ xvj. Digerantur per triduum in loco calido; poſtea B. M. deſtillentur.

## AQVA DOMINARVM.

℞. *Caſsiæ Ligneæ*, vnc. ij. *Rad. Artemiſiæ rub. Gentianæ, Dictamni alb.* ana vnc. i ß. *Nucl. Amygdal. amar. Perſicorum, Ceraſorum*, ana vnc. j. *Myrrhæ rubræ, Borac. Venet. Sem. Lauendulæ*, ana vnc. ß. *Herb. Marrubij, Rutæ, Sabinæ*, ana ℥ iij. *Flor. Centaur. min. Sambuci, Keiri*, ana ℥ ij. *Medull. Nucl. interior. Lap. Aëtitis, Caſtorei veri, Opopanacis, Sagapeni, Aſſæ fœtidæ*, ana ℥ i ß. *Piperis nigri, Croci Oriental. Succin. alb.* ana ℥ j. Craſsiuſculè inciſa & contuſa infundantur in vini Maluatici ℔ vi: digerantur per aliquot dies; poſtea adde; *Aq. Calamenti, Bugloſſæ, Matricariæ, Artemiſiæ, Pulegij, Verbenæ*; ana ℔ i. Miſc. & in B. M. per alembicum abſtrahantur.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

PArtum facilitat. Fœtum mortuum; necnon ſecundinam tardantem ſine morâ expellit; quæ aliàs ſi diu detinetur, Cerebro, Cordi, ac Stomacho nocumenta non exigua communicat, prauis vaporibus ex eâ eleuatis, & ad iam dictas partes traductis: Quare eius eductio neque negligenda, neque parui facienda eſt. Hæc aqua etiam tarditatem menſtruam præſenti auxilio ſollicitat. Doſis à Cochl. i. ad Cochl. ii. & iii.

## AQVA ANTINEPHRITICA.

℞. RAd. *Ononidis*, ℔ i. Minutim conciſæ mace-rentur in vini generoſi ℔ iiij. per tres die deinde exprimantur, & in colaturâ infundantur: *Rad. Glycyrrhiz. raſæ*, *Saxifrag. cum toto*, *Petroſelini*, *Eryng. Pimpinellæ*, ana ℥ iiij. *Gran. Alkekengi*, *Iuniperi*, ana vnc. iij. *Sem. Milij Solis*, *Fœniculi*, *Melonum*, *Vrticæ*, ana vnc. ij. *Lig. Saſſafras*, *Nephritici*, ana ℥ j. *Cinnamomi acut. Macis*, ana vnc. ß. Stent in infuſione per aliquot dies; poſtea adde: *Suc. Hederæ ter. Portulacæ*, ana ℔ i ß. *Fumariæ*, *Pe-troſelini*, *Veronicæ*, ana ℔ i ß. *Fumariæ*, *Petroſelini*, *Veroni-cæ*. ana ℔ j. Miſc. & in B. M. ad ſecundum cohobium deſtillentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD miraculum Renum calculoſam diſpoſitio-nem emendat, eos confortando & materiam lapidis educendo. Doſis Cochl. ij. tum præſeruatio-nis, tum curationis ratione.

## AQVA LITHONTRIPTICA.

℞. N*Vcl. Ceraſorum*, *Perſicor.* ana vnc. x. *Amygd.* ana ℥ v. *Flor. Sambuci*, *Acaciæ*, ana ℥ iij. *Rad. Pim-pinellæ*, *Anonidis*, *Verbenæ*, *Eryngij*, *Maluæ min.* ana vnc. *Raſ. Lig. Fraxini*, *Oſſ. Meſpilorum*, *Sang. Hircini præp. Cin-namomi acut. Galangæ min. Lap. Percar. piſc. Oc. Cancri*, ana vj. *Bac. Lauri excort. Gran. Iuniperi*, *Alkekengi*, ana vnc.

ol. *Hederæ ter.* ℥ iij. *Sem. Saxifrag. alb. Vrticæ Rom. Lapa-*
*ti major. Petroſelini, Geniſtæ, Milij Solis, Dauci*, ana ℥ j.
mnia inciſa & contuſa infundantur in vini Malua-
ci ℔ xvj. Et digerantur, ſæpè mouendo, per 14. dies;
oſtea B. M. deſtillentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

PRopinatur in omnibus calculorum generibus, in quibuſcunque etiam ſint membris. Præcipuè au-
em lapides Renum & Veſicæ potenter confringit,
gregiè diſſipat, atque inde arenam, remoratámque
rinam mirabiliter expellit, Lumborum dolores ſo-
it, necnon ſtranguriam & dyſuriam è veſtigio ſoluit.
oſis ab vnc. j. ad ij. per ſe, vel cum ſyrupis appro-
riatis, manè ſtomacho ieiuno.

## AQVA CONTRA ARDOREM VRINÆ.

℞ *Ad. Glycyrrhizæ, Althéæ, Maluæ min. Iréos Flor.* ana ℥ ij. *Pinearum mundat. Amygd. dulc.* ana ℥
ß. *Sem. Melonum excort. Cydoniorum, Apij, Papaueris alb.*
*ndiuiæ, Lactucæ*, ana ℥ vj. *Gran. Alkekengi, Myrtillorum,*
*aſsiæ fiſtulæ, Galang. min.* ana ℥ iij. *Herb. Violariæ, Bellis*
*in. Veronicæ*, ana ℥ ij. Incidantur, contundantur, & in-
ndantur in Aquarum ſequentium: *Flor. Papau. errat.*
*Maluæ vtriuſque*, ana ℔ i ß. *Plantaginis, Portulacæ Viola-*
*rum, Lactucæ, Fol. Quercin. Numulariæ*, ana ℔ j. Dige-
antur per aliquot dies; poſtea in B. M. per alembi-
um deſtillentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Ardorem & difficultatem vrinæ mitigat. Ci-
rum calidorum & lotij acrimoniam obtun-
Exulceratâ fiſtulâ vrinariâ, Veſicâ, Renibus, & v-
ribus, vlcera detergit, glutinat, & cicatrice te-
Præſens eſt remedium, quod in ſenibus etiam Veſ-
ſcabiei, ac inde mictioni creberrimæ obnoxiis, v-
expertus ſum: Quia vrinæ ſtrigmenta mucoſa, aſpe-
& dolorifera complanat atque lenit. Doſis ab ℥ j.
℥ iij.

---

## AQVA CONTRA VERMES.

♃. R*Aſ. Cornu Cerui*, ℥ iiij. *Mercurij vini ſale & a-*
*optimè purgat.* ʒ ij. *ſol. Senæ Alex. elect. Sem.*
*næ & Citri*, *Corallinæ veræ.* ana ℥ i ß. *Nucl. Perſico-*
*Rhab. electi Agarici opt. Myrrhæ rub.* ana ℥ j. *Rad. Dic-*
*ni alb. exemptâ medullâ, Ariſtoloch. rotund. Zedoariæ*,
ʒ vj. *Tartari alb. Nitri præpar. Croci Orient.* ana ℥ ß.
*Centaur. min. Tanaceti*, *Fol. Perſicorum*, *Scob. Lig. Co-*
ana ʒ iij. Omnia inciſa & contuſa infundantur
Hydromellis, ℔ iiij. Digerantur in Infuſione
octo dies; poſtea adde: *Aq. Abſinthij Pont. Abro-*
ana ℔ i ß. *Card. bened. Graminis, Scordij*, ana ℔ j. M-
& in B. M. per alembicum deſtillentur.

---

## AQVA THERIACALIS.

♃. T*Heriacæ Venet.* ℥ viij. *Terræ ſigillat.* ℥ ij.
*Angelic. hort. Tormentill. Enul. camp.* ana ℥

*Cornu Cerui Spagyricè calc. Alcis eodem modo calc. Lig. Saſſafras, Bac. Iuniperi, Cort. Citri*, ana ℥ j. *Boleti Ceruini, Myrrhæ rub.* ana ʒ vj. *Antimonij diaphoret. Croci Orientalis*, ana ʒ iij. Puluerisata & mixta infundantur in vini Maluatici ℔ viij. & macerentur per octiduum, vel 14. dies; poſtea igne lentiſſimo in B. M. deſtillentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

QVoniam hæc Aqua ſuâ tenuitate in omnia membra ſe quàm celerrimè inſinuans, facilè à calore natiuo, in actum deducitur, vtimur illâ feliciſſimè in omnibus morbis, vbi ſudor eliciendus eſt. In Febribus, Ictero, Putredine, Vermibus, Lue Vereneâ, Puncturis Laterum, Tremore Cordis, Peſte, rectificatione ſanguinis, &c. Non enim tantâ alteratione, vt ipſa Theriaca, ſeu Mithridatium, in Ventriculo eget. Doſis ab ℥ ß. ad ℥ j. &c.

---

## AQVA DE CORNV CERVINO.

℞ COrn. Cerui Spagyr. calc. ℥ ij. *Terræ ſigill. Bol. rub. Or.* ana ℥ j. *Rad. Tormentill. Dictã. alb. Scorzoneræ, Zedoariæ*, ana ℥ ß. *Lig. Saſſafras, Santali citrin. Caſſiæ lignea*, ana ʒ iij. *Sem. Acetoſæ, Angelicæ, Citri exc.* ʒ ij. *Croc. Oriental. Macis, Flor. Calendulæ*, ana ʒ i ß. Conciſa & contuſa infundantur in ſuccorum depuratorum: *Card. benedict. Acetoſell.* ana ℔ ij. *Scabioſ. Veronicæ*, ana ℔ j. *Cort. Nucum. virid. Scordij*, ana ℔ ß. Macerentur per 24. horas; poſtea lento igne ex B. M. in organis vitreis ad ſecundum cohobium deſtillentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HÆc aqua ſummam contra peſtem & omnia a venenata, vim habet, & efficax eſt ad ſudore eliciendum præſertim in grauidis & pueris, quib aquæ Theriacales non conueniunt. Ex hac vnc. j. v ij. aut plures pro ægri viribus & naturâ dantur p ſe, vel cum aliis medicamentis ſudorem elicientib loco vehiculi appropriati & ſpecifici, miſcetur & e hibetur.

## AQVA ALOETICA SOLVTIVA.

℞. ALoës Epatic. ℥ xvj. *Suc. Fol. Senæ virid. exp. Elat veri*, ana ℥ iiij. *Myrræ rub.* ℥ j. Omnia inuice bene mixta, per B. M. in organis vitreis igne lentiſ mo deſtillentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VEntriculum hac aquâ, quoties vſus poſtul inunge, & linteolum ſiue ſpongiam calidam perpone, & miram videbis operationem: Eſt en Medicina valdè illuſtris, & ſolis Regibus & Prin pibus digna,

## AQVA COSMETICA.

℞. L*Act. Caprini*, ℔ iiij. *Aq. Rad. Aronis, Flor. barum, Roſarum alb. Lilior. albor. Sigill. Salo* ana ℔ j. *Mellis virginei alb.* ℥ iiij. *Sacchari cand. alb.* T

168

dbi, ana ℥ ij. *Hermodact. alb. Ireos Florent. Borac. Venet.* ana ℥ i. *Sal. Tartari alb. Eboris vſti, Camphoræ,* ana vnc. ß. *Flor. Narciſsi alb. Maluæ min. alb. Nenuphar. alb.* ana ʒ ii. Miſc. & B. M. inferendo, pro ditioribus, roſtro alembici Galliæ Moſchat. ℈ i. Bombace inuolutum, deſtillentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EXternè ſaltem adhibetur adfaciem clarificandam & dealbandam. Item omnes faciei maculas & lentigines tollit, & ſingulariter in Ictericis fœditatem cutis emendat: Lauetur autem facies ſeu cutis aliquoties in die. Vel ℞. *Aquæ huius Coſmeticæ*, vnc. vi. *Mercurij Coſmetici*, ʒ ii. Miſc. vt fiat inſtar lactis, quo facies ſæpè illinatur.

# SECTIO XX.
## DE LIQVORIBVS MIXTIS.

### NECTAR VITRIOLI.

℞. *SAcchari candi alb.* ℥ x. *Sp. Vitrioli rect.* ℥ ij. Miſc. & in vaſe vitreo obturato, aduersùs incidentium muſcarum & ſordium iniurias per aliquot menſes repone, vſque dum materia nigra, picis inſtar, appareat; poſtea, ℞. *Pultis huius nigræ,* ℥ iiij. *Aq. Roſar. fragrantiſſ.* ℔ i ß. *Mentæ criſp.* ℔ ß. *Cinnamomi bugloſſ.* ℥ vj. *Syr. Acetoſit. Citri,* ℥ iiij. *Man. Chriſti ſimpl.* ℥ ij. Miſce & ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD Ventriculi intemperiem tam frigidam quàm calidam valdè commendatur: Eius enim vires languidas & reſolutas recreat. Appetitum excitat. A putredine vindicat. Febribus malignis confert & ſitim vehementer ſedat. Doſis per ſe ab ℥ ij, ad ℥ iij.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0350-7
DFG

163

## LIQVOR VITRIOLATVS.

℞. SYr. *Violarum, vel Roſar.* ℔ ß. *Suc. Citri, vel Limonum,* ℥ iiij. Diligenter miſce, & mixtis adde: *Aq. Endiuiæ,* ℥ x. *Acetoſæ, Roſarum,* ana vnc. viij. *Nymphææ, Scabioſ.* ana vnc. vj. *Cinnamomi buglоſſat.* vnc. ij. *Sp: Vitrioli q. ſ. ad gratam acetoſitatem.* Denuò miſce pro Vſu.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Peſte, morbo Vngarico, Febribus ardentibus, cæteríſque inflammationibus omnibus, ſitim egregiè ſiſtit. Corpus aridum iucundè humectat, & ſuauiter refrigerat. Doſis ab vnc. j. ad vnc. ij. & iij.

## LIQVOR OPHTHALMICVS SVBALBIDVS.

℞. AQuæ *Ophthalmic. de cancris,* vnc. ß. *Euphraſiæ, Fœniculi,* ana ʒ ij. *Troch. & pul. ophthalmic. noſt.* ana ℈ j. Miſc. & f. l. a Collyrium ſubalbidum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MIræ virtutis eſt contra Amblyopiam, Amauroſim & ſuffuſionem oculorum. Guttatim poteſt in oculum inſtillari citra vllum doloris ſenſum: Cuiuſuis enim acrimoniæ expers eſt. Ex eo etiam oculi ſingulis matutinis, ídque ad pluſculos dies irrigari debent.

## LIQVOR NITRATVS.

℞. AQ. è Suc. Card. benedict. deſtillat. ℥ xix. Rob. Ribium, ℥ iiij. Man. Chriſti ſimpl. ℥ ij. Nitri prę-par. ℥ j. Miſce accuratè, & ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EST inſigne diaphoreticum, diureticum, bezoarti-cum, refrigerans, &c. In omni æſtuante morbo & malignitate quacunque. Doſis per ſe ab ℥ j. ad ℥ ij. & ℥ iij.

## LIQVOR CEPHALICVS.

℞. AQ. Apoplectic. noſt. ℥ iiij. Epilepticæ, Lilior. con-uall. ana ℥ iij. Maioranæ, Betonicæ, Saluiæ, ana ℥ iß. Rot. Diambræ, ℥ j. Conſ. Smaragdin. ℥ ß. Sal. Succini alb. ℈ j. Fideliter miſce, & ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD paſſiones Capitis valdè vtilis eſt; Cephalalgi-cis, Hemicranicis, Epilepticis, Apoplecticis, In-ſanis, Vertiginoſis &c. præſenti auxilio eſt: Cere-brum enim confortat. Senſum ſubtiliſat. Intellectum acuit, & memoriam amiſſam recuperat. Doſis à Coch. j. ad ij.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0352-8 DFG

## LIQVOR PECTORALIS.

℞. AQ. *Cinnamomi bugloſſat. Caponis*, ana ℥ iiij. *Pulmon. vituli, Hederæ ter. Veronicæ, Farfaræ*, ana ℥ iij. *Lact. Sulphuris*, ʒ iij. *Flor. Sulphuris*, ʒ i ß. *Mag. Corallorum rub.* ʒ j. *Perlar. Orient.* ʒ ß. Miſc. & cum Man. Chriſti ſimpl. ℥ iij. edulcora, & ad vſum reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MIrabiliter Aſthmaticos, Peripneumonicos, Phthiſicos & Hecticos iuuat. Cor confortat. Periculosè ſeu grauiter tuſſientes non ſine admiratione liberat & priſtinæ ſanitati reſtituit. Doſis manè, meridie & veſperi à Cochl. j. ad ij. Et priuſquam ad vſum medicum adhibeatur, diligenter moueatur.

## LIQVOR CORDIALIS.

℞. AQ. *Cordial. frig. & calidæ noſt.* ana ℥ iiij. *Cinnamomi bugloſſat. Ex corde Cerui*, ana ℥ i. *Conf. Alkerme*, ʒ ii. *Sal. Perlarum Orient. Corallor. rub.* ana ℈ i. Mixta edulcorentur cum Man. Chriſti ſimpl. ℥ i ß. & ad vſum reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CArdiacis & præter rationem tribulatis prodeſt. Palpitationem, tremorem & ſyncopen curat. Spiritum clarificat, Animum exhilarat. Debiles & languentes recreat, Cor in genere confortat, illudque

à peſte, & aliis malis quàm plurimis præſeruat. Doſis à Cochl. j. ad ij.

## LIQVOR ACIDVS PERLARVM ORIENTALIVM.

℞. *Aceti à ſolutione Margaritar. Orient. in B.M. iterum abſtracti*, ℥ ij. *Sp. Vitrioli cum Sp. Vini debitè rectif.* ℥ j. Miſce, & accipies liquorem ſubalbidum, miræ operationis, quem theſauri inſtar ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CAput, Cerebrum, Stomachum, Cor, Epar, & cætera membra principalia corroborat. Ab Apoplexiâ, Epilepſiâ, Vertigine, Leprâ, Lue Venereâ præſeruat. Ægris conualeſcentibus appetitum excitat. Oculorum nebulas detergit. Putredini & Venenis reſiſtit; necnon in Febribus malignis & morbis æſtuantibus extremum refugium. Doſis à ℈ ß. ad ℈ j. & ʒ ß. in vehiculis appropriatis.

## LIQVOR ACIDVS CORALLORVM RVBEORVM.

EOdem quoque modo fons acidus Corallorum præparatur, ad Capitis affectûs, Epilepſiam, Melancholiam, Dyſenteriam, Vteri Hæmorrhagiam; necnon ad ſanguinem & Stomachum rectificandum, morbóſque internos quàm plurimos radicitùs euellendum, & Spiritûs animi recreandum, medicamentum admodum illuſtre. Doſis à ℈ ß. ad ℈ j. & ʒ ß. in vehiculis ſpecificis.

## LIQVOR NEPHRITICVS.

℞. AQ. è *Citreis malis per ſe in B. M. deſtillat. Nephritica noſt.* ana ℔ i ß. *Syr. è Suc. Violarum*, ℔ j. *Sacchari candi alb.* ℥ j. *Sal. Lap. Percarum piſc. Ocul. Cancri*, ana ʒ ij. *Nitri cum flor. Sulph. præp. Sal. Succini alb.* ana ʒ j. Miſce & ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AD frangendum & expellendum Renum & Veſicæ calculum, vrinam ciendum, dolorémque inde natum ſiſtendum, efficaciſſimus eſt. Doſis manè ieiuno ventriculo, vel longè à cibo, à Cochl. j. ad ij. & Cochl. iij. per ſe abſque vehiculo.

## LIQVOR DIAPHORETICVS.

℞. AQ. *Theriac. noſt.* ℥ vj. *Sp. Tartari aliquoties rect.* ℥ iij. *Terræ ſigillat. per ſe deſtillat. & rectif. Liq. Guajaci rectif.* ana ℥ j. *Liq. Acidi Perlarum Orient. Acidi Corallor. rub.* ana ℥ ß. Miſc. & in vitro clauſo per tres aut quatuor ſeptimanas probè digerantur; poſtea liquor filtratus ad vſum ſeruetur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

OMne venenum à Corde per ſudorem expellit: Valet in Syncope, Ecſtaſi, Epilepſiâ, Melancholiâ, Anginâ; Paralyſi, Hydrope, Icteritiâ, Pleuritide, Lue Venereâ, Peſte, morbis Epidemicis, Aſthmate, Febribus malignis & putridis, Menſibus retentis

Contracturis, Scorbuto, Scabie, &c. In tollendis enim omnibus obſtructionibus & putrefactionibus, præ aliis medicamentis hoc ſolum excellit. In Paralyſi quotidiè exhibitus miraculosè iuuat. Penetrat omnes neruos, muſculos, & totam medullam, & quicquid noxium reperit, corrigit atque expellit. Doſis à ʒ ß, ad ʒ j. & ij. in aq. Cornu Ceruini noſt. vel Card. benedict. aut aliâ morbum propriè reſpiciente.

## LIQVOR REFRIGERANS.

℞. AQ. è Suc: *Cichorëi deſtil.* ℥ viij. *Rubi Idei, Card. bened. Roſarum, Endiuiæ, Acetoſ.* ana ℥ iiij. *Rob. Ribium & Berber. ſine ſaccharo parat. Syr. Acetoſ. Citri*, ana ℥ iij. *Nitri præp.* ℈ xj. Miſc.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN morbis æſtuantibus, Febribúſque acutis, &c. inſigniter refrigerat atque confortat. Doſis ab vnc. ij. ad vnc. iij. pro vnâ vice.

## LIQVOR VVLNERARIVS.

℞. RAd. *Galangæ min. Zedoariæ, Oculor. Cancri, Macis*, ana vnc. ß. *Mumiæ tranſm.* ʒ ij. *Nuc. Vomic.* ℥ xv. Craſſiuſculè contuſa infund. in Vini generoſi ℔ j. ſtent in loco tepido.

*Vires, Vſus, Doſis.*

DE hac mixturâ Doſis manè & veſperi Cochl. j. adeò efficaciter operatur, vt ſi quid infixum in profundo corporis hæreat, illud propellat; ſed in vulneribus capitis nux vomica omittatur.

## LIQVOR CAMPHORATVS.

℞. *SPir. Vini Camphorat.* ℥ ij. *Aq. omnium florum, Spermat. Ranar.* ana ℥ i ß. *Sulphuris anodyni Vitrioli*, ʒ j. *Syrac. liquid. Opij Thebaici, Spirit. Vitrioli*, ana ʒ ß. Miſce, & ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CVm petiis loco affecto applicetur: Arthriticos enim dolores à cauſa calidâ ortos, egregiè ſopit. Interim bis in die ægro, Nitri præp. ℈ ij. in aq. florum Sambuci offerantur.

## LIQVOR TARTAREVS.

℞. *VIni Rhenani opt. & fervent.* ℔ j. Mixt. & ſ. a. diſſolutis adde: *Aq. Hordei cum paſſulis min. & Cinnamomi coct. Syr. è Suc. Violarum*, ana ℔ ß. Miſce pro vſu.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ESt vniuerſale digeſtiuum, quod in morbis quàm plurimis, medicamentis catharticis præmittendum. Offeratur autem calidè, niſi intenſa Febris, aut

Stomachi intemperies calida adſit. In Febribus de[illegible] in aurorâ, ſi verò paroxyſmus manè inuadit, veſpe[illegible] propinetur. In morbis diuturnis per quinque di[illegible] continuetur, & bis per diem, manè ſcilicet & à pra[illegible] dio: Sed in morbis Capitis circa introitum lecti ex[illegible] hibeatur. Aluus ſemper ſit libera; ſi enim aluo co[illegible] ſtipatâ offertur, dolor inde accidere ſolet: Quia ma[illegible] teria mota & abſterſa, cùm non poſſit excerni, i[illegible] flatûs, qui dolores excitant, conuertitur. Doſis pe[illegible] aliquot dies, vbi opus eſt, bonus hauſtus pro vn[illegible] vice.

---

## LIQVOR ARTHRITICVS.

℞. Mellis virginei cum fauo, ℔ ij. *Vitrioli ad flaue[illegible] calc.* ℔ j. *Silicum fluu. calc.* ℔ ß. *Roriſmari[illegible], Verbenæ*, ana ℥ vj. *Hermodact. alb.* vnc. iij. *Gum. Ammoni[illegible], Maſtichis, Olibani, Myrrhæ rub. Bdellij, Opopanac.* ana vn[illegible] ij. *Sulphuris citrin. Salis marin. Tartari alb.* ana vnc. i[illegible] *Suc. Hyoſcyami inſpiſſ. Mumiæ tranſmarin. Opij Theba[illegible]* ana vnc. j. Mixtis affunde Sp. Vini è fæcibus vini r[illegible] vel è confectione Laudani opiat. reſidui ℔ v. vel q[illegible] & digerantur per aliquot dies: poſtea per alembic[illegible] vitreum bene lutatum, addito ſatis magno capitell[illegible] & cum Recipiente capaci ſecundùm gradus, quand[illegible] vides guttas ſeu Spiritûs exire, deſtillentur; dein[illegible] frigeſcat. Caput mortuum ſeu fæces puluerizen[illegible] illiſque deſtillatum liquorem denuò affunde, & ſe[illegible] cunda vice deſtilla. Hic labor tertiâ vel quartâ vi[illegible] repetendus, & ſic liquor Arthriticus verè paratus e[illegible]

Vi[illegible]

*Vires, & Vſus.*

IN omnibus diuturnis, & inueteratis doloribus & defluxionibus membrorum & iuncturarum, ſecretum eſt: Inungatur autem locus affectus aliquoties in die tepidè, certis tamen interuallis, donec cruciatus & dolores omnes ceſſent.

---

## LIQVOR ANTIPODAGRICVS TRINVNVS.

1.

℞. SP. *Vini opt. rect.* ℔ ij. *Aq. Spermat. Ranar.* ℔ i ß. *Mellis virginei*, ℔ j. Miſc. & B. M. deſtill. & liquorem euocatum ſeorſim cuſtodi, capiti mortuo & puluerisato adde: *Lixiu. Sarmentor. vitis*, ℔ ij. *Tartari alb.* ℔ ß. *Phleg. Vitrioli à Spiritu nondum ſeparati*, ℥ iiij. *Caſtorei veri*, ʒ vj. *Croci Orient.* vnc. ß. *Terebinth. Venet.* ʒ ij. *Salis fuſi*, ʒ j. Macerentur per 24. horas; poſtea diſtilla, liquorem deſtillatum conſimiliter ſeorſim repone. Capiti mortuo denuò exempto & puluerisato affundatur liquor primæ deſtillationis reſeruatus totus. Miſce iterum, & poſt debitam digeſtionem tertiâ vice deſtilla; Vltimò liquores ſtillatitios mixtos adhuc ſemel in B. M. rectifica & ſerua, ſignetúrque *Aq. Spermatis Ranarum compoſita.*

2.

℞. *Caryophyll.* ʒ vj. *Hermodactyl. alb. Bac. Iuniperi*, ana vnc. ß. *Nuc. Moſchat.* ʒ ij. *Herb. Verbenæ, Fol. Sambuci*, ana M. ij. *Flor. Lauendul. Spicæ nard. Majoranæ, Roriſmarin. Betonicæ*, ana M. j. Incidenda incidantur, terenda terantur, ac infundantur in Vini Rhenani opt.

℔ v. Stent in digeſtione per 24. dies ac noctes; poſt per alembicũ diſtillentur, ſignetúrq; *Aqua Arthri*

3.

℞. *Aluminis*, ℔ ij. *Vitrioli alb. Virid. æris*, ana ℔ *Tartari alb. Lithargyrij, Oſſ. ſepiæ, Ceruſſæ*, ana ℥ iiij. Sub liſſimè contuſa miſce, euapora, & euadit griſeus la pis, ſignetur *Lapis admirabilis.*

4.

Nunc ſequitur Compoſitio.

℞. *Aq. Spermat. Ranar. comp.* ℔ iiij. *Arthritica*, ℔ *Lap. Admirabil.* ℥ iij. *Cryſt. Nitri*, ℥ ij. *Croci Orient.* ℈ Mixta ſtent in infuſione per noctem; & ſic demum liquor filtratus ad vſum reponendus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN hoc liquore (quo hodierni Chymiatri & Pr ctici feliciſſimè vtuntur) immerge lintea, & cali loco affecto frequenter, vel ad minimum ter vel qu ter in die appone, continuando, donec intolerabil cruciatûs, ac immenſiſſimi dolores ceſſent, & pen tùs euaneſcant: Singulare enim & incomparabile a ſiſtendum dolorem podagricum, & aduentitij hum ris impetum propulſandum, experimentum eſt. L quor verò ſic dictus, quòd tribus conſtet compoſit nibus.

---

## LIQVOR VESTIMENTALIS.

℞. AQ. *Fontanæ*, ℔ ij. *Cineris clauellat. ad quan tem Nucis Ingland. major. Malorum Citrin minutim inciſ.* No. j. Miſc. & ſtent in digeſtione per

horas; poſtea filtra, & liquorem clarum ad vſum reſerua.

*Vires, & Vſus.*

OMnes ſordidas, oleoſas, & quaſi piceatas maculas tam ex pileis quàm veſtibus, vel ſericis, laneis, lineis, aut bombycinis in puncto eluit atque tollit. Remotis autem maculis, locus purus aquâ dulci confeſtim & ex tempore abſtergendus eſt.

## LIQVOR MERCVRII VIVI.

℞. MErcurij viui, *Aq. fortis*, ana ℥ j. Soluatur Mercurius in aq. forti, & ſolutis adde: *Aq. Plantaginis*, ℔ ij. *Lap. medicament. cum aq. Roſar. fact.* ℔ j. Miſce & ad vſum repone.

*Vires, & Vſus.*

LIquor hic Mercurialis ſubalbidus, in partibus corporis exterioribus, omnes defluxiones, omniáque vlcera & vulnera antiqua, præſertim vetera aphrodiſia & ſordida deſiccat & cicatrice tegit. Morphæam, faciei furfures, puſtulas & maculas curat ac abigit. Inſuper ad exſiccanda Eryſipelata, & ſanandas fiſtulas, remedium eſt ſingulare. In applicatione autem caue, ne oculos vel dentes attingas.

## LIQVOR CERVSSÆ.

℞. CEruſſæ veræ, vnc. j. *Nihili ſicci*, vnc. ß. *Lap. Calaminaris, Lithargyrij*, ana ʒ ij. *Tuthiæ, præparat.*

*Spodij*, ana ʒ j. Subtiliſſimè puluerìſatis & mixtis aſ-funde: *Aq. Semperviui domeſt. Plantaginis major. Roſarum rub.* ana ℥ iij. Denuò miſce & ad vſum repone.

*Vires, & Vſus.*

Externè membra tumore, rubore, & inflammatione aliquâ infeſtata refrigerat & deſiccat. Dolores ſedat. Oculorum lippitudines curat. Citrinas faciei totiúſque cutis maculas abſtergit, formámque hominis viuidam & nitentem reddit. Vſus eius in crebrâ per ſingulns dies adhibitione conſiſtit.

## LIQVOR TVTHIÆ.

℞. *Tvthiæ præpar. Lithargyrij, Ceruſſæ*, ana ℥ ß. *Camphoræ*, ʒ j. *Aluminis crud.* ʒ ß. Omnibus diligenter mixtis adde: *Aq. Plantaginis, Roſarum*, ana ℥ iiij. Iterum miſce, & ad vſum communem repone.

*Vires, & Vſus.*

Partes corporis exteriores conſimiliter refrigerat & exſiccat; propterea omnibus inflammationibus, tumoribus, ruboribus, & doloribus reſiſtit.

## LIQVOR MERCVRII SACCHARATVS.

℞. *Aq. Plantaginis, Roſarum*, ana ℥ iiij. *Ceruſſæ*, ʒ j. *Mercurij ſublimat. Sacchari cand. alb. Sp. Vini opt.* ℥ ß. Miſce & adde: Aq. fortis ℈ j. & ſignetur *Flechten-*

*waſſer*, hoc eſt, Aqua ad maculas cutis.

*Vires, & Vſus.*

IMpetiginem & Lichenes omnes, etiam contumaciſſimas curat. Ante vſum autem, ſemper moueatur, & cum penicillo liquore intincto, tangatur locus affectus.

## LIQVOR MERCVRII ACETOSVS.

℞ *Vitriol. alb. Camphoræ*, ana ℥ ß. *Mercurij ſublimat. Ceruſſæ, Tartari alb. Aluminis vſt.* ana ʒ ij. *Nihi-li alb.* ʒ ß. Miſc. & f. puluis. ℞. *Huius pulueris.* ℥ ß. *Aceti Vini opt.* ℥ iiij. Denuò miſce, & ad vſum repone.

*Vires, & Vſus.*

VTimur eodem modo, præcedentibus tamen corporis mundificationibus, ad omnes impetigines & Lichenes perfectè ſanandas.

# SECTIO XXI.
# DE EMVLSIONIBVS.

## EMVLSIO ROSATA.

℞. SEm. *Amygdalar. dulc.* ℥ j. *Sem. Papaueris, alb.* ʒ ij. *Quat. frig. maior.* ana ʒ j. *Aq. Roſarum fragrantiſſ.* ℥ viij. *Fragorum, Verbenæ*, ana ℥ iiij. Fiat Emulſio, quæ edulcoretur Iulep. Roſarum ſ. q. ad gratiam.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VTor in Capitis intemperiè calidâ, incendio Ventriculi, Thoracis, Pectoris, Cordis, totiúſque ventris inferioris feliciſſimè. Doſis ab ℥ iß, ad ℥ ij. & ℥ iij.

## EMVLSIO VIOLATA.

℞. AMygdalar. dulc. ℥ j. *Sem. Violarum*, ʒ ij. *Papau. albi*, ʒ j. *Aq. Violarum*, ℥ viij. *Lactucæ, Nymphææ*, ana ℥ iiij. Fiat Emulſio, quæ edulcoretur Iulep. Violarum ſ. q. ad gratiam.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VAlet ad intemperiem totius corporis calidam & ſiccam. Refrigerando & humectando, ſitim extinguit. Somnum conciliat. Pectoris vitiis ſuccurrit, biliſque acrimoniam retundit. Doſis hauſtus mediocris.

## EMVLSIO SOMNIFERA.

℞. A*Mygdalar. dulc.* ℨ ij. *Sem. Papau. alb.* ℨ I. *Melonum*, ℨ ß. *Lactucæ*, ℈ ß. *Aq. Violarum, Nymphææ*, ana ℨ i ß. *Hypnotic. noſt.* ℨ j. Fiat Emulſio, quæ poſteà edulcoretur Sacc. candi alb. ſ. q. & adde: *Mag. Perlarum Orient. Corallor. rub.* ana gr iij. Miſce pro vnâ doſi: bibe veſperi eundo cubitum & dormies bene.

## EMVLSIO PLEVRITICA.

℞. S*Em. Cardui Mariæ*, ℥ j. *Card. benedict.* ℥ ß. *Papau. alb.* ℨ ij. *Aq. Card. Mariæ.* ℥ vj. *Card. Benedict. Flor. Papau. errat. Chamæmel. Scabioſæ*, ana ℥ iiij. Fiat l. a. Emulſio, quæ poſteà edulcoretur Saccharo cand. in Syrup. Violar. concreto.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CVrat pleuritidem, & illicò omnes lateris dolores, non ſine adſtantium ſtupore, ſedat: ſed æger omni die habeat euacuationes, vel aluus aſſiduè ſit ſubducta clyſteribus lenioribus. Doſis ab ℥ ij. ad ℥ iij. & ℥ iiij.

## EMVLSIO LAXATIVA.

℞. *A*Mygdalar. dulc. ℥ ij. *Sem. 4. frig. major.* ana *Aq. Flor. Cichorei, Perſicor. Acaciæ, Violar.* ana vnc. iiij. F. Emulſio vt eſt artis, in quâ diſſol. *Mannæ calabrin.* ℥ ij. Colentur & colaturæ adde: *Aq. Cinnamomi bugloſſat.* ℥ ß. Miſce p:o vſu.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN infantibus, in quibus aluus aliàs tardior, exp rimentum eſt. Inſuper ad Febres acutas, ardentes Tertianas continuas, Hecticas, Maraſmodes, Lip rias, Cauſum & Synochum valdè commendatur. D ſis hauſtus mediocris.

## EMVLSIO STYPTICA.

℞. *A*Mygdalar. dulc. ℥ ij. *Sem. Papau. alb.* ℥ ß. 4. *fr major.* ana ʒ j. *Lactucæ*, ʒ ß. *Aq. è ſuc. Cydon diſtill. Millefolij*, ana ℥ iiij. *Plantaginis, Tormentillæ, pau.errat.* ana ℥ iij. *Fol. Quercin. Cinnamomi bugloſſ.* ℥ i ß. Fiat emulſio, vt eſt artis, cui adde: *Iulep. Ro rum*, ℥ iiij. *Mag. Corallor. rub.* ℥ j. Miſc.

*Vires, Vſus, Doſis.*

REfrigerat & adſtringit; propterea ventris p fluuium & dyſenteriam, quæ ex materiæ a & bilioſæ effluxu excitatur, ſanat: Tuſſi inde o

ſuccurrit, inſomniámque leuat. Doſis, bonus hauſtus pro vnâ vice.

## EMVLSIO CANNABINA.

℞ *Sem. Cannabis*, vnc. i ß. 4. *frig. major.* ana ℥ j. Et cum aq. Flor. Nymphex & roſar. ana ſ. q. fiat Emulſio, & ℞. *Huius Emulſionis*, vnc. xiiij. *Syrup. è ſuc. Violar.* vnc. ij. *Aq. Cinnamomi bugloſſat.* vnc. i. Miſce pro vſu.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

IN ſeminis profluuio ſeu gonorrhœâ, & aliis eiuſmodi vitiis, pollutione, &c. commodè adminiſtratur; necnon ad febres ardentes, bilis & ſanguinis feruorem confert. Doſis ab vnc. ii. ad vnc. iii.

# SECTIO XXII. DE CLARETIS, SEV VINIS MEDICATIS.

## CLARETVM ANTEPILEPTICVM LAXATIVVM.

℞. FOl. *Senæ elect.* ℥ ij. *Turbith alb. & gum. Mechoacannæ*, ana ℥ ß. *Raſ. Cornu Alcis*, *Cranij humani*, *Nuc. Moſchat.* ana ʒ ij. *Rad. & Sem. Pæoniæ debitè collect. Viſci quercin.* ana ʒ i ß. *Cardamomi min. Caßiæ ligneæ, Caryophyllorum*, ana ʒ j. *Flor. Pæoniæ maris, Lilior. Conuall. Lauendulæ, Tiliæ*, ana ʒ ß. Macerentur in Vini Rhenani ℥ xxvj. Stent in infuſione in loco calido per biduum; poſtea coquantur parum & additis Sacchari albiſſ. ℥ iij. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CEphalicos & Comitiales omnes feliciter & ſine moleſtiâ purgat, & diuinum Epilepſiæ remedium eſt, quod morbi cauſam & fomitem efficaciter tollit. Interim verò Epileptici omnes, Clareto hoc

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0368-0
DFG

ſtentes, ſibi caueant ab omni terrore, irâ, aquâ, igne, vino, eiaculatione tormentorum; Imò omnes animi motûs vehementes euitent; necnon ebrietatem tanquam Peſtem fugiant. Doſis ab vnc. iij. ad ℥ iiij. tempore matutino.

## CLARETVM ANTAPOPLECTICVM LAXATIVVM.

℞. Fol. *Senæ elect.* ℥ ij. *Turbith alb. & gum.* ℥ j. *Bac. Iuniperi, Rad. Zedoariæ*, ana ℥ ß. *Agarici alb. & leuis, Hellebori nigri præp.* ana ʒ ij. *Galangæ min. Cubebarum, Zingib. alb. Cinnamomi*, ana ʒ j. *Flor. Lauendulæ, Primulæ veris, Calendulæ, Lil. Conuall.* ana ʒ ß. Infundantur in Vini Rhenani vnc. xxxvj. macerentur in B. M. per biduum; poſtea coq. parum, & additis Sacchari alb. vnc. iiij. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

IN Apoplexiâ qualicunque, Paralyſi, Sopore, Stupore, Caro, Veterno, Comate, Noctambulonibus, memoriâ amiſsâ, cæteriſque cerebri vitiis, Claretum hoc admirabile eſt. Doſis ab vnc. iii. ad vnc. iiii. vel vnc. v. mane in aurorâ.

## CLARETVM PASSVLATVM LAXATIVVM.

℞. P*Aſſular. min. vino elotar.* ℥ ii. *Fol. Senæ elect. Mechoacannæ*, ana ℥ i. *Rad. Glycyrrhiz. raſæ*, *Cinnamomi*

*acut. Sem. Aniſi contuſ.* ana ℥ ß. *Herb. Pulmonariæ macul.* *Phyllitidis*, ana ʒ ij. *Tuſſilaginis, Marrubij*, ana ʒ i ß. *Flor.* *Epaticæ alb. Hyſſopi Saluiæ*, ana ʒ j. *Croci Orientalis, Macis*, ana ʒ ß. *Ficuum ping. Iuiubar. Sebeſten, Dactylor.* ana No. viij. Macerentur in Hydromellis opt. & antiqui, Aq. Hordei ana ℔ iij. per 24. horas; poſtea coq. parum, & additis Sacchari candi alb. ℥ iiij. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum,

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Orthopnœâ, Aſthmate, Peripneumoniâ, Tuſſi inueteratâ, dolore vtriuſque lateris, cæteriſque omnibus diuturnis Pectoris anguſtiis, Hepatis & Lienis affectibus, appropriatum & laudatiſſimum eſt laxatiuum. Doſis ab ℥ iiij. ad ℥ vj.

---

## CLARETVM ABSINTHIACVM LAXATIVVM.

℞. FOl. *Senæ elect.* ℥ i ß. *Turbith alb. & gum. Mechoacannæ*, ana ʒ vj. *Abſinthij Pont. Bac. Iuniperi*, ana ℥ ß. *Rad. Iréos noſtrât. Eſulæ min. præp.* ana ʒ iij. *Sem. Fœniculi, Carui*, ana ʒ ij. *Calami aromatic. Zingiberis alb. Cinnamomi acut. Caryophyllorum, Zedoariæ*, ana ʒ j. *Flor. Epaticæ alb. Sambuci, Geniſtæ*, ana ʒ ß. *Croci Oriental. Epithymi*, ℈ j. Inciſa & contuſa infundantur in Vini Rhenani ℥ xxxvj. Macerentur in B. M. & poſt debitam digeſtionem, ebulliant parum, & additis Sacchari alb. ℥ iiij. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum.

179

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Cachexiâ, Hydrope, Hepatis & Lienis obſtru-ctionibus, Febribus, Colicâ, Scorbuto, Scabie, &c. ſelectiſſimum & ſpecificum eſt laxatiuum, pedetentim omnes peccantes humores præparans atque euacuans. Doſis ℥ iiij.

## CLARETVM RHABARBARATVM.

℞. *Fol. Senæ elect.* ℥ ij. *Rhabarb. opt.* ℥ j. *Rad. Scorzoneræ*, ℥ ß. *Herb. Phyllitidis, Hepaticæ*, ana ʒ iij. *Sem. Petroſelini, Apij*, ana ʒ ij. *Galangæ min. Caſsiæ ligneæ, Zingib. alb. Caryophyllor.* ana ʒ j. *Flor. Centaur. min. Epaticæ alb. Roſar. rub. Cichorei*, ana ʒ ß. *Croci Orient. Epithymi*, ana ℈ j. Macerentur in B. M. in Vini Rhenani ℥ xxxvj. per biduum; poſteà ebulliant parum, & additis Sacchari alb. ℥ iiij. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

A Ventriculo, Hepate & Splene, tam atram quàm flauam bilem purgat; & ſanguinem, omnes obſtructiones liberando & affectûs inde ſanando, inſigniter rectificat. Hinc in Hydrope, Ictero, Scorbuto, Lienis tumore, & Hypochondriorum dolore, Febribus quàm plurimis, &c. appropriatum & conueniens eſt laxatiuum. Doſis ℥ iiij. additâ Acidi Tartari ʒ j. mixtáque calidè offerantur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0371-4
DFG

## CLARETVM ANTIPODAGRICV[M] LAXATIVVM.

℞. HErmodact. alb. & à cortic. ſuperior. mundat. F… Senæ elect. ana ℥ j. Turbith. alb. & gum. Mech… cannæ, ana ℥ ß. Herb. Chamædryos, Verbenæ, ana ʒ ij. Se… Fœniculi, Aniſi, ana ʒ iß. Cardamomi min. Cinnamomi ac… Macis, Croci Oriental. ana ʒ j. Flor. Iréos noſt. Verbaſci. V… larum, Anthos, ana ʒ ß. Macerentur in vini alb. ten… ℥ xxxvj. in loco calido per biduum; poſtea coq. p… xum, & additis Sacchari alb. ℥ iiij. clarificentur p… manicam Hippocratis, & f. Claretum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

PItuitam craſſam, præſertim à iuncturis & me… bris remotioribus trahit. Ob id Podagræ & al… Arthritidis differentiis, articulorúmque dolorib… mirè confert. Doſis ℥ iiij. additâ Cryſt. Tartari ʒ… Miſce & fiat hauſtus calidè exhibendus tempore m… tutino; qui ſi ad horam decimam forſan nihil præ… terit, præſertim in robuſtioribus, à prandio iter… bonus hauſtus ſumatur, & ſic iteretur per aliq… dies, donec fuerit abſumptum.

## CLARETVM STOMACHICVM CONFORTANS.

℞. CInnamomi acut. ℥ j. Mentæ criſp. ℥ ß. Maſtic… elect. Galangæ min. Caryophyllorum, ana ʒ ij. C…

*lami aromat. Cardamom. min. Zingib. albi*, ana ʒ j. *Lig. Aloës ponderoſ. Rad. Pimpinellæ, Zedoariæ*, ana ʒ ß. Macerentur in Vini Maluatici ℥ xxxij. per aliquot dies; poſtea clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

COntra frigida Stomachi vitia ferè omnia, necnon Tremorem, Syncopen & Vomitum Cordis, medicamentum eſt ſpecificum: De quo patiens, manè & veſperi, vel tempore neceſſitatis pro vnâ doſi capiat à Cochl. j. ad ij. vel iij. cum guttulâ vnâ atque alterâ Sp. Vitrioli, inuicem bene mixtâ.

## CLARETVM IVNIPERINVM.

℞. SPir. *Vini Iuniperini*, ℔ iij. *Aq. Rad. Enulæ camp. Tuſſilaginis, Loch Sani*, ana ℔ i. *Cinnamomi acut.* ℥ ij. *Caryophyllorum integ.* ℥ ß. Infunde per aliquot dies; poſtea per manicam Hippocratis deſtilla, & Sacchari candi alb. ℥ xvj. edulcora, & vſui reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Aſthmate, Tuſſi, cæteriſque Pectoris vitiis, necnon in imbecillitate & inflatione ventriculi; Item in Dyſuriâ, Stranguriâ & Calculo, excellens eſt. Doſis à Cochl. j. ad ij. vel iij. aliquoties in ſeptimanâ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0373-6

## CLARETVM ANISATVM.

℞. SP. *Vini Aniſati*, ℔ iij. *Aq. Loch. Sani*, *Marrubij*, *Flor. Violar.* ana ℔ j. *Caſsiæ ligneæ*, ℥ ij. *Macis minutim conciſ.* ℥ ß. Macerentur per octiduum; poſtea additis Sacchari candi alb. ℥ xij. clarificentur per manicam Hippocratis, & f. Claretum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ANheloſis & Aſthmaticis, aliiſque Thoracis affectibus, à frigidis & craſſis humoribus ſubortis pulmonúmque bronchiis inhærentibus, & vel Tuſſim antiquam, vel ipſam dyſpnœam parientibus mire confert. Doſis vt præcedentis, à Cochl. j. ad ij. vel iij.

## CLARETVM CHALYBEATVM.

℞. V*ini Maluatici opt.* ℔ iij. *Chalybis cum aceto Tamarindor. præp.* ℥ j. *Rad. Scorzoneræ*, *Acidi Tartari*, ana ℥ ß. *Galangæ min. Caſsiæ ligneæ*, *Caryophyllorum* ana ʒ j. Hæc in vas vitreum indita miſceantur, digerantúrque loco calido, mouendo aliquoties, per b-duum: Deinde coletur & per manicam Hippocratis clarificetur, & habes claretum chalybeatum.

181

*Vires, Vſus, Doſis.*

OMnes obſtructiones Epatis & Lienis, venarúmque meſaraicarum reſerat atque aperit, Cachexiam corrigit. Omnes humores prauos exterminat. Icterum nigrum curat. Menſtrua mouet & ſuperflua ſiſtit. Hydropicos omni aquâ exonerat, flatûs diſcutit, & ſal in reſolutione peccans ad coagulationem promouet, terrámque microcoſmicam nimio madore tumentem, radiis ſuis Martialibus exſiccat. In vſu autem huius, qui in dictis illis affectibus longiuſculus eſt, adhibenda ſubinde lenia purgantia, corpúſque ab humoribus, quos ad egeſtionem præparat hoc vinum per illa euacuandum & purgandum, prout aliàs in cæteris etiam curationibus, vbi chalybeata adhibentur medicamenta, fert vſus. Doſis huius Clareti ab ℥ j. ad ℥ ij. & ℥ iij. manè & veſperi. In menſium defectu iuuenibus offeratur quinque diebus ante nouilunium, Senioribus ante plenilunium, & tamdiu procedatur, donec menſes appareant.

---

## CLARETVM ANTINEPHRITICVM.

℞. HOrdei integri, Cicerum rub. ana ℥ i ß. Rad. Ononidis, Eryngij, ana ℥ j. Glycyrrhizæ, Petroſelini, ana ℥ ß. Bac. Iuniperi contuſ. Gran. Alkekeng. ana ʒ ij. Sem. Milij Solis, Oxyacanthæ, Althea, Maluæ min. ana ʒ i ß. Flor. Geniſtæ, Violarum, ana ʒ j. Caricarum ping. Sebeſten, ana No. xj. Infundantur in Vini alb. tenuis, & aq. pluuialis ana ℔ iij. per 24. horas; poſtea coq. ad tertiæ partis conſumptionem, vt remaneant ℔ iiij. qui-

bus adde Sacchari albiſſ. ℥ iiij. & per manicam Hip-
pocratis clarificentur, & f. Claretum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MIram vtilitatem Nephriticis exhibet. Calcu-
lum enim Renum & Veſicæ cum vrinâ, meatus
vrinarios dilatando: Ileorum, Lumborum & Renum
grauitates ac obſtructiones compeſcendo & reſera-
do, mirè diſſoluit, confringit atque impellit. Doſis
omni manè, ieiuno Ventriculo bonus hauſtus, vel à
℥ iij. ad ℥ iiij.

## CLARETVM MOSCHATVM.

℞. *CAſſiæ ligneæ*, ℥ ß. *Caryophyllorum*, ʒ ij. *Nuc. Mo-
ſchatæ, Macis, Cort. Citri*, ana ʒ j. *Rad. Iréos Flo-
Galangæ min.* ana ʒ ß. *Santali Citrin. Lig. Aloës*, ana ℈
*Ambræ griſeæ, Moſchi opt.* ana ℈ ß. Pulueriſatis & mix-
tis adde Vini Maluatici & odoriferi ℥ xx. & ſtent
digeſtione per aliquot dies; poſtea adde; *Sp. Roſar.*
℥ iiij. & clarificentur per manicam Hippocratis, & f.
Claretum, quod pro delicatis Saccharo candi edulco-
rari poterit.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MIrabile experimentum eſt, præmiſſis tamen
vniuerſalibus & factâ purgatione, in fœtore
oris & naſi, quorum halitum emendat, ſuauitatem
accerſit, & Ventriculum & Cor roborat. Patiens qua-
libet manè Stomacho ieiuno cochl. j. vel ij. aſſumat.

182

## CLARETVM PVRGANS.

℞. Fol. *Senæ elect.* ℥ ij. *Rad. Iréos noſt.* ℥ j. *Mechoacannæ, Hermodact. alb. Turbith alb.* ana ℥ ß. *Herb. Agrimoniæ, Scolopendr. Veronicæ*, ana ʒ ij. *Sem. Fœniculi, Aniſi*, ana ʒ i ß. *Caßiæ ligneæ, Caryophyllorum, Zingib. alb. Cardamomi min.* ana ʒ j. *Flo,. Geniſſæ, Meliſſæ, Bugloſſæ, Saluiæ*, ana ʒ ß. Infunde in vini veteris ſ. q. macerentur per 24. horas; poſtea coquantur, & in colaturæ adhuc calidæ ℥ xvj. diſſolue Mannæ Calab. ℥ iiij. Iterum cola & adde: *Aq. Cinnamomi*, ℥ j. *Elæoſ. Citri*, ʒ j. Denuò miſce, & f. l. a. Claretum laxatiuum.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

Pituitam & aquas educit, & à iuncturis trahit: Cephalæam & Epilepſiam iuuat. Veteres defluxiones ſiſtit: ob id Podagræ & aliis Arthritidis differentiis confert, & articulorum, coli, & Renum doloribus vtile eſt catharticum. Doſis ab ℥ iij. ad ℥ iiij.

## VINVM ANTISCORBVTICVM.

℞. *Vini Rhenani*, ℔ iiij. *Suc. Cochleariæ, Naſturtæ aquat. Becabungæ, Acetoſæ ana depurat.* ℥ iiij. *Rad. Raphani ſylu. Enulæ camp. Iréos noſt. ana in orbiculos tenues inciſ.* ℥ i ß. *Sem. Erucæ contuſ.* ℥ j. Mixta ponantur in vitro, & in loco frigido ad ſuos vſus reſeruentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VInum hoc medicatum, præmiſſis tamen vniuerſalibus, & corpus debitè euacuantibus, Scorbuticam colluuiem, in hiſce maritimis & Aquiloniis regionibus, in quibus Scorbutus domeſticus & vernaculus eſt, perfectè curat, & aliàs in rectificatione ſanguinis infallibile eſt experimentum. Doſis ab ℥ iij. ad ℥ iiij. manè, & veſperi horis duabus ante cœnam, & medicamenti huius vſum æger continuet, donec meliùs ſe habere animaduertat.

# SECTIO XXIII.
## DE
## ACETIS MEDICATIS COMPOSITIS.

### ACETVM AROMATICVM ODORATVM.

℞. RAd. *Iréos Flor.* vnc. i ß. *Flor. Lauendulæ, Roſar. rub. Tunicæ*, ana vnc. j. *Caryophyllorum, Cinnamomi acut.* ana vnc. ß. *Nuc. Moſchat. Macis, Galang. min. Zedoariæ*, ana ℥ iij. *Cort.*

*Arantiorum Citri*, ana ℨ ij. *Styrac. calamit. Myrrhæ rub. Benzoin.* ana ℨ i ß. *Fol. Roriſmarin. Rutæ, Majoranæ, Salviæ*, ana ℨ j. *Galliæ Moſchat. veræ Lig. Aloës, Santali citrin. Spic. Indicæ*, ana ℨ ß. Aceti vini violati q.ſ. Miſc. & acetum tinctum & benè imprægnatum vſui ſeruetur.

*Vires, & Vſus.*

CVm intincto panno lineo naribus, odoris ergò recipiendi, admotum, cerebrum confortat, ſenſus excitat, Spiritus recreat, animíque defectione vires quaſi emortuas copioſè reſtaurat, cæteríſque cordis affectibus opem vnicè præſtat.

---

## ACETVM THERIACALE.

♃. THeriacæ Andromach. ℥ j. *Corn. Alcis Spagyricè calc. Bac. Iuniperi, Sem. Card. bened.* ana ℥ ß. *Fol. Verbenæ, Scordij, Rutæ.* ana ℨ ij. *Myrrhæ rub. Cort. Citri*, ana ℨ i ß. *Rad. Tormentillæ, Angelic. Zedoar. Petaſit.* ana ℨ j. *Camphoræ, Lig. Aloës, Macis*, ana ℨ ß. *Aceti Vini Calendulati*, q. ſ. Miſce, donec optimè tingatur; poſteà ſeparabis Acetum tinctum, & ad vſum reſeruabis.

---

## ACETVM MITHRIDATICVM.

♃. MIthridat. Damoc. Terræ Sigillat. ana ℥ j. *Rad. Tormentillæ, Enulæ camp. Angelicæ*, ana ℨ vj. *Corn. Cerui ſ. igne calc. Pulu. Serpentum, Myrrhæ rub.* ana ℥ ß. *Sem. Citri excort. Acetoſæ, Bac. Iuniperi*, ana ℨ iij.

*Flor. Calendulæ*, *Tunicæ*, ana ℨ ij. *Croci Oriental. Cary-phyllorum*, *Camphoræ*, ana ℨ j. *Aceti Vini roſat. q. ſ.* Miſce, & acetum optimè coloratum ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

DVo hæc Aceta, in Peſte & morbis Epidemi[cis] valdè celebria ſunt: Reſiſtunt enim impreſſio-ni, & præſeruant à putredine: & qui horis matutini[s] vel de Theriacali, vel de Mithridatico ad cochl. j. vtitur, eódem die, poſt Dei prouidentiam, non inf[i]-citur. In curatione Doſis vtriuſque cochl. ij. cum ℈ j. Bezoart. noſt. Solar. vel Aureæ Hadrianéæ, &c. Lau-dantur ſimiliter, ſi ſingulo manè, antequam quis è do-mo ſuâ exeat; lauet manuum pulsûs cum his Acetis. Item, portare in manu ſpongiam in ipſis infuſam. Quibus tamen ſiccius eſt cerebrum, & qui vigiliis mo-leſtantur, ij aceti odore parciùs omnino vtantur, au[t] etiam planè ab eo abſtineant.

---

## ACETVM ZEDOARTICVM.

℞. RAd. *Zedoariæ*, ℥ i. *Angelicæ*, *Tormentillæ*, *Sco-zoneræ*, ana vnc. ß. *Bac. Lauri excort. Iuniperi*, an[a] ℨ iii. *Flor. Calendulæ*, *Lauendulæ*, *Roſar. rub.* ana ℨ ii. *My-rhæ rub. Lig. Aloës*, *Macis*, ana ℨ i ß. *Caryophyllor. Nuc. Moſchat.* ana ℥ i. Infundantur in Aceti vini Sambuc[i]-ti ſ. q. donec perfectè coloretur; poſtea Acetum co[le]-tur & reponatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0380-4
DFG

## ACETVM MYRRHATVM.

℞. MYrrhæ rub. ℥j. *Rad. Gentianæ*, ℥ß. *Herb. Card. benedict. Rutæ, Abſinthij, Scabioſæ, Veronicæ, Scordij* ana ʒij. *Croci Oriental. Caßiæ ligneæ, Caſtorei*, ana ℥j. Macerentur in Aceti vini Caryophyllati ſ. q. per octiduum; poſtea filtrentur, & Acetum clarum ad vſum ſeruetur.

## ACETVM RHIZOTICVM.

℞. RAd. *Tormentillæ, Serpentar. Pimpinell. Angelic. Valerian. Imperator. Succiſ. Dictam. alb. Enul. camp. Vincetoxic. Zedoariæ, Petaſit.* ana ℥ß. Infundantur in Aceti vini Saluiati ſ. q. & poſt debitam digeſtionem, Acetum filtratum ad vſum reponatur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MAximam vim contra Peſtilentis veneni corruptionem tria hæc præcedentia Aceta habent; immò multarum ſunt virtutum: quibus vel nares & pulſus inungi, aut ſpongiæ olfaciendæ imbui, vel ſilices aut lateres igniti perfundi poſſunt, quódque tum ad Peſtem præſeruandum, tum curandum propinari poteſt. In curatione autem datur cochl. j. aut alterum pro virium ratione ad ſudoris prouocationem. Pro præſeruatione cochl. dimidium ſufficit.

## ACETVM BEZOARTICVM.

℞. Rad. *Scorzoneræ, Angelic. Dictam. alb.* ana vnc. j. *Tormentill. Zedoariæ, Enulæ camp.* ana vnc. ß. *Camphoræ*, ʒ i ß. Puluerisatis & mixtis affunde Sp. Vini à confectione Bezoart. Solar. noſt. reſidui, & Aceti Vini Sambucati deſtillati, ana ad 6. digitorum ſupereminentiam; Stent in vitro optimè clauſo, donec perfectè tingantur; Poſteà filtrentur, & ad vſum reſeruentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ACetum hoc Bezoarticum, tantâ virtute pollet, vt vnc. ß. vel vnius pondere, vel per ſe, vel pari cuius vis aq. cordialis quantitate potum, Peſti mirificè opituletur, & infectos, vel à quocunque venenato animali ictos, vel demorſos, cum adſtantium admiratione, à longo veluti ſomno excitet, & integræ ſanitati reſtituat. Valet etiam contra omnia venena hauſta, ſiue per os ſumpta; necnon cor majorem in modum roborat, & omnes Spiritûs recreat. Præſeruandi gratiâ Cochl. ß. manè ſumitur; Curandi verò datur ab vnc. ß. ad vnc. i. ex aq. Card. bened. Hirundinariæ, Scordii, vel ſimili, &c.

## ACETVM DIAPHORETICVM.

℞. Rad. *Sarſæparillæ, Chinæ*, ana vnc. j. *Lig. Saſſafras*, ʒ vj. *Flor. Sambuci*, vnc. ß. *Caſſiæ Ligneæ* ʒ ij. Inciſa & contuſa infundantur in Aceti Vini acer-

rimi ſ. q. & macerentur tamdiu, donec rubini inſtar tingantur; poſtea filtrentur, & Acetum perfectè tinctum & filtratum vſui ſeruetur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Acetum hoc laudabile, cerebri & capitis vitia emendando, Iecur confirmando, Lienem extenuando, Hydropi auxiliando, Renum calculum eiiciendo, flatûs diſcutiendo, vomitûs cohibendo, concoctionem iuuando, putredini reſiſtendo, venereo morbo ſuccurrendo, incipientem Elephantiaſin curando, egregiam vim diaphoreticam habet. Denique ob ingentem ſiccitatem & moderatum calorem, eſt remedium excellens ad omnis generis defluxiones, quas abſumit. Sed iis qui extenuati ſunt, & imbeciles, non conuenit. Spongiam quoque, in Aceto hoc infuſam geſtare & odorari, maximè prodeſt aduersùs Peſtis contagia, præſertim non neglectis aliis remediis. Doſis à Cochl. j. ad Cochl. ij. per ſe vel in vehiculis appropriatis.

## ACETVM HYSTERICVM.

℞. *Herb. Rutæ rec. exſic. Gran. Chamæactes*, ana ℥ j. *Gum. Sagapeni, Galbani*, ana ℥ ß. *Rad. Peucedani, Caſtorei veri*, ana ʒ ij. *Callor. Equarum*, *Aſſæ fœtidæ*, ana ʒ j. Infundantur in Aceti vini acerrimi ſ. q. Et fiat digeſtio in B. M. per 5. aut 6. dies, quouſque Acetum perfectam acquirat tincturam; poſtea filtra & ad vſum reſerua.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0383-2

*Vires, Vſus, Doſis.*

MVlieres ſuffocatas ſtatim olfactu & odoris ſuſ-fitu ſuſcitat; necnon Vertiginoſos, & vtcunque Veterno obdormiſcentes excitat. Internè quoque ſumptum, idem facit. Doſis à Cochl. ß, ad integrum.

## ACETVM VOMITORIVM DESTILLATVM.

℞. COrt. *Rad. Thapſiæ*, ℥ iiij. *Rad. Aſari rec. exſic.* ℥ ij. *Sem. Carthami excort.* ℥ j. *Cinnamomi acut.* ℥ ß. Mixta & contuſa infundantur in Aceti Vini acerrimi ℔ iiij. Digerantur in vitro bene clauſo, ſæpe agitando, per menſem; Poſtea in cucurbitâ æreâ ſuperimpoſito adaptatóque alembico plumbeo, igne lento ex cineribus vſque ad ſiccitatem, deſtillentur. Et ſic habebis Acetum deſtillatum, à Saturno imprægnatum & ſubdulce. quod totum, nullo rejecto phlegmate, ad vſum reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ESt Vomitorium leue, ſuaue, quod omnes humores tam frigidos quàm calidos, ſine labore purgat. Datur in Quotidianâ, & Tertianâ verâ & nothâ, quas ſedat; necnon debilitatem & nauſeam à ſuperfluis & acutis humoribus factam aufert. Probatiſſimum etiam Febribus interpolatis poſt ſeptem acceſſiones. Doſis ab ℥ ij. ad ℥ iij. plus minúſve. Delicatis exhibetur cum Syrupo acetoſo.

# SECTIO XXIV. DE EPITHEMATIS.

## EPITHEMA GENERALE.

In Melancholia, Mania, Phrenesi, vigiliis immodicis, omni dolore & dyſcraſiâ caput reſpiciente à quacunque causâ.

℞. AQ. *Papau. errat. Lactucæ, Roſarum.* ana ℥ iiij. *Troch. de rad. Rhodiâ noſt.* ℥ j. Miſce pro Epithemate.

## ALIVD EIVSDEM EFFICACIÆ.

℞. AQ. *Hyoſcyami, Saluiæ, Verbenæ,* ana ℥ iiij. *Troch. de rad. Rhodiâ noſt.* ℥ j. Miſc. pro Epithemate; & quando neceſſe erit, petiam duplam lini infunde, & factâ expreſſione, tepidam applica fronti & temporibus, quod etiam in ſequentibus obſeruandum.

## EPITHEMA.

In dolore capitis a causa frigida, cum, vel ſine catarrho.

℞. AQ. *Betonic. Roriſmarin. Verbenæ*, ana vnc. iiij. *Nucl. Perſicorum*, vnc. ß. *Cubebarum*, ʒ iij. *Nuc.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0385-3
DFG

*Moſchat. Sandaracæ*, ana ℥ j. *Rad. Mandragoræ*, ℥ ß. Miſ.
& fiat Epithema tepidè applicandum.

## ALIVD

### In eadem cauſa.

℞. AQ. *Chamomillæ, Saluiæ, Roſarum*, ana ℥ iiij. Nuc. *Perſicor.* ℥ ß. *Olibani opt.* ℥ ij. *Caryophyllorum*, *Macis, Lig. Aloës*, ana ℥ j. *Rad. Zedoariæ*, ℥ ß. Miſce pro Epithemate.

---

## EPITHEMA,

### In dolore capitis a cauſa calida cum, vel ſine catarrho.

℞. AQ. *Roſar. fragrantiſſ. Violarum, Maluæ min.* ana ℥ iij. *Santalorum omnium*, ana ℥ iß. *Succini alb. præp.* ℥ j. *Flor. Papau. errat. Verbenæ*, ana ℥ ß. *Camphoræ*, ℈ j. Miſce pro Epithemate Capitis.

## ALIVD

### In eadem cauſa.

℞. AQ. *Papau. errat. Roſar. opt.* ana ℥ iij. *Cranij humani.* ſ. *igne calc.* ℥ j. *Croci Orient.* ℥ ß. Miſc. pro Epithemate Capitis: mirabiliter enim operatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0386-9

187

## EPITHEMA HYPNOTICVM.

℞. AQ. *Roſar. fragrantiſs. Lactucæ*, ana ℥ iiij. *Opij Spagyricè præp.* ʒ j. *Croci Orient.* ʒ ß. *Spong. in abluſto roſar. nat.* ℈ j. Miſce diſſoluendo fideliter; poſteà mixturâ imbuta lintea temporibus tepidè applicentur, naréſque madefiant, vnde protinus dormire incipiunt.

## ALIVD SOPORIFERVM.

℞. AQ. *Nuc. Moſchat. Lactucæ, Solatri*, ana ℥ iiij. *Sem. Papau. alb.* ℥ ß. *Hyoſcyami, Anethi*, ana ʒ ij. *Rad. Cynogloſſæ*, ʒ i ß. *Flor. Enulæ campanæ, Nymph. citrin. Violarum*, ana ℈ j. Piſtentur ſemina in mortario lapideo & piſtillo ligneo; poſtea f. commixtio bona ac expreſſio pro Epithemate Capitis.

## EPITHEMA CORDIALE CALORIFICVM ET EXPERTVM.

℞. AQ. *Cinnamomi, Meliſſæ, Bugloſſæ*, ana ℥ iij. *Corn. Alcis Spagyricè calc. Caryophyllorum, Nuc. Moſchat. Cort. Citri*, ana ʒ i ß. *Lig. Aloës*, ʒ j. *Margarit. Corallor. rub. præp.* ana ʒ ß. *Sem. Majoranæ, Baſilici*, ana ℈ j. *Croci Orient. Anthos*, ana ℈ ß. Miſce pro Epithemate cordis.

## ALIVD
### IN EADEM CAVSA.

℞. AQ. *Roſar. fragrant. Baſilici, Flor. Tunicæ*, ana vnc. iii. *Spec. Diamoſchi dulcis, Diambræ*, ana ʒ ii. *Dianthos, De Gemmis cal.* ana ʒ i. Miſc. & f. Epithema, quod regioni cordis applicetur.

## EPITHEMA
### REFRIGERANS IN SYNCOPE ET ALIIS cordis affectibus, &c.

℞. AQ. *Roſarum rub. Acetoſæ, Nenuphar.* ana vnc. iii. *Aceti violati*, vnc. i. *Corallor. rub. præp. Santalor. omnium*, ana ʒ i. *Terræ Sigillat. Bol. Armen.* ana ℈ ii. *Lap. 5. prætioſ. præpar.* ana ℈ i. *Oſſ. de Corde Cerui, Margar. præp. Macis, Cinnamomi acut. Camphoræ*, ana ℈ ß. Miſce pro Epithemate cordis.

## EPITHEMA IN PALPITATIONE
### CORDIS NOBILISSIMVM.

℞. AQ. *Maioranæ, Baſilici, Meliſſæ, Roſarum*, ana ʒ ii. *Vini Maluatici, Aceti roſati*, ana vnc. i. *Spec. de Gemm. calid. Diambr. Diamoſchi dulc.* ana ʒ i. *Lig. Aloës, Macis*, ana ℈ ij. *Cinnamomi, Anthos*, ana ʒ ß. *Oſſ. de Corde Cerui, Margaritar. præp. Corallor. rub. præp. Cort. Citri*, ana ℈ j. *Lap. 5. prætioſ. præp.* ana ℈ i. Miſce pro Epithemate cordis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0388-1
DFG

188

## ALIVD
### In Palpitatione Cordis.

℞. AQ. *Roſar. fragrant. Saluiæ, Borraginis*, ana ℥ iij. *Vini odoriferi*, ℥ j. *Aceti Violati*, ℥ ß. *Spec. Diathamaron, Diamarg. frig.* ana ʒ i ß. *Corn. Cerui Spagyricè calc. Caſſiæ ligneæ opt.* ana ʒ j. *Santali Citrin. Cardamom. min.* ana ʒ ß. *Croci Oriental. Flor. Tunicæ, Anthos*, ana ℈ j. Miſce pro Epithemate ſuper pectus.

---

## EPITHEMA IN DEBILITATE ET INFLAMMATIONE HEPATIS.

℞. AQ. *Nenupharis, Abſinthij, Endiuiæ, Roſarum, Cichorei*, ana ℥ ij. *Aceti roſati*, ℥ j. *Spec. Diatrion. ſantal.* ℥ ß. *Cryſt. Saturni*, ʒ ij. *Rhabarb. opt.* ʒ i ß. *Corallor. rub. præp.* ℈ ij. *Sem. Portulac. Acetoſæ*, ana ℈ j. *Camphoræ, Macis, Spicæ*, ana ℈ ß. Miſce ſ. artem pro Epithemate.

## ALIVD
### In eadem cavsa.

℞. AQ. *Flor. Epaticæ alb. Rubi Idæi, Fragorum, Centaur. min.* ana ℥ iij. *Aceti Santalini*, ℥ i ß. *Spec. Diarrh. Abbat.* ʒ iij. *Rad. Scorzoneræ, Plantaginis*, ana ʒ j. *Sal. Endiuiæ, Cichorei*, ana ʒ ß. *Sem. 4. frig. major. minor.* ana ℈ j. Miſce pro Epithemate Hepatis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0389-9
DFG

## EPITHEMA HEPATICVM IN CAVSA FRIGIDA.

℞. VIni Maluatici, ℥ iiij. *Aq. Agrimoniæ, Veronicæ, Serpilli,* ana ℥ iij. *Spir. Iuniperi* ℥ i ß. *Spec. Diacurcumæ, Diacubebæ.* ana drach. ij. *Rhabarb. elect. Calami aromat. Caſsiæ ligneæ*, ana drach. j. *Sal. Abſinthij Pont. Abrotani,* ana ℈ ij. *Croci Or. Sem. Améos, Spicæ*, ana drach. ß. *Schœnanti, Flor. Stæchad. citrin.* ana ℈ j. Miſce pro Epithemate.

## EPITHEMA IN INFLAMMATIONE RENVM PRÆSENTISSIMVM.

℞. SVc. *depurat. Plantaginis & Solatri*, ana ℥ iiij. *Aq. Sempervivi domeſt. Portulacæ*, ana ℥ iij. *Vini odoriferi, Aceti vini violat.* ana ℥ i ß. *Nitri præparat.* ℥ j. Miſce, & f. Epithema Renum regione applicandum, vt eſt moris. Notandum autem ſi Epithemata refrigerantia nobili membro adminiſtrari debent, tum non actu frigida, ſed tepida imponantur: niſi intenſus admodum calor adſit; tunc enim actu frigida adhiberi poſſunt.

SECTIO

189



# SECTIO XXV.
# DE DECOCTIS.

## DECOCTVM CATARRHALE.

℞. AQ. *Fontanæ opt. & claræ*, ℔ lx. *Mellis opt. & deſpumat.* ℔ v. *Herb. Salviæ acut. Origani, Majoranæ, Hyſſopi, Roriſmarin.* ana ℥ j. Coquantur ad conſumptionem tertiæ partis, & f. colatura, cui à nouo imponatur: *Rad. Enulæ campan. Tuſsilaginis, Iréos Florent.* ana ʒ vj. *Sem. Vrticæ Rom. Card. bened. Aniſi, Fœniculi*, ana ℥ ß. *Herb. Capill. Veneris, Pulmonar. macul. Scabioſæ, Marrubij*, ana ʒ ij. *Flor. Cordialium, Farfaræ, Papau. errat.* ana ʒ j. Macerentur per 24. horas, & adde: *Cubebarum electar. Cinnamomi acut. Nuc. Moſchat. Cardamom. min. Zingib. alb. Galangæ min. Caryophyllor.* ana ʒ ß. Poſtea bulliant ebullitione vnicâ, reponatur in vaſe aliquo vitreo, permittatur reſidere totâ die, & f. l. a. Decoctum clarum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Catarrhis à Capite ad Pectus & ſubiectas partes deſcendentibus, potio valdè efficax eſt. Doſis bonus hauſtus pro vnâ vice, vel patiens tantùm quotidiè bibat, quantum, ratione ſitis, neceſſitas requirit.

## DECOCTVM COSMETICVM.

℞. *BOracis Venet. Sacchar. cand. alb. Mercurij ſublimat.* ana ʒ ij. Puluериſentur ſubtiliſſimè, & ſeorſim in petiâ ligata. Coquantur ad liquefactionem Mercurij in Roris Majalis ſupra triticum collect. ℔ iiij. & in colaturâ adhuc calidâ ſolue Camphoræ ʒ ij. poſtea filtra & ad vſum reſerua.

*Vires, & Vſus.*

EXternè ſaltem adhibetur contra omnes faciei maculas, quas tollit, & cutem dealbando illuſtrat. Sed in applicatione caue, ne oculos vel dentes attingat.

## DECOCTVM ARTHRITICVM.

℞. *PAſſular. min.* ℥ viij. *Raſ. Li ni Sancti,* ℥ iiij. *Rad. Chinæ opt.* ℥ j. *Glycyrrhiz. Acori aquat.* ana ℥ ß. *Cinnamomi acut. Galang. min.* ana ʒ ij. Inciſa & contuſa infundantur per 24. horas in aq. Hordei ℔ x. poſtea lento igne coque ad tertiæ partis conſumptionem, & fiat l. a. potio clara.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Catarrhoſis & arthriticis hominibus, aliiſque morbis à deſtillatione humorum frigidorum pendentibus, præſertim vbi ægri valdè ſitiunt, feliciſſimè vtor, & in Cacochymiâ & Hydrope pro potu quotidiano ordinare ſoleo: Nimiam enim ſuperfluitatem exſiccat, & corpus corroborat. In doſi non facilè erratur; propterea ad libitum patiens bibat.

## DECOCTVM PECTORALE SVBACIDVM.

℞. *AQ. Fontanæ* ℔ ii ß. *Mellis Virginei*, ℔ ij. *Aceti Vini generoſi*, ℔ i ß. Coq. lento igne ad remanentiam, ℔ iiij. in quibus infunde: *Paſſular. min.* ℥ iij. *Sem. Card. bened. Vrticæ Rom.* ana ℥ j. *Rad. Enulæ camp. Iréos Florent. Tuſſilaginis*, ana ℥ ß. *Herb. Capill. Veneris, Polytrich. Scabioſæ, Hyſſopi*, ana ʒ ij. *Dactylorum, Iuiubar. Ficuum*, ana No. viij. *Flor. Farfaræ, Violarum, Bugloſſ. Borraginis*, ana ʒ j. Macerentur per 24. horas: poſtea lento igne coquantur ad vnius partis conſumptionem, & tandem per manicam Hippocratis colentur, & pauco cinnamomo aromatizentur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Phthiſi, Aſthmate, Tuſſi, &c. cæteríſque morbis pectoralibus, humores craſſos attenuat, viſcoſos incidit, duros mollit, ineptos euellit, & putredini reſiſtit. Doſis ab ℥ ß. ad ℥ j.

## DECOCTVM PECTORALE SVBDVLCE.

℞ *Paſſular. minor. Sacchari cand. alb.* ana ℥ iiij. *Rad. Glycyrrhiz. Tuſsilaginis, Irèos Flor.* ana ℥ j. *Herb. Pulmonar. maculoſ. Capill. Veneris, Veronicæ, Marrubij, Scolopendriæ*, ana ℥ ß. *Sem. Myrtillorum, Aniſi, Fœniculi*, ana ʒ iij. *Flor. Chamomillæ Rom. Maluæ a bor. rub. Bugloſſ. Epatic. alb. Centaur. min. Violarum*, ana ʒ i ß. *Dactyllorum à pelle mund. Caricar. ping. Iuiubar. Sebeſten*, ana No. viij. Inciſa & contuſa infundantur per 24. horas in Hydromellis ℔ iiij. Aq. ex ſuc. Scabioſæ deſtillat. ℔ ij. poſteà coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, & circa finem decoctionis aromatizetur ſecundùm artem, cum: *Galangæ min. Cinnamomi acut. Cardamom. min. Zingib. alb.* ana ʒ j. *Croci Orientalis.* ʒ ß. Et f. per manicam Hippocratis potio clara, quæ edulcoretur parum Saccharo cand. alb.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

ASthmaticis, Epaticis, Pleuriticis, & Tuſſientibus ſubuenit, & Phthiſici hoc decocto diu poſſunt foueri: Quia ſputum facilitat, pectus mundificat, pulmones exulceratos ſanat; necnon Hepatis & Lienis obſtructiones reſerat. Doſis manè, meridie & veſperi ab ℥ ij. ad ℥ iij.

## DECOCTVM RAD. CHINÆ PECTORALE.

℞. Rad. Chinæ opt. & ponderoſ. per tranſuerſum in taleolas rotundas ac tenues inciſ. ℥ iij. Infunde in aquar. Tuſſilaginis, Scabioſæ, Veronicæ, ana ℔ ij. Stent in infuſione in loco calido per 24. horas vaſe vitreato, & pannis benè cooperto; poſtea adde: *Herb. Bugloſſæ*, ℥ j. *Rad. Glycyrrhiz. raſæ*, *Enul. camp.* ana ℥ ß. *Sem. Bombacis*, *Fœniculi*, ana ʒ ij. Mixta coquantur ad medias, & circa finem aromatizetur cum Cinnamom. ʒ i ß. pedetentim refrigeſcat, & per manicam Hippocratis f. potio clara, pro ſudorifero, quæ edulcoretur Syr. è ſuc. Violar. veri, ℥ iiij.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Catarrho, Morbis pectoralibus, Aſthmate, &c. ex huius Decocti vſu non ſolùm ſentiunt alleuiationem, ſed etiam toto corpore, & rectiſſimè poſtea habent. Inſignem quoque Phthiſicorum vlcera curandi vim habet. Febris tamen ratio habenda; nam ſi Hectica conjungatur, ab hoc Decocto abſtinendum. Exhibetur bis in die pro ſudorifero, vt in curâ ligni fieri ſolet; pro potu autem quotidiano in prandio & cœnâ vtatur ſequente Decocto paſſulato.

## DECOCTVM PASSVLATVM.

℞. PAſſular. min. ℥ iiij. *Hordei excort.* ℥ iij. *Rad. Chinæ optimæ*, *Glycyrrh. Scorzoner.* ana ℥ ß. *Cinnamomi*,

℥ ij. *Flor. Violarum exſic.* ℈ j. Coq. l. a. in Aq. fonta
℔ vj. ad tertias; poſtea Colatura clarificetur cum al-
bum. ouorum duorum, fiat potio clara.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HOc Decocto vtatur æger in paſtu pro potu or-
dinario; valet enim ſpeciali quadam facultate
ad Thoracis & Iecoris affectûs; necnon leniendo de-
tergendóque, Pulmonis vitiis probè ſubuenit. Doſis
bonus hauſtus pro vnâ vice.

## DECOCTVM CITRI.

℞. M*Alorum Citriorum cum corticib. in taleolas rotun-
das ac tenues inciſ.* No. iij. *Sacchari albiſſ.* ℥ iiij.
*Aq. fontanæ*, ℔ vj. Coquantur ad tertias; poſtea co-
lentur, & decoctum clarum inſtar vini, ad vſum re-
ponatur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

PRo potu quotidiano ordinare ſolemus in Peſte,
morbis Epidemiis, Febribus æſtuantibus & bi-
lioſis, inflammationibus Variolis & Morbillis, Ne-
phritide, Siti immodicâ, Cholerâ, &c. Quia inſi-
gniter refrigerat, & humectat, Cor, Ventriculum,
Epar, Splenem, Renes & cætera viſcera calida &
imbecilla confortat, & à putredine vindicat. Doſis
bonus hauſtus pro vnâ vice; pro delicatis verò præ-
paratur ſine corticibus, ſic magis palato ſeruit. Vino
permixtum, ebrietati reſiſtit, & eſt fucus honeſtus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0396-8
DFG

## DECOCTVM HEPATICVM.

℞. CAulium Lactuc. Hiſpanic. condit. ℥ iij. Rad Cichorei cond. Scorzoner. cond. ana ℥ i ß. Sem. Melon. contuſ. Vuarum Corinth. ana vnc. j. Epatis Lupi, vnc. ß. Flor. Epaticæ alb. Violarum, Cichorei, Nymphææ, ana ʒ j. Spec. Diarrhod. Abb. Triaſantali ana in petiâ ligat. ʒ ß. Coquantur l.a. in aq. decoct. Hordei ℔ vj. ad conſumptionem medietatis, Colatura clarificetur albumine ouorum: poſtea ℞. Suc. Granator. acidor. Citri depurat. ana vnc. vj. Syr. Violar. cærul. optimè vitriolat. vnc. iiij. Aq. Cinnamomi, vnc. ß. Miſc. & f. Decoctum clarum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MAgnam vim habet calorem Cordis & Epatis temperandi: Refrigerat enim & confortat. Conuenit quoque in leniendo pectore atque pulmone, humectandíſque præcordiis. Doſis ab vnc. iij. ad vnc. iiii. ſiue bonus hauſtus.

## DECOCTVM SPLENETICVM.

℞. FOl. Senæ elect. Braßic. mar. ana vnc. i. Rad. Capparum, Fœniculi, Graminis, Iréos noſt. Ebuli, ana ʒ iii. Rhabarb. elect. Epithymi, Spec. Diarrhod. Abb. ana ʒ ii ß. Herb. Capill. Veneris, Hyſſopi, Scolopend. Betonic. ana ʒ ii. Flor. Centaur. min. Lupuli, Epaticæ alb. ana ʒ i. Inciſa & contuſa infundantur per 24. horas in Aq. Cochleariæ, Fum. Acetoſ. Veronicæ, ana ℥ viii. Poſtea coquãtur vt eſt

artis, & f. decoctio clara, in quâ diſſolue; Crem. Ta-
tari ʒ vj. & ſolutis adde: *Syrup. de Cochleariâ*, *Cichor.*
*ſimpl. Fumariæ*, *Agrimoniæ*, ana ℥ j. *Sp. Salis correct.* ʒ ß.
Miſc.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN obſtructione, tumore, duritie, & Scyrrho Lienis, item in Scorbuto, rectificatione ſanguinis, & malâ diſpoſitione ad Hydropem, decoctum eſt excellens. Doſis ſingulis diebus ab ℥ ij. ad ℥ iij.

## DECOCTVM ANTICTERICVM.

℞. HErb. *Abrotani*, ℥ ß. *Stercor. anſerin. verno tempore collect. & in petiâ ligat.* ʒ iij. *Rad. Chelidonii*, *Curcumæ*, *Rhabarb. opt. Zedoariæ*, ana ʒ i ß. *Nuc. Moſchat.* *Bac. Lauri exc.* ana ʒ j. *Sem. Cymini*, *Aniſi*, ana ʒ ß. *Croci Oriental. Lilior. alb.* ana ℈ ß. *Vini albi odorif.* ℔ iiij. Coq. ad tertias, & f. potio clara.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ICtericus de hoc Decocto per ſex dies, manè hauſtum vnum calidè bibat: quia Auriginoſum ſeu Regium morbum penitus tollit. Pauperes loco vini cereuiſiam optimè defæcatam ſubſtituere poſſunt.

## DECOCTVM FICVVM.

℞. FIcuum ping. No. xv. *Paſſular. min.* ℥ ij. *Raſ. Cornu Cerui*, *Pulp. Tamarind.* ana ℥ j. *Rad. Glycyrrhiz.*

*Myrrhidis*, ana ℥ ß. *Fruct. Berber.* ʒ ij. *Sem. Card. benedict. Fœniculi*, ana ʒ i ß. F. Decoctio in aq. Hordei, & Colatura album. oui clarificetur; Poſtea ℞. *Colaturæ*, ℔ iß. *Syr. Acetoſ. Citri*, ℥ iiij. Miſce pro vſu.

*Vires, Vſus, Doſis.*

TVtò & abſque vllo periculo tam morbillos quàm variolas expellit, & malitiam illorum compeſcit. Doſis ſæpiùs in die à Cochl. j. ad ij Si autem aluus ſupra modum laxior fuerit, addatur Gum. Tragacanth. loco pulp. Tamarind.

---

## DECOCTVM CONTRA MICTIONEM SANGVINIS.

℞. R*Ad. Glycyrrhizæ*, ℥ j. *Sem. Papau. alb. Gran. Myrtillor.* ana ℥ ß. *Glandium, Acaciæ*, ana ʒ ij. *Herb. Veronicæ, Capill. Ven. Ceterach. Saluiæ min. Sanguiſorb.* ana ʒ iß. *Flor. Roſar. rub.* ʒ j. *Papau. errat.* ℈ j. Coq. in Aq. fontan. ſ. q. vt remaneant ℔ ij. quæ Syrup. è Suc. Violarum edulcorentur pro vſu.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN mictione ſanguinis, medicamentum eſt egregium: Citò enim & abſque vllâ moleſtiâ hunc affectum tollit & fundamentaliter curat. Doſis manè & veſperi ab ℥ ij. ad ℥ iij. & ℥ iiij.

## DECOCTVM SATYRIACVM.

℞. SEm. Linguæ auis, ℥ j. Boleti ceruini, Virg. Tauri, Borac. Vent. ana ℥ ß. Rad. Pyrethri, Arônis, ana ʒ iij. Macropiperis, Caſtorei, Zingiberis, Cinnamomi, ana ʒ ij. Caryophyllorum, Cardamom. min. Cubebarum, ana ℈ j. Inciſa & parum comminuta ponantur in vaſe vitreato nouo & mundo, & ſuperfuſâ ſ. q. Vini Maluatici, ſ. a. vaſe benè delutato bulliant.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VT præſentaneum, ita valentiſſimum: concubiturus autem de colaturâ hac manè & ſero ſumat hauſtulum.

## DECOCTVM CONTRA HERNIAM INTESTINALEM.

℞. SEm. Perfoliat. Cymini, ana ℥ j. Rad. Aronis rec. exſic. Acori aquat. Tormentill. Conſolid. maj. ana ℥ ß. Herb. Vincæ pervinc. Saniculæ, Pyrolæ, Virgæ aur. Piloſellæ, Herniariæ, Craſſul. maj. ana ʒ ij. Roſar. rub. Balauſtior. Galang. min. Caryophyllor. ana ʒ j. Inciſa & craſſiuſculè contuſa coq. in vini albi generoſi ſ. q. ad tertias, & f. l. a. decoctio clara.

*Vires, Vſus, Doſis.*

HErniam inteſtinalem, adhibitis ſimul balſamis vel vnguentis externis, ſine moleſtiâ curat, & eſt

in hoc caſu experimentum ſingulare. Doſis manè & veſperi bonus hauſtus.

## DECOCTVM CONTRA VTERI HÆMORRHAGIAM.

℞. *Rad. Cichorei*, ℥ j. *Tormentillæ, Caryophyllat. Glycyrrhizæ, Plantaginis*, ana ℥ ß. *Gum. Arabici, Raſ. Cornu, Cervi, Bac. Sambuci exſic. Coriand. præp.* ana ʒ iij. *Herb. Burſæ Paſtor. Hepaticæ aur. Sanguiſorb. Acetoſæ, Equiſeti, Roriſmarin.* ana ʒ ij. *Gran. Maſtichis*, ʒ i ß. *Roſar. rub. exſic. Nuc. Moſchat.* ana ʒ j. Fiat decoctio in aq. Millefolij & vini alb. ana ſ. q. ad ℥ xxiiij. & in colaturâ clarâ diſſolue Syr. de Suc. Cydonior. ℥ iiij. Miſc.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN menſium purgatione immodicâ & Vteri deſtillatione diuturnâ ſeu continuâ ſecretum eſt. Doſis manè & veſperi à Cochl. iij. ad Cochl. iiij. vel hauſtulus.

## DECOCTVM CONTRA MENSES SVPPRESSOS.

℞. *CInnamomi acut.* ℥ i ß. *Rad. Artemiſiæ rub. Apij, Aſparagi, Fœniculi*, ana ℥ ß. *Boracis Venet. Bac. Lauri excort. Gran. Iuniperi*, ana ʒ iij. *Herb. Centaur. min. Sabinæ*, ana ʒ ij. *Matricariæ, Capill. Vener. Nepetæ, Pulegij, Calaminth. Serpylli*, ana ʒ i ß. *Flor. Chamomillæ, Bugloſſæ, Croci Orientalis, Macis*, ana ʒ j. Omnia præter

Croc m, Macim & Cinnamomum, coq. in Vini ge-
neroſi & veteris ſ. q. ad tertiæ partis conſumptionem,
& tum demum addantur aromata, & f. l. a. decoct.
clara, quæ Syr. ex Suc. Artemiſiæ & Capill. Vener.
edulcoretur,

*Vires, Vſus, Doſis.*

HOc decoctum crebrâ experientiâ comprobatum eſt: Mirè enim & potenter menſes ſuppreſſos aperit, retentáſque ſecundinas & fœtum mortuum (ſi non rite ad exitum diſpoſitus) ſine periculo excludit. Doſis manè & veſperi ante ingreſſum lecti, hauſtus mediocris: bibatur autem calidum, & tamdiu procede donec menſes ſeſe oſtenderint.

## DECOCTVM CONTRA SCABIEM.

℞. HErb. *Agrimoniæ, Origani, Veronic.* ana ℥ ß. Rad. *Enul. Camp. Scorzoner. Hirundinar.* ana ʒ ij. *Cinnamomi acut. Macis*, ana ʒ j. Coq. in cereuiſiæ op. ℔ iiij. ad medias, & fiat potio clara.

*Vires, Vſus, Doſis.*

PRæmiſſis vniuerſalibus & corpus debitè euacuantibus, Scabiem fundamentaliter expellit atque curat. Doſis manè & veſperi bonus hauſtus calidè exhibendus.

## DECOCTVM VVLNERARIVM.

℞. *Herb. Alchymillæ, Betæ rub. Pyrolæ, Sanicul. Vincæ peruinc. Virgæ aur. Sem. Angelic.* ana p.æ. Herbæ minutim incidantur, & ſemen Angelicæ groſſo modo contundatur; poſtea inuicem bene miſc. & ℞. huius pulueris mixti & in petiâ ligat. ℥ ß. Vini Rhenani ℔ ij. coq. in diplomate, & fiat Decoctio clara.

*Vires, Vſus, Doſis.*

Omnia vulnera & ictûs, vbicumque ſint in corpore, feliciſſimè curat. Ferrum, lignum, plumbum, & alia quæque expellit. Conſolidat & ſanat in vnâ ſeptimanâ efficaciùs, quàm aliud vulnerarium menſe integro. Et eſt reuerà tale experimentum, quod merito omnes Chirurgi, ambabus quaſi manibus, & grato animo, ſuſcipere debeant. Pro doſi manè, meridie & veſperi Cochl. duo vel tria calidè exhibentur.

## DECOCTVM LIGNI GVAIACI.

℞. *Aſ. Lig. Guajaci,* ℔ j. *Cort. eiuſdem ligni,* ℥ iiij. *Rad. Chinæ,* ℥ ij. *Sarſæ parill. Saſſafras,* ana ℥ j. Infunde in Aq. fontan. opt. & claræ ℔ xvj. per 24. horas, & coq. in ollâ nouâ vitreatâ benè coopertâ ad conſumptionem medietatis, pro ſudorifero. Poſteà iterum coq. in Aq. Hordei ℔ xij. ad tertias pro potu quotidiano: & huic vltimæ decoctioni pro libitu adde Vuas paſſ. & cum pauco cinnamomo aromatizetur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN vſu huius Decocti ineſt mirabilis proprieta[s] contra morbum Venereum, maximè in illis, qui nimis vlceribus implentur: Horrendam enim hanc luem fundamentaliter curat. Primæ decoctionis Do-ſis eſt manè bonus hauſtus, vel cyathus vnus calidè a[…] ſumendus; Item poſt meridiem 2. vel 3. horas ante cœnam. De ſecundâ autem decoctione patiens ad li-bitum bibat.

## ALIA CVRA LIGNI SANCTI.

℞. L*ig. Sancti*, ℔ j. *Cort. eiuſdem*, ℥ iiij. *Sarſæ parill.* ℥ ij. *Saſſafras opt.* ℥ j. Infund. in Aq. Fumariæ ℔ xvj. & digerantur per 24. horas; poſtea per alembicum deſtillentur, & in liquore deſtillato coquantur: *Vuarum paſſ.* ℥ iiij. *Rad. Glycyrrhiz. Chinæ*, ana ℥ j. *Sem. Fœniculi, Aniſi*, ana ℥ ß. *Herb. Betonic. Cichorei*, ana ʒ ij. Colentur vt eſt artis, & colatura clara reſeruetur vſui.

*Vires, Vſus, Doſis.*

EXſiccat, attenuat, expurgat, ſudorem mouet: Ideóque putredini & contagioni reſiſtit. Cerebri & Capitis vitia emendat. Luem Veneream curat. Iecur confirmat. Lienem extenuat, eiúſque ſcirrhis maximè prodeſt. Hydropi auxiliatur. Vlcera maligna ſanat. Lepram & Elephantiaſin iuuat, &c. Doſis, bonus hauſtus bis, (vt ſciunt Practici) in die calidè exhibendus.

## DECOCTVM ADSTRINGENS.

℞. RAd. *Tormentill. Serpentar.* ana vnc. i. *Cydonior. exſiccat.* ʒ vi. *Sem. Lapathi acut. Antheræ Roſarum*, ana ʒ ii. *Herb. Vrticæ mort. cum flor. rub.* ʒ i ß. *Nuc. Moſchat. Cinnamomi acut. Galang. min. Caryophyllor.* ana ʒ i. *Sebeſten*, No. ix. Coq. l. a. in aq. Plantaginis ℔ iii. ad tertias, & in colaturâ clara diſſolue Camphoræ ʒ i. & ad libitum cum miuâ cydonior. edulcora.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

IN Dyſenteriâ, cæteriſque alui fluxibus, &c. Experimentum eſt; necnon Hæmorrhagiam variam curat. Doſis manè Stomacho ieiuno bonus hauſtus.

## DECOCTVM POLYPODII PVRGANS.

℞. RAd. *Polypodij querc. Paſſular. mund.* ana ℥ ii. *Sem. Carthami, Hordei*, ana ℥ i ß. *Glycyrrhiz. raſ.* ℥ ß. *Herb. Hyſſopi, Scabioſ. Tuſsilag. Chamæd.* ana ʒ i. *Iuiubar.* No. xv. *Ficuum ping.* No. vi. *Dactylorum à pelle mund.* No. iiij. Coq. in ſ. q. ſeri lactis, ad remanentiam ℥ xxi. & ſub finem decoctionis adde: *Fol. Senæ elect.* vnc. iii. *Agarici trochiſcat.* ʒ iii. *Sem. Fœniculi, Aniſi*, ana ʒ i ß. Decoque ſine ebullitione, f. potio clara, vt eſt artis.

*Vires, Vſus, Doſis.*

IN Phthiſi, Aſthmate, Pleuritide, cæteriſque morbis pectoralibus, &c. feliciſſimè vtimur. Doſis ab ℥ iiij. ad ℥ v. & purgatâ aluo bibat decoctum pectorale noſtrum ſubacidũ vel ſubdulce, prout occaſio eſt.

## DECOCTVM GALLI ANTIQVI FARCINATI.

℞. *RAd. Polypodij*, ℥ i ß. *Sem. Carthami*, ℥ j. *Cinnam. acut.* ʒ iij *Flor. Senæ elect. Turbith albi, Cort. Aurantior.* ana ʒ ij. *Zingib. alb. Galang. min. Macis*, ana ʒ j. *Spec. Diacymin. Dianiſi*, ana ʒ ß. *Bac. Lauri*, No. vj. Species mixtæ vltimò cum paniculo, cùm gallus ſufficienter ferè eſt coctus, imponantur.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VAlet in Colicâ paſſione à materiâ craſsâ, flatuoſâ & Phlegmaticâ.

## DECOCTVM SANGVINEM MVNDIFICANS.

℞. *COrt. Myrob. Citrin.* ℥ j. *Flor. Violarum exſic.* ʒ j. *Prunorum*, No. xix. *Sebeſten. Iuiubar.* ana No. vj. Fiat decoctio in aq. Flor. Acaciæ, ad remanentiam ℥ iij. in quâ diſſolue: *Scammonij potab. noſt.* ℈ j. *Ol. Cinnamomi, Aniſi*, ana gut. i. Miſce, & f. hauſtus pro vna vice.

*Vires*

*Vires, & Vſus.*

Bilem vtramque, necnon pituitam & alios humores purgat: Propterea ſanguinem mundificat, & Febrientium ventrem laxat.

## DECOCTVM SENÆ.

℞ *Fol. Senæ elect.* ʒ iij. *Acidi Tartari*, ʒ j. *Aq. Fumariæ calidæ*, ℥ iiij. Fiat infuſio per noctem; manè decoquantur parum, ſaltem ad liquefactionem acidi Tartari, & in colaturâ adhuc calida diſſolue: *Mannæ Calabrin.* ʒ vj. Iterum cola & adde: *Aq. Cinnamomi*, ʒ j. *Eleoſacch. Citri*, ℈ ß. Miſce, & f. hauſtus purgans pro vnâ doſi calidè exhibendus.

*Vires, & Vſus.*

PRodeſt ad vniuerſi corporis purgationem. Omnium viſcerum obſtructiones reſerat, ſanguinem expurgat. Imprimis autem bilem tum atram, tum flauam, & pituitam per inferiora educit. Roborat & mundat Cerebrum, Caput, Cor, Pulmonem, Iecur, Lienem, & omnes corporis ſenſus, omnibúſque eorum incommodis confert. Senectutem quoque retardat, iuuentutem auget, & hilaritatem adfert. Inſuper omnibus morbis diuturnis, Melancholicis & tartareis, vt Epilepſiæ, Amentiæ, Delirio, Cephalalgiæ, Podagræ, Elephantiaſi, Scabiei, Puſtulis, Pruritui, & aliis cutis vitiis &c. optima eſt medicina. Datur etiam commodè prægnantibus, & pueris, & cuiuſcunque ætatis hominibus: aluum enim modeſtiſſimè & ſine moleſtiâ ſoluit. Pro iunioribus autem tertia vel dimidia pars ſufficit.

## DECOCTVM SENÆ CVM RHABARBARO.

℞. Fol. *Senæ elect.* ℥ ij. *Rhabarbari opt. Acidi Tartari*, ana ℥ j. *Aq. Fumariæ calidæ*, ℥ iiij. Infundantur per noctem; manè ebulliant parum, vt liqueſcat Tartarus: poſtea expreſſione facta, in colaturâ adhuc calidâ diſſolue: *Mannæ Calabrin.* ℥ vj. Iterum cola & adde: *Aq. Cinnamomi*, ℥ j. *Elæoſacc. Aniſi.* ℈ ß. Miſc. & fiat hauſtus purgans pro vnâ doſi, qui calidè aſſumendus.

*Vires, & Vſus.*

PItuitam & vtramque bilem, præcipuè à Ventriculo, Hepate, Liene, &c. purgat. Sanguinem mundificat. Obſtructiones omnes liberat, & affectûs inde, vt Icterum, Hydropem, Splenis tumorem, Febres putridas, etiam diuturnas dolorem Hypochondriorum punctorium &c. ſanat. Nemo autem ad hanc exiguã Senæ doſin obſtupeſcat; quatuor enim Drachmæ Senæ infuſæ in quatuor Vncias aq. Fumariæ, non magis purgabunt, quàm Drachmæ duæ in ſimili aquæ quantitate maceratę, quoniam aqua extrahit tantum, quantum ferendo ſibi ſatis eſt, & reliquum abiicit: propterea Drachmæ duæ Senæ, Vnciis quatuor aquæ & pluribus, animandis ſufficiunt.

## DECOCTVM RHABARBARI.

℞. RHabarb. *elect.* ℥ iß. *Roſar. rub. exſic.* ℥ ß. *Rad. Glycyrrhiz. raſæ, Flor. Malu. arb. rub.* ana ℈ j.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0408-1 DFG

Minutim incidantur & infundantur per noctem in aq. Plantaginis calidæ ℥ iij. Manè colentur & in colaturâ diſſolue: *Mannæ calab.* ℥ ß. *Elæoſacch. Nuc. Moſchat.* ℈ ß. *Sp. Vitrioli*, gut. iiij. Miſce, & fiat hauſtus pro vnâ doſi in aurorâ calidè exhibendus.

*Vires, & Vſus.*

IN omnibus alui profluuiis valdè efficax eſt: vnâ enim vel duabus ſedibus, Dyſenteriȩ cauſā expellit.

## ANNOTATIO.

Multi vtuntur Rhabarbaro vſto vel torrefacto, verùm malè: Quia virtus eius conſumitur, & terreſtreitas manet, potiùs adde ſtyptica.

---

## DECOCTVM VIOLATVM PVRGANS

℞. FOl. *Senæ elect.* ℥ ij. *Sem. Fœniculi*, *Acidi Tartari*, ana ℥ ß. *Flor. Violarum exſic. Rhabarb. elect.* ana ʒ i ß. *Zingib. alb. Cinnamomi*, ana ʒ j. *Galangæ min. Caryophyllor.* ana ʒ ß. Infundantur in Aq. Fumariæ calidæ per noctem: manè coquantur parum; poſtea colentur. ℞. *Colaturæ claræ*, ℥ x. *Syr. Cichor. cum Rhabarb.* *ſuc. Violarum*, *De Suc. Acetoſæ*, *Oxyſacch. ſimpl.* ana ℥ j. Miſce & fiat potus, qui diuidatur in 4. æquales partes pro doſibus quatuor.

*Vires, & Vſus.*

IN Febribus tertianis & quotidianis, &c. bland purgat penè omnes peccantes humores, præſtā que eſt remedium ad Calculum, Arthritidem, Scor butum, Iſchiaticos dolores, & plures alios affectu Exhibetur autem quatuor auroris continuis.

## DECOCTVM NVCIS CVPRESSI.

℞. NVc. *Cupreſſi, Gallar. Turc.* ana ℥ viij. *Limat. Fer cum aceto præp. Aluminis roch.* ana ℥ iiij. *La Medicamentoſi, Cort. Granat.* ana ℥ i ß. Contuſa & mix coquantur in ſ.q. Vini rub. vel aq. Plantag. vt eſt arti

*Vires, & Vſus.*

OMnem carnoſitatem ſuperfluam, & ſuperabu dantiam pinguedinis externè attenuat. In e calidà ſpongia infundatur, quæ expreſſa poſteà ſu perligando applicetur.

## DECOCTVM NIGRVM.

℞. ALuminis *crud.* ℔ j. *Vitrioli virid.* ℔ ß. *Gall Turc.* ℥ iiij. *Virid. æris, Tartari,* ana ℥ ij. Miſc. & coq. in Aceti Vini ℔ viij. ad medias, vt remanea ℔ iiii. poſtea adde: *Sp. Vini rect.* ℔ j. Denuò miſcea tur, filtrentur, & ad vſum ſeruentur.

*Vires, & Vſus.*

NOn ſolummodò in partibus corporis exterioribus vetera vlcera Aphrodiſia, ſi linteum imbutum ſuperimponatur, deſiccat & ſanat, aliáſque defluxiones & malæ carnis excreſcentias tollit, & partem affectam mundificat atque confortat; verùm etiã omnia equorum vulnera & plagas antiquas perfectiſſimè curat.

# SECTIO XXVI.
# DE
# GARGARISMIS.

## GARGARISMVS DE ALTHEA.

℞ *Ad. Altheæ*, ℥ i. *Maluæ*, ℥ ß. *Herb. Violariæ, Fragariæ, Hyſſopi, Saluiæ*, ana ʒ iij. *Fol. Perſicorum Ceraſorum*, ana ʒ ij. *Raſ. Lig. Hederæ, Albi Græci cum aq. Calend. præp. Mellis Sa*-[...], ana ʒ i ß. *Vitrioli Martis, Veneris*, ana ʒ i. *Flor. Ca*-[...]*dulæ, Maluæ arb. Papau. errat. Prunellæ*, ana ʒ ß. Craſ-[...]ſculè inciſa & contuſa miſc. & coquantur in Aq. Fontan. & Aceti vini ana ℔ i ß. ad tertias, & circa [...]em adde Rob. Sambuci q. ſ. ad gratiam.

*Vires, & Vſus.*

ANginam & Apoſtemata gutturis, faucium, li-guæ, vuæ, & amygdalarum reſoluit, inflamma-tiones & tranſglutiendi difficultatem & dolorem ſe-dat ac emendat: Sed patiens omni hora gargarizet. Et notandum quòd omnia gargariſmata exhibenda ſint tepida.

## GARGARISMVS DE GLYCYRRHIZ

℞. RAd. *Glycyrrhizæ raſæ*, ℥ j. *Albi Græci*, ʒ ij. *A-minis roch*. ʒ j. Coquantur parum in Aq. Plan-tag. Roſarum, Maluæ min. Prunellæ ana ſ. q. & ℞. C-*laturæ*, ℔ j. Vini *albi*, ℥ iiij. *Diamoron. Dianuc*, ana ℥ Miſc. & f. Gargarizatio.

*Vires, & Vſus.*

IN Anginâ deſperatâ, cæteríſque oris & gutt- vitiis multum facit, ſi tepidè & frequenter in æger eo vtatur.

## GARGARISMVS LACTEVS.

♃. LAct. *Vaccini nouiter mulſi*, ℔ ij. *Albi Græci*, ℥ *Mellis Roſat*. Cochl. ij. *Virid. Aeris*, ʒ ß, Co-quantur, & cum colaturâ fiat Gargarizatio.

*Vires, & Vſus.*

IN Anginâ efficax eſt; necnon faucium, oris, &c. tumores & dolores inhibet, vlcera detergit & conſolidat: ſed gargarizatio ſæpè repetenda.

## GARGARISMVS DE CORTICE GRANATORVM.

℞. *Cort. Granator*, ℥ ß. *Herb. Endiuiæ, Scabioſæ, Solatri, Anagallid. querc.* ana ʒ iij. *Sem. Acetoſæ, Cydonior. Gran. Berber.* ana ʒ ij. *Aluminis vſti*, ʒ i ß. *Flor. Maluæ arbor. rub. Balauſtior. Prunellæ*, ana ʒ j. Decoq. in Aq. Plantag. Roſar. vini rub. Styptici ana ℔ j. ad tertias. ♃. *Colaturæ claræ*, ℔ ij. *Diamorrhon, Dianuc.* ana ℥ ij. *Syr. Granator. Mellis deſpum. Aceti Roſacei*, ana ℥ j. *Sp. Nitri q. ſ. ad gratam aceroſitatem.* Miſc. & f. Gargariſmus tepidè offerendus.

*Vires, Vſus, Doſis.*

ANginæ maximè confert: Quia tam in exſtinctione inflammationum, quàm reſolutione apoſtematis, mirum in modum valet, & multam diſcuſſoriam vim habet. Gargarizatio autem frequentiſſimè repetatur.

## GARGARISMVS DE AVRICVLA IVDÆ.

℞. HOrdei excort. ℥ ß. *Rad. Glycyrrhiz. raſæ, Auric. Iudæ inciſ.* ana ʒ ij. *Flor. Maluæ arbor. rub.* ʒ j.

Coq. parum in ſ. q. Aq. Plantaginis. ℞. *Colaturæ cla-ræ*, ℔ j. *Syr. Violarum*, ℥ ij. *Nitri præp.* ʒ j. Miſc. pro gargariſmate, quo colluatur os ſæpius.

*Vires, & Vſus.*

Contra inflammationem, ſiccitatem, aſperitatem, ſcabritiem, rimas & fiſſuras linguæ, faucium, vicinarúmque partium, quod à vaporibus calidis, acribus, & putridis accidit in Febribus continuis, malignis, ardentibus, &c. linguam & os exſiccantibus & quaſi comburentibus, experimentum eſt.

## GARGARISMVS DE TORMENTILLA.

℞. Rad. *Tormentillæ, Acori aquat.* ana ℥ j. *Cort. Gra-natorum, Rad. Acaciæ*, ana ℥ ß. *Balauſtiorum, Aluminis*, ana ʒ iij. *Herb. Roriſmarin. Pentaphyll. Vermi-cular. Saluiæ acut. Plantaginis, Hyſſopi*, ana ʒ ij. *Flor. Ca-lendulæ, Roſar. rub.* ana ʒ j. Coq. in Aq. fontan. & Aceti vini ana ℔ i ß. ad tertias, & in fine adde Mellis q. ſat. q. ſ. ad gratiam.

*Vires, & Vſus.*

Oris Scorbutum & putredinem curat. Gingiuas à morbo aliquo læſas, ſeu apoſtemate corruptas renouat. Dentes confirmat, illóſque regeneratâ carne obducit. Caſum vuulæ exaltat, & ad cætera depaſcentia oris, linguæ, vuæ & tonſillarum vitia, ulcera & inflammationes, proficit. Porrigitur te-

dè alternis vel ſingulis horis ad ſanitatem perfectam.

## GARGARISMVS DE PYRETHRO.

℞. Rad. *Pyrethri*, ℨ ij. *Olibani opt. Zingib. alb.* ana ℨ i ß. *Sem. Hyoſcyami contuſi, Saluiæ acut.* ana ℨ j. *Piperis longi*, ℈ j. Coq. in Aceti vini & Aq. fontan. ana ℔ß. pro gargariſmate.

*Vires, & Vſus.*

IN Dentium doloribus præſtans, & valdè efficax eſt: Habet enim vim anonydam. Æger autem ſæpius eo quotidie vtatur, donec acutiſſimi dolores & cruciatûs placentur.

## GARGARISMVS DE HYOSCYAMO.

℞. Rad. *Hyoſcyami*, ℥ j. *Vrticæ min. Pentaphyll. Pyrethri*, ana ℨ vj. *Raſ. Lign. Sancti, Buxi, Tamariſci, Thuris alb. Sem. Staphid. agriæ*, ana ℥ ß. *Cort. Granatorum, Piperis longi, Zingib. albi, Caryophyllorum*, ana ℨ iij. *Herb. Saluiæ acut. Serpilli, Mentaſtri, Perſicariæ, Origani*, ana ℨ ij. Miſc. & f. Puluis groſſus, qui reſeruetur vſui. Tempore vſûs verò. ℞. huius groſſi pulneris ℥ i ß. Aceti vini, Aq. fontan. ana ℔ j. Coquantur, & f. gargarizatio.

*Vires, & Vſus.*

COlatura calida in ore retinenda eſt : ſic enim dentium dolores , etiam vehementiſſimos & acutiſſimos ſiſtit.

---

## GARGARISMVS DE ACACIA.

♃. A*Caciæ opt. & rec.* ℥ ß. *Nuc. Cupreſſ. Balauſtior, Malicorij*, ana ʒ ij. *Herb. Majoranæ, Hyſſopi, Salviæ*, ana ʒ i ß. *Rad. Iréos Flor. Aluminis*, ana ʒ j. *Glandium, Roſar. rub.* ana ʒ ß. Bulliant in vini rub. & aq. fol. quercin. ana ſ.q. ad tertiæ partis conſumptionem. ♃. *Colaturæ*, ℔ i ß. *Rob. Nucum*, ℥ ij. *Sp. Vitrioli* ℈ j. Miſce, & detur in fictili.

*Vires, & Vſus.*

MObilitatem dentium aufert, eóſque figit & immobiles reddit, atque conſeruat. Dentes verò & gingiuæ ſæpe quotidiè hoc decocto eluantur.

---

## GARGARISMVS DE PAPAVERE.

♃. C*Ap. Papau. alb. cum ſemine*, No. iiij. *Spong. in arbuſt. Roſar. nat.* No. ij. *Rad. Plantaginis, Biſtortæ*, ana ℥ß. *Sem. Nigellæ, Flor. Papau. errat. Roſarum rub. Balauſtior.* ana ʒ j. Coq. in Aq. Lactucæ & Roſar. ana ſ.q. ♃. *Colaturæ* ℥ xij. *Syr. Papau. ſimpl. Diacodij violat.* ana ℥ i ß. *Vini Granator. Tinct. Papau. errat.* ana ℥ j. *Phlegmat.*

Aluminis rect. ℥ ß. Miſc. pro gargariſmate, quod in ore retinendum eſt.

*Vires, & Vſus.*

HOc Gargariſmate os ſæpè colluatur; vel abſque multâ agitatione in ore, ad intercipiendũ acrem, tenuem & calidum catarrhum, detineatur.

# SECTIO XXVII. DE LIXIVIIS.

## LIXIVIVM BENEDICTVM.

℞. Ciner. Lig. & extrem. frond. Iuniperi, Artemiſiæ, rub. Geniſtæ, Fabarum adhuc in paleis, Abſinthij, ana ℥ j. Et cum vini albi potentis ſ.q. fiat l.a. lixiuium.

*Vires, Vſus, Doſis.*

AQuâ intercute laborantibus ſingulariter prodeſt: Efficaciſſimè enim & valentiſſimè aquam per vrinam expellit, quo auxilio multos Hydropicos

nullo alio diebus aliquot adhibitó remedio ſanauimus. Doſis manè ſtomacho ieiuno, ab ℥ ij. ad ℥ iij.

## LIXIVIVM SAPIENTIÆ.

℞. RAd. *Caryophyllat. Pyrethri, Aſari*, ana ℥ i. *Viſci quercini, Olibani, Succini citrin.* ana ℥ ß. *Herb. Roriſmarin. Maioranæ, Meliſſæ, Origani, Fol. Saluiæ acut. Lauri*, ana ʒ ij. *Flor. Lauendulæ, Roſar. rub. Pæoniæ, Betonicæ, Primul. veris*, ana ʒ j. Bulliant in lixiuio dulci, poſtea ad vſum reponatur.

*Vires, & Vſus.*

CVm hoc lixiuio ſemel tantùm in ſeptimanâ corpore purgato, Caput, in læſâ memoriâ & ratiocinatione à cauſâ frigidâ & humidâ, quæ aliàs frequentiſſima eſt, diligenter abluatur: Cerebrum enim memorandíque facultatem mirificè confortat, Spiritûs animales illuſtrat, & ab Epilepſiâ & Apoplexiâ præſeruat.

## LIXIVIVM CEPHALICVM.

℞. FOl. *Senæ elect.* ʒ vj. *Rad. Iréos Flor. Sem. Carui*, ana ʒ iij. *Herb. Euphraſiæ cum florib. Verben. Maioran. Roriſmarin. Salu. Origani*, ana ʒ ii. *Agarici alb. & leuis*, ʒ i ß. *Flor. Stæchad. citrin. Chamomillæ, Roſarum rub. Keiri*, ana ʒ j. Mixta & inciſa coquantur in lixiuio bono: poſtea clarificetur, vt eſt artis, & ſic paratum eſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0418-6
DFG

203

*Vires, & Vſus.*

IN dolore Capitis valdè prodeſt. Inſuper Cerebrum, neruos, oculos, ſenſúſque reliquos egregiè roborat. Lauetur autem cum hoc lixiuio Caput bis in hebdomade. Sed illi, qui frigidi & humidi naturâ ſunt, capitalibus lotionibus rariùs: Qui verò calidi & ſicci, frequentiùs vtantur.

## LIXIVIVM ANTIASTHMATICVM.

℞. R*Ad. Glycirrhiz. raſ. Ireos Flor. Enulæ camp.* ana ℥ ß. *Succini citrin. Thuris alb. Gran. Myrti,* ana ʒ iij. *Herb. Saluiæ min. Betonic. Hyſſopi, Origani,* ana ʒ ij. *Sem. Nigell. Carui,* ana ʒ i ß. *Flor. Chamomill. Roſarum rub. Papau. errat. Anthos*, ana ʒ j. Condita ſacculo coquantur in Lixiuio dulci, poſtea clarificetur, & vſui reſeruetur.

*Vires, & Vſus.*

EX hoc Caput ſingulis ſeptimanis ſemel aut bis ante cibum lauetur: In Aſthmate enim ſiccat & ſiſtit deſtillationes ex capite ad ſubjectas partes; mox ſiccetur, contegatúrque caput.

## LIXIVIVM DIVRETICVM.

℞. H*Erb. Linariæ cum flor. Geniſtæ cum flor. Ebuli cum toto. Fol. Sambuci cum frond.* ana ſ.q. Fiat Cinis, vt eſt artis, ex quo poſtea cum vini Rhenani ſ.q præparetur lixiuium clarum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0419-4

*Vires, Vſus, Doſis.*

FOrtiter Hydropicorum aquas per vrinam expellit, & aliàs in dyſuriâ, & Iſchuriâ ſecretum eſt. Doſis ab ℥ ij. ad ℥ iij. per ſe, vel in vehiculis ſpecificis.

## LIXIVIVM TARTARI.

℞. T*Artari alb. ad nigredinem calcinat.* q. v. Fiat cum aq. Pluuiali deſtillat. lixiuium, in quo poſtea bulliant Cortices Arantiorum, & colaturam claram & tinctam ad vſum reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

SIngulis diebus ad tempus aliquod exhibitum, calculum reſoluit & expellit: necnon omnem tam Renum quàm Veſicæ mucilaginem inſenſibiliter educit. Doſis Cochl. j. in vehiculis ſpecificis.

## LIXIVIVM TINGENS.

℞. L*Ixiuij Sarmentor. vitis*, ℔ ij. *Rad. Bryoniæ*, *Chelidoniæ*, *Curcumæ*, ana ℥ ß. *Croci Lilior. alb.* ʒ ij. *Flor. Verbaſci*, *Stæchad. citrin. Geniſtæ*, *Hyperici*, ana ʒ j. Coquantur ſimul, & fiat lixiuium clarum, vt eſt artis.

*Vires, & Vſus.*

CApillos colorat, clarificat, & flauos facit: ſed crines crebrò lauandi ſunt cum hoc lixiuio; donec perfectè tingantur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0420-5

204

# SECTIO XXVIII.

# DE BALNEIS.

## BALNEVM ARTIFICIALE, VBI THERMÆ NATVRALES DESVNT.

℞. S*Vlphuris citrini* ℔ iij. *Salis marini, Rad. Pyrethri*, ana ℔ j. *Tartari albi, Nitri*, ana ℔ ß. *Bac. Iuniperi, Lauri*, ana ℥ vij. *Lumbricor. terreſt. Sp. vini lotor. & exſiccator.* ℥ vj. *Herb. Roriſmarini, Saluiæ min. Majoranæ, Spicæ noſt. Hyſſopi, Chamæpyt. Thymi*, ana ℥ j. *Flor. Chamomillæ, Verbaſci, Meliloti, Hyperici*, ana ℥ ß. Coquantur in aq. ad balneum, vt eſt artis.

### *Vires, & Vſus.*

BAlneum hoc ſæpius repetendum: Membra enim paralytica recreat, partes neruoſas calefacit, exſiccat, roborat, priſtinæque motioni reſtituit: Præmiſſis tamen vniuerſalibus & particularibus euacuationibus.

## BALNEVM CONTRA STERILITATEM, SEV DIFFICVLTATEM prægnationis,

## PROBATVM.

℞. Rad. *Rubiæ tinct. Petroſelini, Polypodij, Valerianæ*, ana ℥ iij. *Sem. Rut. ſylueſt. Lolij*, ana ℥ ij. *Fruct. virid. Iuniperi*, ℥ i ß. *Herb. Matricariæ, Serpilli, Meliſſæ, Artemiſiæ, Fumar.* ana ℥ j. *Majoran. Lauendul. Agrimon. Meliloti, Verbaſci*, ana ʒ vj. *Calaminth. Chamomill. Origani*, ana ℥ ß. Coquantur omnia craſſiuſculè inciſa & contuſa ex aquâ in lebete magno, donec pars tertia conſumpta fuerit, & f. l. a. Balneum.

### *Vires, & Vſus.*

HOc decoctum vnà cum herbis, radicibus, & ſeminibus in labrum proiice, & in eo mulier ſterilis, poſtquàm per menſtrua probè eſt mundificata, vmbilico tenus ſedeat, ac ibi totum inferiorem ventrem blandè foueat, 12. dies continuando: De tertio autem in tertium diem, Balneum renouetur; & hoc tempore ſe non coniungat viro, ſed poſt elapſos 12. dies: Et ex huius Balnei vſu, multæ ſteriles factæ ſunt proliferæ. Ex Balneo autem exiens mulier; corpus benè tegat pannis, ne ab aëre externo frigido lædatur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0422-7

## BALNEVM STYPTICVM, CONTRA Vteri Hæmorrhagiam probatum.

℞. *ALuminis crudi* ℔ ij. *Rad. Plantaginis, Tormentillæ, Acori aquat. Biſtortæ*, ana ℥ iiij. *Cort. Rad. Acaciæ, Granatorum, Gallarum Turcic.* ana ℥ iiij. *Flor. Roſarum rub. Balauſtiorum*, ana ℥ ij. *Herb. Sanguiſorbæ, Burſæ paſtor. Saluiæ min. Millefolij*, ana ℥ j. Coquantur beneficio ferri, ſeu chalybis igniti, in ſ. q. aquæ pro Balneo, vt eſt artis.

*Vires, & Vſus.*

IN hoc Balneo decenter calido, mulier ſemel in die, manè ſcilicet, ieiuno ventriculo, per horam vnam atque alteram, vſque ad vmbilicum, per aliquot dies continuando, ſedeat: Et poſt Dei prouidentiam certiſſimè liberabitur.

## BALNEVM CONTRA MENSTRVORVM SVPPRESSIONEM PROBATVM.

℞. *RAd. Artemiſiæ rub. cum toto*, ℥ iiij. *Angelicæ hort. Rubiætinct. Aſparagi, Apij*, ana ℥ ij. *Sem. Petroſelini, Bac. Iuniperi, Lauri excort. Myrrhæ*, ana ℥ i ß. *Herb. Centaur. min. Sabinæ, Pulegij*, ana ℥ j. *Fœniculi, Serpilli, Meliſſæ*, ana ʒ vj. *Abſinthij, Chamædr. Marrubij, Parietariæ, Nepetæ, Mercurialis, Roriſmarin.* ana ℥ ß. Bulliant omnia in vaſe magno, in aq. fluuiat. ſ. q. ad conſumptionem tertiæ partis, & ponantur in ſemicupio pro Balneo.

*Vires, & Vſus.*

IN hoc deſideat mulier, vſque ad vmbilicum; pe[rduret] autem in hoc Balneo per horæ dimidiu[m] deinde ſe recipiat cubitum & exſiccetur: Non ve[ro] ſemel vtendum, ſed ter vel quater ſingulis ſeptima[nis] repetendum.

---

## BALNEVM IN ICTERITIA, AD CVTEM detergendam expertum.

℞. T*Artari albi*, ℔ j. *Rad. Iréos Florent. Hermodact. Al[bi] Sigilli Salomon.* ana ℥ iiij. *Fabarum integr. Lu[pi]norum, Hordei integr.* ana ℥ ij. *Fol. Viſci quercin.* ℥ i ß. *Her[b.] Abſinthÿ, Maluæ min. Parietariæ, Chelidoniæ, Sapona[riæ]* ana ℥ j. *Flor. Centaur. min. Chamæmill. Nenuphar.* ana ℥ [ß]. Fiat l. a. decoctio pro Balneo.

*Vires, & Vſus.*

IN hoc Balneo natet patiens; egreſſus verò è Bal[n]neo confeſtim ſe in lectum recipiat, ac ſudet in eo per ſpatium vnius horæ, manè continuando per aliquot dies.

---

## BALNEVM CONTRA CALCVLVM Renum & Veſicæ.

℞. R*Ad. Althéæ, Maluæ*, ana vnc. iiij. *Petroſelin[i], Ononid.* ana vnc. ij. *Verbenæ, Eryngij, Fœnicul[i], Rubi*, ana vnc. i ß. *Bac. Lauri excort. Sem. Lini*, ana vnc. j.

206

*Flor. Maluæ arbor.* ℥ vj. *Herb. Chamomillæ, Tanaceti, Anethi, Meliloti, Verbaſci, Parietariæ, Saxifragiæ, Quinquefolij, Violariæ, Fragariæ*, ana ℥ ß. Miſc. & coquantur ad Balneum, vti moris.

*Vires & Vſus.*

IN hoc Balneo ſedeat æger, tantiſper dum vehementibus doloribus torquetur. Quo vti poſt alias euacuationes eſt ſaluberrimum: Et eo ipſo tempore, quo æger in Balneo reſidet, potiones calculum frangentes exhiberi poſſunt.

---

## BALNEVM MEDICAMENTOSVM, ſiue lotio pedum.

℞. L*Ap. Lapid. medicament.* ℥ iiij. *Aluminis plumoſi*, ℥ iiij. *Cort. int. virid. Sambuci*, ℥ i ß. *Herb. Ebuli*, vnc. j. *Artemiſiæ, Pentaphyll. Hyperici, Anethi, Callitrich.* ana ℥ vj. *Ciner. Lig. Guajaci, Sal. Communis*, ana vnc. ß. Coq. in Aq. fluuiatili pro Balneo.

*Vires, & Vſus.*

TRansfundatur in vas, in quo pedes conſiſtere poterunt. Hi autem tam altè lauacro inſiſtent, vt excedat; Sic, tam in Scorbuto, quàm aliis morbis, &c. tumores pedum depellit: Sed immorandum ad horas duas vel tres, & continuetur triduum vel quatriduum manè ſtomacho ieiuno; poſtea abſtergantur pedes linteo.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0425-4

## BALNEVM NITROSVM PRO PEDIBVS.

℞. NItri opt. ℔ ß. Salis marini, ℥ iiij. Flor. Chamomill. Maluæ arb. Roſar. rub. ana ℥ j. Herb. Betonicæ, Origani, Saluiæ, Rutæ, ana ℥ ß. Miſ. coq. & f. Balneum pro pedibus.

*Vires, & Vſus.*

HOc vtatur æger manè & veſperi: Extrahit enim humidam pituitæ materiam in articulis hærentem, necnon humores ex ſupernis partibus ad infernas elicit, quos deinde linteo puro abſterges.

## BALNEVM HYPNOTICVM PRO PEDIBVS.

℞. COrt. Rad. Mandragoræ, Hyoſcyami, Maluæ min. ana ℥ j. Herb. Violarum, Melilot. Lactucæ, Solani, Anethi, ana ℥ ß. Cap. Papau. alb. cum ſem. No. xj. Flor. Nymphææ, Verbaſci, Chamomillæ, Roſarum, ana ℥ ij. Spong. in arbuſto Roſar. natæ, No. j. Miſc. & f. l. a. coctio pro Balneo pedum.

*Vires, & Vſus.*

HÆc lotio pedum fiat veſperi ante cibum, vel ante ingreſſum lecti, ſic laſſitudinem diſcutit & ſomnum ſuauiter conciliat: Non autem pedes rurſus abſtergendi; Sed linteo humido inuoluendi ſunt.

# SECTIO XXIX. DE VESICATORIIS.

## VESICATORIVM IN DOLORE CAPITIS ET DENTIVM, OCCIPITI poſt aures applicandum.

℞. *T*Heriacæ *Venet.* ℈ ij. *Canthariд. demptis alis & capitibus, Ping. Leporis,* ana ʒ ß. *Rad. Pyrethri. Nuc. Moſchat.* ana ℈ j. Miſc. & cum ſ. q. Fermenti fiat l. a. Veſicatorium in parte, vbi dolor eſt.

## VESICATORIVM ALIVD IN CEPHALÆA, &c.

℞. *CAnthariд. in aceto macerat.* ʒ j. *Zingib. alb. Piperis long.* ana ʒ ß. *Maioranæ*, ℈ j. Miſc. & cum Fermenti ſ. q. fiat optima incorporatio; poſteà cum dimidio nucis cortice ſuperpone, donec veſica excitata fuerit; quæ poſtea rumpitur, illíque ſuperimponitur folium braſſicæ, & aperta detinetur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0427-6

## VESICATORIVM IN OMNI MENTIS alienatione, Phreneſi, Melancholiâ, Maniâ, &c.

### PROBATVM.

℞. C*Antharid. abjectis alis & capitibus*, ℈ iiij. *Ping. Leporin.* ʒ j. *Succini alb. præp. Cubebarum*, ana ℈ j. *Ficuum ping.* No. ij. *Aceti parum*, Miſc. & cum ſ. q. Fermenti & aliquot guttulis ſp. Vini, ſine igne redigantur in formam Emplaſtri, & vertici à capillis nudo apponatur.

## VESICATORIVM IN ANGINA

### EXPERTVM.

♃. F*Ermenti*, ℥ ß. *Rad. Althéæ*, *Iréos Flor.* ana ʒ ij. *Cantharid. præp.* ʒ i ß. *Pul. Suc. Glycyrrhiz. Croci Oriental.* ana ℈ j. *Ficuum ping.* No. ij. Miſc. & incorporetur pro Emplaſtro, ponatúrque ſuper pectus: Optimè enim diuertit materiam ad pectus, & eſt experimentum nobiliſſimum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0428-2

# SECTIO XXX.
# DE PESSIS.

## PESSVS APERIENS, CONTRA menſes ſuppreſſos.

℞. R *Ad. Artemiſiæ rub. Dictam. alb. Aſari, Hellebori alb. Rubiæ tinct.* ana ʒ ij. *Scammonij, Majoranæ, Sabinæ, Croci Oriental.* ana ʒ j. *Bac. Lauri excort. Myrrhæ rub. Caſtorei veri, Sagapeni, Aloës epat.* ana ℈ ij. *Sem. Staphid. agriæ, Nigellæ, Naſturtii, Rutæ,* ana ʒ ß. Hæc omnia incorporentur cum ſucco Artemiſiæ rub. vel Terebinth. & f. peſſi ad longitudinem medij digiti, craſſitudine digiti unius; inter incorporandum ad medium longitudinis inuoluatur filum, cuius extremitas maneat, excedat ad palmam vnam, ad extrahendum; aut puluis ponatur in ſacculo, confecto ex panno raro, addito pauco bombace: Fiat ad craſſitudinem digiti maioris, indatúrque.

## PESSVS ADSTRINGENS CONTRA VTERI HÆMORRHAGIAM.

℞. *Farin. volat. molend.* ℥ ß. *Rad. Tormentillæ, Biſtor-tæ*, ana ʒ ij. *Ciner. Ranarum, Croci Martis, Gallarum Turc. Sang. Dracon. Boli Armeni, Corn. Cerui vſti*, ana ʒ j. *Hypociſtidis, Roſarum rub. Balauſtiorum, Acaciæ, Olibani, Maſtichis*, ana ʒ ß. Miſc. & cum ſucco plantaginis & album. ouorum f. l. a. Peſſi, qui in mulieris pudendum inſerantur.

## PESSVS CONTRA SVFFOCATIONEM ET PRAECIPITATIONEM VTERI.

℞. *Rad. Iréos Florent. Roſarum rub*, ana ʒ iij. *Styracis cal. Benzoin.* ana ʒ i ß. *Caryophyllorum, Spicæ Indicæ, Galliæ Moſchat.* ana ℈ j. Miſc. & fiat l. a. Peſſus ad formam ſuppoſitorij, qui filo obligatus, noctu ſubiiciatur.

## SI MVLIER PROPTER PINGVEDINEM VEL HVMIDITATEM EST STERILIS, valet ſequens peſſus.

℞. *Sem. Lolij, quod in frumento vel ſiligine reperiri ſolet*, ℥ ß. *Coag. Leporis, Aluminis vſti, Caſtorei, Styrac. liquid.* ana ʒ ij. *Myrrhæ rub. Opopanacis, Galbani, Calaminth. Piperis rot.* ana ʒ j. *Moſchi & Ambræ*, ana ℈ ß. Optimè ſimul incorporentur, & f. duo peſſi, horum

que vnum mulier teneat in Vuluâ à meridie vſque ad veſperam.

## ANNOTATIO.

1. Si poſt peſſos acutos, dolor relinquatur in vulvâ, ſtatim ſubmittatur licinium cum ol. Violarum, quod etiam poteſt diſtemperari cum mucilagine pſyllij, ne fiat exulceratio.

2. Si ſunt fortes, non retineat eos vltrâ horam; debiliores verò, per integram noctem.

3. Peſſi communiter poſt balneum ſunt immittendi, quemadmodum licinia per lanam inuoluta, & ſuccis madefacta.

# SECTIO XXXI.
# DE SVPPOSITORIIS.

## SPECIES AD SVPPOSITORIA acuta conficienda.

♃. GRan. *Colocynthid.* ℥ i ß. *Rad. Hellebori alb. Eſulæ min. præp. Hermodact. alb.* ana ℥ j. *Cort. Myrob. citrin. Rad. Polypodij, Fol. Senæ Agarici troch.* ana ℥ ß. *Sal. Gemmæ, Nitri,* ana ʒ ij. *Flor. Chamomillæ,* ʒ j. Miſc. & f. omnium puluis ad vſum reponendus.

## SVPPOSITORIA SICCA.

℞. F*Arin. Frumenti,* ℥ iiij. *Sal. Communis,* ℥ i ß. *Sem. Colocynthid.* ℥ j. *Hermodact. alb. Hellebori alb. Eſulæ min. præp.* ana ℥ ß. *Maluæ min. rad. Tartari alb.* ana ʒ ij. *Opopanacis, Sagapeni,* ana ʒ j. Miſc. & cum vitell. ouorum f. l. a. ſuppoſitoria ſicca.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0432-3
DFG

## SVPPOSITORIA IN EPILEPSIA, Apoplexiâ, Vertigine, Subeth, Congelatione, Stupore, &c.

℞. TRochiſc. *Alhandal*, *Agarici trochiſcat.* ana ʒ j. *Hellebori nig. Fol. Senæ*, ana ʒ ß. *Sal. Gemmæ, Nitri*, ana ℈ j. Mellis q. ſ. Fiant ſuppoſitoria duo groſſa & oblonga, vt eſt moris.

## SVPPOSITORIA ANODYNA.

℞. SEm. *Cymini, Rutæ*, ana ʒ ij. *Mumiæ tranſmarin. Opij Thebaic.* ana ʒ j. *Flor. Papau. errat. Croci Orient.* ana ℈ j. *Styrac. calamit. Caſtorei veri*, ana ℈ ß. Miſc. & f. puluis, qui melle excipiatur.

## SVPPOSITORIA STYPTICA CONTRA Dyſenteriam ventríſque fluxus.

℞. HYpociſthidis, ℥ j. *Gallar. Turc. Acaciæ*, ana ℥ ß. *Cort. Granator.* drach. iij. *Rad. Althéæ, Glycyrrhiz.* ana dra. j. *Corn. Cerui vſt. Croci Martis, Sang. Draconis*, ana dra. ß. Miſc. & cum album. ouorum & ſuc. plantaginis f. l. a. ſuppoſitoria.

## SVPPOSITORIA DYSENTERICA, ANODYNA, ET SOMNVM CONCILIANTIA.

℞. MEllis cocti, ℥ iij. *Sem. Hyoſcyami alb. Papau. nigri*, ana ʒ i ß. *Opij Thebaici*, *Balauſtior. Spodij*, *Olibani*, ana ʒ j. *Flor. Papau. errat. Croci Orient.* ana ℈ j. Miſc. & fiant l. a. ſuppoſitoria.

## SVPPOSITORIA CARMINATIVA.

℞. COrt. *Arantiorum*, *Flor. Chamomill.* ana ʒ i ß. *Sem. Cymini*, *Carui*, *Seſeleos*, *Ameos*, *Agni caſti*, *Cherefolij*, *Rutæ.* ana ʒ j. *Pul. Colocynthid. Salis vulgaris*, ana ℈ j. Mellis q. ſ. Miſc. & fiant l. a. ſuppoſitoria.

# SECTIO XXXII.

# DE ENEMATIS.

## ENEMA NVTRIENS.

℞. PVr. *Carnis bubulæ, Caponis*, ana ℥ viij. *Crem. Hordei, Lact. Vaccini*, ana ℥ iiij. *Vini opt.* ℥ iij. *Sacchari roſat.* ℥ j. *Panis tritic. exſic. & pulu.* ℥ ß. *Vitell. Ouorum.* No. ij. & f. l. a. Enema quod iniiciatur, vt eſt moris.

## ANNOTATIO.

Maximo emolumento ad nutriendum & vires conſeruandum aliquando adminiſtrantur talia Enemata in Anginâ, faucibus à tumore præcluſis, Orificio ventriculi obturato, aut eius vlceribus & tuberculis, Conuulſione oris. Paralyſi linguæ & ſimilibus, &c. cùm ægri alimenta per os aſſumere nequeunt, vel Ventriculus nihil retinere valet. Applicetur autem poſt reiecta excrementa, vel cùm dormiturit: alioquì excrementa miſcerentur, & inficeretur id quod iniicitur. Optimè ægrotos nutrit.

## ENEMA BILEM EVACVANS.

♃. P*Aſſular. min.* ℥ iij. *Hordei excort. Sem. Lini*, ana ℥ ij. *Rhabarb.* ℥ ß. *Coq. & ♃. Colaturæ*, ℔ j. *Ol. violacei*, ℥ iij. *Mannæ Calab.* ℥ j. *El. de ſucco Roſar.* ℥ j. Miſc. & f. Clyſter.

## ENEMA PITVITAM PVRGANS.

♃. R*Ad. Enulæ camp. Pyrethri*, ana ℥ j. *Herb. Calaminthæ, Marrubij, Pulegij*, ana ℥ ß. *Agarici trochiſc. & in panniculo ligati, Turbith albi*, ana ʒ iij. *Sem. Carthami*, ʒ ij. *Flor. Chamomillæ, Anthos*, ana ʒ i ß. *Coq. & ℞. Colaturæ*, ℔ j. *Ol. Rutæ*, ℥ iij. *Vini Malvat.* ℥ ij. *Mellis Scillitici*, ℥ j. *Benedict. laxat. Diaphænicon.* ana ℥ ß. *Salis com.* ʒ ij. Miſc. & f. Clyſter.

## ENEMA HVMORES MELANcholicos deturbans.

♃. R*Ad. Polypodij querc.* ℥ j. *Petroſelini, Fœniculi, Aſparagi*, ana ʒ vj. *Herb. Fumariæ, Epithymi, Scolopendrij, Meliloti*, ana ℥ ß. *Flor. Chamomillæ, Borraginis, Bugloſſæ*, ana ʒ ij. *Sem. Fœniculi, Aniſi*, ana ʒ j. *Coq. & ℞. Colaturæ*, ℔ j. *Ol. Anethi.* ℥ ij. *Mellis Anthoſat.* ℥ j. *Conf. Hamech, Diacatholicon.* ana ℥ ß. *Sal. Gemmæ*, ʒ i ß. *Ext. Hellebori nigri*, ℈ ij. Miſc. & f. Clyſter.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0436-6
DFG

212

## ENEMA PHLEGMA ET HYDROPIcorum aquas purgans.

℞. *Rad. Graminis, Aſparagi. Petroſelini, Pentaphyll.* ana ℥ j. *Herb. Braſſicæ marin. Mercurialis*, ana ʒ vj. *Flor. Sambuci, Geniſtæ, Stæchados, Anthos*, ana ℥ ß. *Agarici in panno ligat. Mechoacannæ, Bac. Lauri*, ana ʒ iii. *Sem. Fœniculi, Carui, Cymini*, ana ʒ ij. *Coq. & ℞. Colaturæ*, ℔ j. *Suc. Rad. Iridis noſt. exp.* ℥ iij. *Cort. int. Sambuci exp.* ℥ ij. *Ol. Rutacei, Anethi*, ana ℥ i ß. *Benedict. Laxat.* ʒ vj. *Salis com.* ʒ ij. Miſc. & f. Clyſter.

## ENEMA IN CEPHALALGIA, vertigine, Scotomia, Phrenitide, & aliis Capitis affectibus.

℞. *Fol. Senæ Alexand.* ℥ j. *Rad. Bryoniæ, Agarici*, ana ℥ ß. *Herb. Maioran. Chamomill. Centaur. min. Saluiæ, Origani*, ana ʒ ij. *Flor. Lilior. conuall. Anthos*, ana ʒ i ß. *Pulp. Colocynthid. Hellebori nigri*, ana ʒ j. Miſc. & coq. in ſ. q. Aquæ pluuial. ad medietatem, & ℞. *Colaturæ*, ℔ j. *Ol. Verbenæ*, ℥ iij. *Mellis Anthoſat.* ℥ i ß. *Sal. com.* ʒ ij. Miſc. & f. Enema quod iniiciatur.

## ALIVD ENEMA CEPHALICVM.

℞. *Rad. Aſari rec. exſic.* ℥ j. *Furfur. tritic.* ℥ ß. *Herb. Calaminth. Betonic. Maluæ, Mercurialis, Chamomill.* ana ʒ ij. Ex quibus fiat Decoctum, de quo ſu-

matur ℔ j. & adde: *Ol. Flor. Sambuci*, ℥ iij. *Mellis ro-ſat.* ℥ ij. *El. Diaſenæ*, ℥ j. *Sal. Gemmæ*, ʒ i ß. Miſc. pro Enemate.

## ALIVD ENEMA FORTIVS.

♃. ℞ *Ad. Hellebori nigri*, ℥ ß. *Sem. Colocynthid. contuſ.* ʒ iij. *Herb. Chamomill. Rom. Verbenæ, Maioranæ, Origani, Altheæ*, ana ʒ ij. *Sem. Fœniculi, Carui, Aniſi*, ana ʒ j. Coq. & ℞. Colaturæ ℔ j. *Ol. oliuarum*, ℥ iij. *Mellis Anthoſat.* ℥ i ß. *Sal. Commun.* ʒ iij. *Eſſ. Fol. Senæ*, ℥ j. Miſc. & f. Enema.

## ANNOTATIO.

De horum Enematum laxatiuis poteſt ſecundùm ſexum, complexionem, ac ætatem deponi, vel addi, quod etiam in cæteris omnibus obſeruandum.

## ENEMA SPECIFICVM IN MELANCHOLIA, MANIA, TRISTITIA, CONGELATIONE, Quartanâ, Scabie, Impetigine, Morphæâ, Cancro, Elephantiaſi, Scirrho Lienis, & in omnibus malis ex atrâ bile procreatis.

♃. ℞ *Ad. Polypodij querc.* ℥ ij. *Cort. Myrob. Ind.* ℥ j. *Herb. Fumariæ, Hyperici, Majoranæ, Cuſcutæ, Lupuli, Stœchados*, ana ℥ ß. *Hellebori nigri*, ʒ ij. *Coq. & ℞. Colaturæ* ℔ j. *Ol. Chamomillæ*, ℥ iij. *Hieræ Logadij*, ℥ j. *Tartari Vitriolati, Sal. Gemmæ*, ana ʒ i ß. Miſc. pro Enemate.

ALIVD

## ALIVD ENEMA SPECIFICVM IN MELANCHOLIA, &c.

℞. Cort. Rad. Bugloſſæ. ℥ ij. Fol. Senæ Alexand. ℥ j. Herb. Obſtruiij, Chelidon. min. Anethi, Chamomill. Rom. Fumariæ, Baſilic. ana ℥ ß. Coq. & ℞. Colaturæ, ℔ j. Ol. Roſati, ℥ iij. Conf. Hamech. ℥ j. Sal. commun. ʒ iij. Croci Orient. ℈ j. Miſce pro Enemate.

## ENEMA IN SVBETH ET STVPORE.

℞. Rad. Lilior. conual. ℥ j. Herb. Centaur. min. Stæchados, Origani, Calaminth. Saluiæ, Aſari, ana ℥ ß. Sem. Carthami, Gran. Colocynthid. Agaric. opt. ana ʒ iij. Coq. & ℞. Colaturæ ℔ j. Ol. Chamomill. ℥ iij. Diaſenæ, ℥ ß. Sal. commun. ʒ iij. Ext. Hellebori nigri, ℈ j. Miſc. pro Enemate, quod adminiſtretur pluſquam tepide.

## ENEMA FORTE IN EPILEPSIA ET SVFFOCATIONIBVS.

℞. Sem. Carthami, ℥ j. Agarici opt. ℥ ß. Pulp. Colocynthidos, ʒ iij. Herb. Centaur. min. Lauendulæ, Majoran. Hyſſopi, Betonic. Rutæ hort. ana ʒ ij. Caſtorei veri, Flor. Lilior. conual. Anthos, ana ʒ i ß. Coq. & ℞. Colatur. ℔ j. Ol. Chamomill. ℥ iij. Mellis roſat. ℥ ij. Acidi Tartari, Sal. Gemmæ, ana ʒ j. Miſc. pro Enemate.

## ALIVD SPECIFICVM.

♃. RAd. *Angelicæ, Pæoniæ*, ana vnc. j. *Agarici opti*mi, *Viſci quercin*. ana vnc. ß. *Stercoris Pauonis*, *Succini citrini*, ana ʒ iij. *Herb. Lauendulæ, Saluiæ, Chamomill. Maluæ, Origani, Stæchados*, ana ʒ ij. *Sem. Fœniculi, Carui, Anethi*, ana ʒ j. Coq. & ℞. *Colaturæ*, ℔ j. *Ol. Rutæ*, vnc. iij. *Hieræ Pachij*. vnc. j. *Sal. commun*. ʒ iij. Miſc. pro Enemate.

## ENEMA IN SPASMO SEV CONVVLSIONE.

℞. RAd. *Pyrethri, Ebuli*. ana vnc. j. *Herb. Betonic. Saluiæ, Althεæ, Maluæ, Serpilli*, ana vnc. ß. *Flor. Maluæ arb. Hyperici, Verbaſci*, ana ʒ ij. Coq. & ℞. *Colatur*. ℔ j. *Ol. Chamomill*. vnc. iij. *Diaphœnic*. vnc. j. *Ping. Anguillæ*, vnc. ß. *Sal. Gemmæ*, vnc. i ß. *Turbith. alb. optim*. ʒ i ß. Miſc. & f. Enema quod applicetur.

## ENEMA FORTE IN APOPLEXIA ET SIMILIBVS, &c.

℞. AGarici opt. vnc. ß. *Herb. Centaur. min. Origani, Roriſmarini, Stæchados, Chamedr. Calaminth*. ana ʒ ij. *Pulp. Colocynthid*. ʒ i ß. Coq. & ℞. *Colatur*. ℔ i. *Ol. Rutacei*, vnc. iii. *Benedict. laxat*. vnc. i. *Mellis Anthoſati*, vnc. ß. *Salis comm*. ʒ ii. *Tartari vitriolat*. ʒ i. Miſc. & f. Enema; quod citò & abſque omni morâ applicetur.

214

## ALIVD ENEMA APOPLECTICVM FORTIVS.

℞. *Rad. Iréos noſtrat. Cucum. aſinin. Cyclaminis*, ana ℥ j. *Agarici trochiſcat.* ℥ ß. *Herb. Centaur. min. Majoran. Origani, Lauendulæ, Calaminth.* ana ʒ iij. *Gum. Bdellij elect. Opopanac. Ammoniaci*, ana ʒ ij. *Pulp. Colocynthidos*, ʒ i ß. Coq. & ℞. *Colaturæ*, ℔ j. *Ol. Rutacei*, ℥ iij. *El. Benedict. laxat. Epiſcopi*, ana ʒ vj. *Sal. commun.* ʒ iij. *Eſſ. Fol. Senæ*, ʒ j. Miſc. pro Enemate.

## ENEMA IN PARALYSI ET RESOLVTIONE.

℞. *Rad. Pyrethri, Acori*, ana ℥ j. *Hermodactylor. alb. Agarici opt.* ana ℥ ß. *Herb. Roriſmarin. Aſari, Paralyticæ, Hyſſopi, Mentaſtr.* ana ʒ ij. *Pulp. Colocynthid.* ʒ j. Coq. & ℞. *Colaturæ*, ℔ j. *Ol. Rutacei*, ℥ iij. *Hieræ Pachij*, ℥ j. *Salis communis*, ℥ ß. Miſc. pro Enemate.

## ALIVD ENEMA PARALYTICVM SPECIFICVM.

℞. *Bac. Iuniperi, Rad. Ebuli*, ana ℥ j. *Hermodact. alb. Gran. Colocynthid.* ana ʒ iij. *Herb. Iuæ arthetic. Maioranæ, Stœchados, Rutæ, Saluiæ, Origani*, ana ʒ ij. Coq. & ℞. *Colatur.* ℔ j. *Ol. Flor. Primulæ veris*, ℥ iij. *Diaphœnic.* ℥ j. *Sal. Gemmæ*, ʒ i ß. Miſc. & f. Enema.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0441-2

## ENEMA CONTRA INFLATIONEM VENTRICVLI.

♃. *Cort. rad. Sambuci*, ℥ j. *Herb. Calaminth. Pulegij, Rutæ hort. Chamomill. Fol. Lauri*, ana ℥ ß. *Sem. Fœniculi, Aniſi, Cymini, Dauci*, ana ʒ ij. *Caricar.* No. vij. Coq. & ℞. *Colatur.* ℔ i. *Ol. Anethi*, vnc. iii. *Mellis deſp.* vnc. i ß. *Diacatholic. Diaphœnic.* ana ʒ iii. *Salis com.* ʒ i ß. Miſc. & f. Enema tepidè iniiciendum.

## ENEMA AD ILIACAM PASSIONEM.

℞. *Rad. Althéæ & Maluæ cum toto*, ana ℥ i ß. *Hordei excort.* ℥ j. *Flor. Chamomill. Sambuci*, ana ℥ ß. Coq. & ℞. *Colatur.* ℔ j. *Ol. Lini*, ℥ iij. *Caſsiæ ext.* ℥ j. *Aloës epatic.* ℥ ß. *Sal. Nitri*, ʒ i ß. Miſc. & f. Enema.

## ENEMA CARMINATIVVM.

♃. *Rad. Zedoariæ, Bac. Iuniperi*, ana ℥ j. *Herb. Chamomill. Rom. Anethi, Fœniculi, Mercurialis, Chærefolij*, ana ℥ ß. *Sem. Agni caſti, Carui, Cymini, Aniſi, Ameos*, ana ʒ iij. *Pulp. Colocynthid.* ʒ i ß. Coq. & ℞. *Colatur.* ℔ j. *Ol. Rutacei*, ℥ iij. *El. de ba. Lauri*, ℥ j. *Caſſ. rec. ext.* ℥ ß. *Sal. commun.* ʒ ij. *Caſtorei*, ℈ j. Miſc. & f. Enema.

## ENEMA DISCVTIENS.

℞. Rad. Enulæ camp. Cort. Arantior. ana ℥ j. Herb. 4. emollient. Calaminth. Origani, ana ℥ ß. Sem. Fœniculi, Anethi, Aniſi, Cymini, Carui, Sileris, ana ʒ ij. Coq. & ℞. Colatur. ℔ j. Ol. Chamomill. Rutæ, ana ʒ i ß. El. Diaphœnic. ℥ j. Mellis Anthoſat. Sacchar. rub. ana ʒ vj. Conf. è bac. Lauri, ℥ ß. Sal. Gemmæ, ʒ j. Miſc. pro Enemate.

## ENEMA VENTREM LENIENS IN COLICA.

℞. Cort. int. Frangulæ, Sambuci, ana ℥ j. Herb. Chamomill. Meliloti, Pulegij, Calaminth. Origani, ana ℥ ß. Sem. Fœniculi, Aniſi, Carthami, Maluæ, ana ʒ ij. Coq. & ℞. Colaturæ ol. ℔ j. Anethi, ℥ iij. El. Diacartham. ℥ j. Sal. commun. ʒ j. Miſc. pro Enemate.

## ENEMA ALIVD VENTREM LENIENS IN COLICA.

℞. Rad. Fœniculi, Apij, ana ℥ j. Herb. Mercurialis, Maluæ, Parietariæ, Atriplicis, ana ℥ ß. Flor. Chamomill. Sambuci, Perſicorum, ana ʒ ij. Coq. & ℞. Colatur. ℔ j. Ol. Sem. Lini, ℥ iiij. Sacchari Thomæi, ℥ i. El. Diaphœnic. ʒ vj. Sal. Gemmæ, ʒ i ß. Miſc. pro Enemate.

## ENEMA VENTREM LENIENS IN COLICA AB APOSTEMATE.

℞. RAd. *Symphyti, Althéæ*, ana ℥ j. *Herb. Maluæ min. Violar. Meliloti*, ana ℥ ß. *Flor. Maluæ arbor. Acaciæ, Lilior. alb.* ana ʒ ii. Coq. & ℞. *Colaturæ*, ℔ i. *Ol. Chamomill.* ℥ iiii. *El. de ſucco Roſar.* ʒ vi. *Caſſ. rec. extract.* ℥ ß. *Crem. Tartari*, ʒ ii. *Sal. comm.* ʒ i ß. Miſc. pro Enemate.

## ENEMA IN CAVSA A DVRITIE FÆCVM.

℞. RAd. *Althéæ, Maluæ*, ana ℥ i. *Herb. Branc. vrſin. Parietariæ, Biſmaluæ*, ana ʒ vi. *Flor. Chamomill. Sem. Fœnugræci, Lini*, ana vnc. ß. Coq. & ℞. *Colatur.* ℔ i. *Ol. Seſamini*, vnc. iii. *Benedict. Laxat.* vnc. i. *Sal. commun.* ʒ iii. Miſc. pro Enemate.

## ENEMA COLICVM QVOD VEHEMENTER PROBATVR.

℞. BRodij *carn. ping.* ℔ i. *Ol. Chamomill. Anethi*, ana vnc. ii. *Mellis deſpumat.* vnc. i ß. *Crem. Tartari*, ʒ iii. *Sal. Gemmæ*, ʒ i ß. Miſce pro Enemate.

## ENEMA DOLOREM COLICVM SEDANS.

℞. Rad. Maluæ min. Althéæ, ana ℥ j. Flor. Chamomill. Meliloti, Sambuci, ana ℥ ß. Sem. Fœniculi, Aniſi Cymini, Apij, Lini, ana ʒ ij. Coq. & ℞. Colatur. ℥ xij. Vini Maluat. ℥ iiij. Ol. Chamomill. Anethi, ana ℥ ij. Benedict. laxat. ℥ j. Vitell. ouorum, No. j. Miſc. & f. Enema.

## ENEMA ANODYNVM.

℞. Rad. Liliorum albor. Glycyrrhiz. Althéæ, ana ℥ j. Herb. Chamomill. Meliloti, Malu. min. Violar. ana ℥ ß. Sem. Fœnugræc. Lini, Cydoniorum, ana ʒ iij. Cor. Mandragor. Flor. Papau. errat. ana ʒ i ß. Coq. & ℞. Colatur. ℔ j. Butyri rec. non ſalit. ℥ iij. Vitell. ouorum, No. j. Ext. Croci Or. ℈ ß. Miſc. & f. Enema.

## ENEMA REFRIGERANS.

℞. Herb. Fragariæ. Portulac. Violar. Lactuc. ana ℥ ß. Sem. 4. Frigid. major. ana ʒ ij. Prunor. Damaſc. No. xx. Flor. Nymphææ, Verbaſci, Roſarum, ana ʒ j. Coq. & ℞. Colatur. ℔ j. Ol. Violacei. ℥ iij. Mellis roſat. ℥ j. El. de ſucco Roſar. ʒ vj. Nitri præp. ʒ j. Miſc. & iniiciantur.

## ENEMA CALEFACIENS.

℞. RAd. *Enulæ camp. Pyrethri*, ana ℥ j. *Herb. Calaminth. Mercurialis, Origani, Hyſſopi*, ana ℥ ß. *Flo. Chamomillæ, Stæchados, Anthos, Saluiæ maior.* ana ʒ ij. *Agarici in panno ligat. Sem. Cymini, Aniſi, Ameos*, ana ʒ i ß. Coq. & ℞. Colaturæ ℔ j. *Ol. Rutacei*, ℥ iij. *Benedict. laxat.* ℥ j. *Sal. marin.* ʒ iij. *Ext. Abſinthÿ* ℈ j. Miſc. pro Enemate.

## ENEMA STYPTICVM IN FLVXIBVS VENTRIS.

℞. CAſei ſicci præp. ℥ i ß. *Rad. Cynogloſſæ, Cort. Granator. Gallar. Turc.* ℥ j. *Coq. in vini Styptici ſ. q.* & ℞. *Colaturæ*, ℔ j. *Thuris pulueriſat.* ʒ iij. *Vitell. Ouorum*, No. j. Miſc. & f. Enema quod tepidè applicetur.

## ENEMA ALIVD STYPTICVM.

℞. OL. *Hyperici*, ℥ vj. *Mellis Roſat. Seui Hircini, Ceræ nouæ*, ana ℥ iij. Liquefiant omnia ad ignem, & f. Enema ad reſtringendam aluum.

## ENEMA ADSTRINGENS.

℞. R*ad. Acori aquatici, Tormentill. Serpentariæ*, ana ℥ j. *Herb. Sanguiſorbæ, Arnogloſſæ, Plantaginis*, ana ℥ ß. *Sem. Oxalidis, Portulac. Myrti*, ana ʒ iij. *Flor. Verbaſci citrin. Roſar. rub. Balauſtior.* ana ʒ i ß. Coq. in lacte vſtulato, vel in aq. chalybeatâ, vel fabrorum; & ℞. Colaturæ ℔ j. *Amyli*, ℥ j. *Gum. Arabici, Tragacanth.* ana ʒ j. Miſc. & f. Enema ſine Oleis.

## ENEMA ALIVD ADSTRINGENS.

℞. R*ad. Tapſi barbat. Plantaginis, Biſtortæ*, ana ℥ j. *Herb. Caudæ equinæ, Polygoni, Herniariæ*, ana vnc. ß. *Balauſtiorum, Cort. Granator.* ana ʒ ij. *Roſar. rub. Sumach*, ana drach. j. Coq. in aq. ferratâ, & ℞. Colaturæ ℔ j. *Succi Millefolij*, vnc. ij. *Seui Hircini*, vnc. i ß. *Croci Orient.* ℈ j. Miſc. & f. Enema, quod detur poſt clyſteres deterſorios, vel purgationem excrementorum.

## ENEMA AD LIENTERIAM ET DIARRHOEAM.

℞. R*ad. Verbaſci, Serpentariæ, Tormentillæ*, ana vnc. j. *Herb. Millefolij, Hyperici. Fol. Rubi*, ana vnc. ß. *Nuc. Cupreſſi, Gran. Myrti*, ana ʒ ij. Coq. & ℞. Colaturæ ℔ j. *Mellis Roſat.* vnc. j. *Hypociſtidos, Acaciæ* ana ʒ iij. *Ladani*, ʒ j. Miſc. & per inferiora tepidè infun-

dantur, poſt aliquam deterſionem per medicamen tum purgans & adſtringens.

## ENEMA DETERGENS ET SICCANS.

℞. *HOrdei integri*, ℥ i ß. *Fol. Abſinthij, Myrti*, ana ℥ ß. *Lupinorum, Lentium*, ana ʒ ij. *Flor. Centaur. min. Roſar. rub.* ana ʒ j. Coq. in aq. pluuiali: & ♃. *Colaturæ*, ℔ j. *Mellis roſat.* ℥ iij. Mixta tepidè injiciantur.

## ENEMA CONSOLIDANS.

℞. *RAd. Tapſibarbati Conſolid. maior.* ana ℥ i ß. *Herb. Plantaginis, Equiſeti, Fol. Myrti*, ana ℥ ß. *Roſar. rub.* ʒ ij. Fiat decoctio in aq. ferratâ & ♃. *Colatur.* ℔ j. *Seui Caprilli.* ℥ ij. *Amyli*, ʒ j. *Maſtichis*, ʒ ß. Miſc. & f. Enema quod iniiciatur.

## ENEMA AD BILEM ALTERAN DVM IN DYSENTERIA, &c.

℞. *HOrdei excort. Sem. Lini*, ana ℥ ij. *Paſſular. min.* ℥ j. *Herb. Maluæ min. Violariæ*, ana ℥ ß. Fiat decoctio in aq. de quâ accipe ℔ j. *Ol. Roſati*, ℥ iij. *Sacchari rub.* ℥ i ß. *Vitell. ouorum.* No. j. *Salis parum.* Miſc. & per inferiora indantur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0448-4
DFG

218

## ENEMA DOLORES DYSENTERICOS SEDANS.

℞. Lactis vaccini, ℔ ß. Ol. Violacei, ℥ iij. Medull. Ceruin. ℥ j. Amyli, ℥ ß. Tragacanth. ʒ ij. Lycij, ʒ j. Mixta omnia aluo tepidè indantur.

## ENEMA ALIVD DOLORES DYSENTERICOS SISTENS.

℞. Rad. Glycyrrhiz. Oryzæ, ana ℥ j. Roſarum rub. ʒ ij. Flor. papau. errat. ʒ j. Croci Or. ʒ ß. Coq. in Lacte vaccin. dulc. & ℞. Colatur. ℔ j. Ol. Lilior. alb. ℥ iij. Seui hircini, ℥ j. Amyli, ℥ ß. Olibani, ʒ ij. Styrac. cal. ʒ j. Miſc. & f. Enema.

## ENEMA ALIVD ANODYNVM.

℞. Hordei excort. ℥ ij. Rad. Conſolid. maior. Sem. Lini, ana ℥ j. Flor. Papau. errat. Violarum, Roſarum, ana ʒ iß. Fiat decoctio in lacte: & ℞. Colaturæ, ℔ j. Sacchari rub. ℥ j. Vitell. ouorum, No. ij. Ext. Croci Oriental. ℈ i. Opij Spagyricè præp. ℈ ß. Miſc. pro Enemate.

## ENEMA DOLOREM ET ARDOREM LENIENS.

℞. Ol. Amygd. dulc. Lini exp. ana ℔ ß. Mucilag. Sem. Cydonior. cum lacte extract. ℥ iiii. Miſc. & f. Enema.

## ENEMA ALIVD DOLORES DYSENTERICOS PLACANS.

℞. *DEcoct. Hordei, Lactis*, ana ℔ ß. *Ol. Roſarum*, ℥ iij. *Suc. Plantag.* ℥ ij. *Sacchari rub.* ℥ j. *Semi bicin.* ℥ ß. *Philonij Perſici*, ʒ j. Miſc. & f. Enema.

## ENEMA DIVRETICVM.

℞. *RAd. Glycyrrhiz. Althéæ, Graminis*, ana ℥ j. *Herb. Parietar. Saxifrag. Maluæ*, ana ℥ ß. *Paſſularum, Iuiubarum*, ana ʒ iij. *Sem. 4. frigid. major. contuſior. Alkekengi, Milij Solis*, ana ʒ ij. *Flor. Chamomill. Geniſt. Serpilli*, ana ʒ i ß. Coq. & ℞. *Colatur.* ℔ j. *Ol. Amygd. amar. Scorpionum*, ana ℥ i ß. *Salis Ononid.* ʒ j. Miſce, & fiat Enema quod iniiciatur.

## ENEMA IN CALCVLO RENVM ET VESICÆ.

℞. *RAd. Glycyrrhiz. Althéæ, Maluæ min.* ana ℥ j. *Sem. Milij Solis, Oſſ. Meſpilorum*, ana ℥ ß. Coq. & ℞. *Colatur.* ℥ x. *Ol. Violarum*, ℥ iij. *Caßiæ rec. ext.* ʒ x. *Benedict. laxat.* ℥ ß. *Salis, comm.* ʒ i ß. Miſc. & f. Enema.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0450-2
DFG

219

## ENEMA CALCVLVM COMMINVENS.

℞ Rad. *Petroſelini*, *Ononidis*, *Althéæ*, ana ℥ j. *Herb. Parietariæ*, *Veronic. Hederæ ter.* ana ℥ ij ß. *Sem. Lapæ major. Maluæ minor. Milij Solis*, *Saxifragiæ*, ana ʒ ij. *Bac. Iuniperi*, *Lauri exc. Gran. Alkekengi*, ana ʒ i ß. *Flor. Chamomill. Lilior. alb. Maluæ arbor.* ana ʒ j. Coq. & ℞. *Colatur.* ℥ xij. *Ol. Scorpion. ſimp. Violacei*, ana ℥ ij. *Sal. Eryngij*, *Fœniculi*, ana ʒ j. Miſc. pro Enemate.

## ENEMA ALIVD IN CALCVLO RENVM ET VESICAE.

℞ Rad. *Glycyrrhiz. Althéæ*, *Lilior. alb.* ℥ j. *Herb. Parietar. Linar. Heder. ter. Veronic.* ana ℥ ß. *Flor. Malu. arbor. Sambuci*, *Chamomill.* ana ʒ ij. Coq. & ℞. *Colatur.* ℥ xij. *Ol. Verbaſci*, ℥ ij. *Mellis Roſar.* ℥ ij. *Caſſ. rec. ext.* ʒ vj. *Terebinthinæ Cypriæ*, *Benedict. Laxatiu.* ana *unc.* ß. *Vitell. Ouorum*, No. j. *Salis Nitri*, ʒ ß. Miſc. pro Enemate.

## ENEMA ALIVD IN EODEM CASV.

℞. RAd. *Althéæ, Maluæ*, ana ℥ ß. *Hermodact. alb. Al Græci, Hederæ ter.* ana ʒ ij. *Sem. Maluæ arbor. Mi Solis, Pſyllij*, ana ʒ i ß. *Flor. Hyperici, Geniſtæ, Melil Linariæ*, ana ʒ j. Coq. & ℞. Colaturæ, ℥ xij. *Ol. An dyni ſeptem florum*, ℥ ij. *Terebinth. Cypriæ cum vitell. vnius diſtemperat.* ℥ j. *Benedict. Laxat.* ℥ ß. *Nitri pr* ʒ j. Miſc. & f. Enema, quo ipſe vti ſoleo.

## ENEMA MIRABILE IN CALCVLO RENALI.

℞. RAd. *Maluæ min. Althéæ*, ana ℥ j. *Hermodact. alb* ʒ vj. *Herb. 4. Emollientium; Pedis columb.* ana ℥ ß. *Sem. Petroſelini, Aniſi, Hederæ, Seſeleos*, ana ʒ iij. *4. Frigid. Major.* ana ʒ i ß. *Flor. Chamomill. Geniſtæ, Maluæ ar bor. Meliloti*, ana ʒ j. Coq. & ℞. Colaturæ, ℥ xij. *Ol. Scorpion ſimpl. Amygd. dulc.* ana ℥ i ß. *Sacchari rub.* ℥ ij. *Terebinth. Cypriæ in vino alb. lotæ*, ℥ j. *Benedict. laxat.* ℥ i ß. *Sal. Nitri*, ʒ j. Miſc. & f. Enema: quod magnam co piam craſſiſſimorum humorum deiicere ſolet.

## ENEMA IN DOLORE CALCVLI.

℞. ALbi *Græci*, ℥ j. *Ficuum*, No. xv. Coq. in vino alb. & ℞. Colatur. ℥ xij. *Ol. Amygd. amar.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0452-4

Populini, ana ℥ i ß. *Ping. Anatis, Butyri ſine ſale*, ana ℥ ß. *Sal. Commun.* ʒ i ß. *Vitell. Ouorum*, No. Miſc. pro Enemate: mirè enim operatur.

## ENEMA AD DOLOREM NEPHRITICVM.

℞. R*Ad. Glycyrrhiz. Althéæ, Graminis. Aſparagi*, ana ℥ j. *Herb. Linariæ, Maluæ, Meliloti*, ana vnc. ß. *Flor. Maluæ arbor. Chamomill. Hyperici, Geniſtæ*, ana ʒ ij. *Sem. Petroſelini. Alkekengi, Milij Solis*, ana ʒ i ß. Fiat decoctio: & ℞. Colaturæ ℥ xij. *Ol. Liliorum alb. Amygdal. amar. Scorpionum*, ana ℥ j. *Mellis deſpumati, Benedict. laxat. Terebinth. alb.* ana ℥ ß. *Sal. Gemmæ* ʒ i ß. Miſce & fiat Enema.

## ENEMA AD SCIRRHVM VTERI.

℞. R*Ad. Maluæ min. Althéæ, Liliorum alb.* anâ ℥ j. *Herb. Mercurialis. Parietariæ, Atriplicis*, ana vnc. ß. *Sem. Cydoniorum. Lini*, ana ʒ ij. *Flor. Chamomillæ, Meliloti, Verbaſci, Maluæ arbor.* ana ʒ j. Fiat decoctio in aq. & decoctioni adde: *Butyri rec. ſ. ſale, Ol. Oliuar.* ana vnc. iiij. Iniiciantur frequenter vnc. vj. pro vnâ vice.

## ENEMA AD VERMES IN VENTRICVLO.

℞. R*Ad. Glycyrrhizæ*, *Hordei mundat.* ana ℥j. F*icuum ping. Prunor. Damaſc.* ana No. xx. Se *Aniſi*, ʒ i ß. Coq. & ℞. *Colatur.* ℔ ß. *Sacchari rub. Mel lis opt.* ana ℥ i ß. Miſc. & f. Enema ſine oleo & ſale.

## ENEMA AD ASCARIDES.

℞. R*Ad. Ariſtoloch. rot. Gentianæ.* ana ℥ j. *Herb. A ſinthij*, *Abrotani*, *Card. bened.* ana ʒ ß. *Fol. Pe corum*, *Sum. Centaur. min.* ana ℥ ij. *Flor. Marrubij*, ʒ Fiat decoctio : & ℞. *Colaturæ* , ℥ xij. *Lixiuij*, ℥ i Miſc. & f. Enema, quod iniiciatur, ſed ſenſim & in eâdem horâ.

## ENEMA AD EVACVANDVM VERMES INTERFECTOS.

℞. R*Ad. Glycyrrhiz. Myrrhidis*, ana ℥ j. *Sebeſten*, N xxv. Fiat decoctio : & ℞. *Colatur.* ℔ j. *Sac ri rub.* ℥ j. *Mellis crudi*, ʒ vj. *Vitell. Ouorum*, No. j. *Sa parum.* Miſc. & ſine oleo f. Enema, quod applicet

221

## ENEMA IN RHAGADIIS, RIMIS SEV SCISSVRIS ANI, PROBATVM.

℞. OL. *Violacei*, ℥ v. *Butyri non ſalit.* ℥ iij. *Mucilag. Tragacanth. Sem. Pſyllij, Cydonior.* ana ℥ i ß. *Sacchari rub.* ℥ j. Miſc. & f. Enema.

## ENEMA PRO PVERIS.

℞. HErb. *Chamomillæ, Parietariæ*, ana ℥ ß. *Rad. Glycyrrhiz.* ʒ ij. *Fol. Senæ elect.* ʒ j. Coq. & ℞. Colaturæ, vnc. vj. *Mannæ Calab.* vnc. ß. *Ol. Liliorum alb.* ʒ ij. *Salis com.* ℈ j. Miſc. & f. Clyſter.

## ENEMA ALIVD PRO INFANTIBVS.

℞. RAd. *Althéæ*, ℥ ß. *Herb. Meliloti*, ʒ ij. *Flor. Maluæ arbor. Verbaſci*, ana ʒ j. Coq. & ℞. Colaturæ ℥ iiij. *Sacchari rub.* ℥ ß. *Ol. Chamom.* ʒ i ß. *Mannæ Calab.* ʒ j. Miſc. & f. Enema, quod tepidè applicandum.

### ANNOTATIO.

1. Enemata admodum conducunt, & ſunt nobiliſſima & mitiſſima, in omnibus paſſionibus & affectibus Capitis.

2. Si Catharticum exhibitum, per duas aut tres horas nullam habuerit operationem, applicetur Enema mediocre, vt attrahat.

3. Si patiens ſatis diu Enema non retinuerit, ordinetur ſtatim aliud, & ſi etiam hoc ſubitò exierit,

illicò tertium; non enim ſunt cogendi ægri, vt retineant, ſed alia ordinanda.

4. Duo Enemata vulgariter vnâ die adminiſtrentur, aut ad ſummum tria, vltra quod non facilè, ſed rarò eſt procedendum, ſíntque ad minus quatuor horæ inter vnum & alterum.

5. Si autem vnum enema bene fuerit operatum, & virtus extet debilis, ſit hoc vno contentus.

6. In Epilepſiâ, Apoplexiâ, Spaſmo, Paralyſi, &c. communiter clyſteriis acribus vtendum, modò non adſit vnum aut alterum, quod impediat.

7. In Dyſenteriâ, propter vlcera in inteſtinis, clyſteria ſint tepida, non calida.

8. In Calculo Renum & Veſicæ nihil præſtantius eſt, pro eductione ſuperfluitatum, quàm clyſteres; Sed quantitas illorum interdum debet eſſe minor ſolito: quia repletio auget inteſtinorum dolorem. Poſtea materiâ ita euacuatâ, mundificatâ, & dolore quietato, dentur diuretica.

9. Si in vermibus vis applicare enemata, nulla omninò olea ſunt immiſcenda; Quia vermes olea fugere ſolent.

10. Si quoque enemata aliquot vel diuerſa, vno eodémque die exhibita, etiam ex fortiſſimis catharticis compoſita, nullius eſſent operationis, ſumatur aqua optimè & vehementer ſalita, & fiat enema, quod calidè applicetur & iniiciatur: Hoc nunquam fallit; ſed cum magnâ peccantium excrementorum copiâ ſemper redit, & eſt ſecretum magnum. E.g. ℞. *Aq.calidæ* ℔ j. *Salis commun.* ℥ i ß. Mixta & ſoluta pro Enemate indantur.

10. Quicunque habet difficultatem anhelitûs, ad retinendum enema omninò non eſt cogendus.

# SECTIO XXXIII.
## DE OLEIS COMPOSITIS

### OLEVM OTALGICVM.

℞. RAd. Hellebori nigri, ℥ ß. Pulp. Colocynthid. ʒ iij. Fol. Senæ elect. Lauri, ana ʒ ij. Millepedum viuor. Aliptæ Moſchat. Caryophyllorum, ana ʒ i ß. Herb. Roriſmarin. Auricul. muris, Maioranæ, Sabinæ, ana M. ß. Coq. in vino, & ♃. Colaturæ, ℥ iij. Ol. Amygdalar. amar. ℥ ij. Bac. Iuniperi, Petræ. ana ℥ ß. Formicarum, ʒ i ß. Denuo Coq. ad conſumptionem humiditatis, & oleum ad vſum reſerua.

*Vires, & Vſus.*

AVditûs difficultati confert, & tinnitum tollit. Manè autem & ſerò pauculæ guttulæ prudenter auribus inſtillentur, vel madefiat goſſipium imponendum.

## OLEVM ACOVISTICVM AMBRATVM.

℞. OL. *Amygdalar. amar.* ℥ iiij. *Nardini comp. Lilior. alb.* ana ℥ ij. *Suc. Origani, Majoran. Rutæ, Porri, Raphani, Cæparum,* ana ℥ j. Mixta coquantur ad ſuccorum conſumptionem, poſtea Oleo colato adde: *Sp. Vini Millepedibus priùs imprægnati, Aceti vini acerr.* ana ℥ ß. *Ambræ griſeæ. Flor. Serpilli, Bac. Sabinæ, Sem. Cymini, Macis.* ana ʒ j. *Cubebarum, Hellebori alb. Maſtichis, Ladani, Styrac. cal.* ana ʒ ß. *Caſtorei veri, Piperis long. Croci Or. Nitri præp.* ana ℈ j. Omnia per ſe pulueriſata, & diligenter conquaſſata denuò in B. aquæ magnificè bullientis, ad conſumptionem humiditatis coquantur, permittendo refrigerari, poſtea Oleo expreſſo & benè colato immiſce: *Ol. Formicarum, Aniſi,* ana ʒ j. *Galliæ Moſchat. ſubtiliſsimè pulueriſat.* ℈ j. Miſce, & ad vſum repone.

### *Vires, & Vſus.*

Contra ſurditatem & grauitatem auditûs, nec non tinnitum ab humore & vapore, vel etiam à flatu, expertiſſimum eſt: Aurium etiam dolores ſiſtit, Apoſtemata rumpit, & vlcera manantia curat. Vſus eſt, vt aliquot guttæ in aures manè & veſperi ſtillentur, claudendo cottone moſchato: Sic tribus aut quatuor diebus ſæpè auribus medetur.

223

## OLEVM CARMINATIVVM.

℞. OL. Sem. Cymini, ℥ ß. Fœnicul. Aniſi, Carui, ana ʒ j. Anethi, Arant. Chamomill. an ʒ ß. Miſce, & ad vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

MEdicamentum verè anodynum eſt: Diſcutit enim flatus, Hyſteralgiam, & omnes morbos ex ventoſitate ortos curat. Tum quoque dolores Pectoris, Ventriculi, Lienis, Inteſtinorum, Renum & Veſicæ lenit atque placat. Melancholiæ flatuoſæ ſeu hypochondriacæ auxilio eſt. Doſis à gut. iij. ad v. & vj. in vehiculis appropriatis.

## OLEVM NEPHRITICVM.

℞. OL. Succini alb. rect. Terebinthinæ, Iuniperi, ana ℥ iiij. Fermenti panis cibar. Salis communis, Tartari alb. ana ℥ j. Aq. Hederæ ter. Petroſelini, Ononidis, ana ℔ iij. Miſc. & per alembicum diſtilla; poſtea ſepara oleum, & ad vſum reſerua.

*Vires, Vſus, Doſis.*

VIrtuoſiſſimè & potentiſſimè calculum Renum & Veſicæ frangit, & per vrinam expellit: Inſuper Colicos dolores ſedat. Vterum roborat & partum facilem reddit, ſi ex aq. Verbenæ parturienti propinetur. Cum aq. Tiliæ ſumptum, Capitis affectibus, neruorum reſolutionibus, morbo attonito &

Comitiali ſuccurrit; necnon naribus inunctum ab omni veneno & aëre peſtilenti præſeruat. Doſis manè à gut. v. ad vj. in vehiculis ſpecificis.

## OLEVM SEPTEM FLORVM.

PAratur ex oleo Oliuarum per multas repetitas infuſiones florum Violarum, Sambuci, Roſarum, Chamomillæ, Liliorum alb. Verbaſci, Maluæ arbor. rub. Infundantur autem flores in oleo, & quilibet ſuo tempore, dum haberi poteſt, recens & ſeorſim, digerantur in Sole; & poſt debitam macerationem quilibet flos ſeorſim quoque fortiter exprimatur, & hic labor cum aliis & recentibus floribus aliquoties repetendus, &c. Sic tandem oleum anodynum & verè Balſamicum accipies, in omnibus tam frigidis quàm calidis doloribus appropriatum, quod vſui repones.

*Vires, & Vſus.*

ANodynum eſt. Capitis dolores & Cephalalgiam mitigat, Phreneticis & Vigilibus fronti ac temporibus impoſitum, ſomnum conciliat. Hypochondriorum tenſionibus prodeſt. Dolores Thoracis, Ventriculi, Coli, Vteri & neruoſarum partium ſedat. Pleuriticis, Tabidis & Hecticis præſenti eſt remedio: Febrium ardentium æſtus intolerabiles placat. Iecoris & Renum immoderatum calorem ſedat. Omnem Intemperiem calidam exſtinguit. Vteri durities emollit, & multos alios vuluarum caſus componit. Omnes tumores calidos vel reſoluit vel maturat. Laſſitudines diſcutit. Valet etiam ad

ambuſta cum album. Oui, vel mucilag. Sem. Cydonior. mixtum. Per clyſteres denique iniectum dolores ventris ſiſtit, aluum irritat, ſeroſaque excrementa per inferna educit.

## OLEVM SABINÆ CROCINVM.

℞. OL. *Stil. Sabinæ*, ℥ iij. *Croci Orient.* ʒ iij. Miſc. & affunde ſp. vini ſuper Artemiſ. Centaur. min. & Cinnamom. rectif. ℥ ij. Coq. ad ſpiritus conſumptionem, poſteà ſepara oleum, & ad vſum reſerua.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

AD cienda muliebria probatiſſimum. Doſis manè & veſperi à gut. v. ad vj. & vij. in aq. Artemiſiæ, pulegij, &c. Item in vino Maluatico, vel alio generoſo & forti: In decoctione noſtrâ contra Menſes ſuppreſſos commodiſſimè offertur. Tempore autem, quo menſtrua fluere conſueuerunt, exhibendum, vt ſic adiuuante naturâ eò efficaciùs operari poſſit.

## OLEVM BALSAMI.

℞. OLeor. *Oliuarum*, ℔ j. *Hyperici, Bac. Lauri*, ana ℥ j. *Gran. Iuniperi, Petræ*, ana ℥ ß. *Lig. Rhodini, Spicæ*, ana ʒ ij. *Sem. Angelicæ, Aniſi*, ana ʒ j. *Terebinth. Cypriæ in aq. Violar. lotæ*, ℔ ß. Miſc. & cum ſ.q. Rad. Anchiſæ f. l. a. Oleum ſeu Balſamum rubicundum.

*Vires, Vſus, Doſis.*

CAlefacit, aperit, diſcutit, tenuat, atque pene-
trat. Hinc omnibus affectibus frigidis auxilia-
tur. Flatus egregiè diſſipat. In paralyſi, neruorum
origini inunctum, multum facit. Surditati, ſibilo,
& dolori aurium, à frigiditate, medetur. Dolores &
rigores Febrium ſpinæ dorſi illitum tollit, & Febres
abigit. Putredini & Peſti reſiſtit. Calculos commi-
nuit atque pellit. Sudores prouocat. In Spaſmo, Co-
licâ, Hydrope, Tympanite, contracturis, Suffocatione
Matricis, ſanguine coagulato, ſtomacho debilitato,
&c. internè & externè vſurpatum, præſtans eſt reme-
dium. Doſis à ℈ j. ad ʒ j. in vehiculis morbum reſpi-
cientibus.

## OLEVM FORMICARVM.

℞. *FOrmicarum viuar. Sem. Erucæ*, ana q. v. Miſce,
contunde, vt fiat quaſi paſta: Hanc vitro inde
& ſub dio Soli tamdiu expone, donec oleum accipias,
quod per expreſſionem ſepara, & ad vſum, pro Balſa-
mo noſtro Venereo, reſerua.

*Vires, & Vſus.*

SI hoc oleo plantæ pedum & regio pubis ac pe-
næi vngantur, mirabiliter torpentes excitat, etiam
à maleficio tales.

225

## OLEVM LIGNORVM.

℞. Raſ. Lig. ſancti, ℔ iij. Saſſafras, Rhodini, ana vnc. viij. Mixta deſtillentur, vt eſt artis, & accipies Spiritum & Oleum, quæ ſeorſim aliquoties rectificentur, & ad vſum ſeruentur.

### *Vires, Vſus, Doſis.*

SPiritus habet vim diaphoreticam, & per ſudorem expellit, quodcunque in corpore noxium. Doſis à ʒ ß. ad ʒ j. in vehiculis ſpecificis. Oleum verò Experimentum eſt in Gonorrhœâ; Contagioni etiam & putredini maximè reſiſtit: Ea enim ratione morbo Venereo mirè ſubuenit; cuius vlcera, puſtulæ, cruſtæ, veſiculæ, &c. necnon ſerpigines & ſcabies ex Olei huius illinitione, curantur. Doſis internè à gut. vj. ad gut. viij. in liquore conuenienti & appropriato.

# SECTIO XXXIV.
# DE BALSAMIS ET ODORIFERIS.

## BALSAMVM POLYCRESTVM.

℞. *Oleor. Oliuarum*, ℔ j. *Hyperici, Lauri*, ana ℥ j. *Succini alb. rect. Bac. Iuniperi, Petræ*, ana ℥ ß. *Spicæ*, ʒ ij. *Nuc. Moſchat, Arantiorum, Roriſ-marin.* ana ʒ j. *Chamomillæ Rom. Cymini*, ana ʒ ß. Mixtis adde: Sp. Vini optimè rect. (in quo priùs per octo dies Thus, Maſtix, Benzoin, Styrax cal, Mumia, Gran. tinct. Flor. Centaur. min. & Conſolid. maior. Roſæ, Violæ; necnon. Rad. Anchuſæ infuſa fuerint) ℔ j. *Terebinthinæ Cypriæ in aq. Roſarum diligenter lotæ*, ℔ ß. *Balſ. Sulphuris aniſat. noſt.* ʒ vj. Ingenioſè denuò miſce, & ſtent in digeſtione retrò fornacem, vel ad Solem, ſæpius in die agitando per 14. dies: Poſtea Sp. vini in B. M. lentiſſimo igne abſtrahatur, tunc in fundo manebit Balſamum rubicundum, ad vſum publicum meritò reſeruandum.

226

*Vires, Vſus, Doſis.*

BAlſamum hoc nobiliſſimum, tam pro externo illitu, quàm pro interno vſui efficaciſſimum, tenuis eſt ſubſtantiæ, propter vim penetrandi, quâ omnia membra reficit, calefacit, tenuat, aperit, diſcutit atque exſiccat. Omnibus diſtillationibus & defluxionibus capitis frigidis mirè confert. Apoplexiæ, Epilepſiæ, Vertigini, & obliuioni, præcipuè auxiliatur, ſi ſutura coronalis, extremitates narium, tempora, occiput, vertex, &c. frequentiùs inungantur. In aurium tinnitu, à flatu craſſo, ſibilo, & hebetiore ſenſu, ex frigiditate contracto tepidum feliciter adhibetur. Cerebri, Pectoris, Hepatis, Lienis, Vteri, Neruorum, Articulorum omnium, aliarúmque partium neruoſarum puncturis & doloribus frigidis mirum in modum medetur. Hypochondriorum tenſionibus valdè vtile; necnon durities ſeu tumores duros & ſcirrhoſos diſſipat, & calorem bonum conciliat. In Paralyſi, Spaſmo, Iſchiade, Contracturis, &c. ſecretum eſt. Pulmones quoque ab humoribus craſſis & viſcidis purgat. Stomacho & orificio ventriculi inunctum, mirificè eum roborat. Anhelitum commendat. Flatus internos potenter diſſipat. Arcanum eſt in Colicâ, ſi vmbilicus eo inungatur, intróque ſumatur. Sanguinem coagulatum diſſoluit ex vino, exſpectato ſudore, potum, locóque affecto inunctum. Aquæ petroſelini vel alio conuenienti liquori immixtum atque aſſumptum, ſimúlque regioni Renum & Veſicæ illitum, calculos & alias ſuperfluitates meatuum vrinalium pellit, Veneriſque tentiginem excitat. Vteri quoque ſtrangulatui prodeſt, naturalibúſque illitum

fœtum euocat. Quod ſi tepefactum in quartanâ a- que febribus quàm plurimis, ante paroxyſmum, ſpi- dorſi à nuchâ colli vſque ad nates fortiter in- ignem ſeu retrò fornacem inunxeris, rigores inſi- ter ſubleuat, mitigat, febréſque profligat. Om- denique conſeruat & tuetur à putrefactione, nec- ab omni veneno & aëre peſtilenti præſeruat. D- internè à ℈ j. ad ʒ ß. & ʒ j. In vehiculis appropri- & ſpecificis.

---

## BALSAMVM APOPLECTICVM.

℞. OL. *Nucis moſchat. exp.* ℥ j. *Succini alb. rect.* ʒ *Roſarum ver. Cinamomi*, ana ℈ j. *Lauendulæ, M- iorana*, ana gr xv. *Aſæ dulcis, Rutæ*, ana ℈ ß. *Caryophy- rum, Citri*, ana gr iiij. Diligenter & optimè mixtis, a- de: *Ambræ griſeæ*, ʒ i ß. *Zibetæ non falſ.* ℈ iiij. *M- laudatiß.* ʒ j. Miſc. fideliter, & fiat ſecundùm arte- iuſtæ conſiſtentiæ Balſamum.

*Vires, & Vſus.*

IN tota Repub. Medicâ vix inuenitur Balſam- Apoplecticum, famâ illuſtrius, virtute nobili- honore dignius, auxilio promptius, & odore fr- grantius, quàm hoc præſens: Narium enim ext- mitatibus ſaltem, necnon (exigente tamen neceſſ- tate) vertici atque pulſibus modicè inunctum, vi- les, animales, & naturales ſpiritus miraculosè ſuſci- atque ſuauiſſimè recreat.

## BALSAMVM HYPNOTICVM.

℞. OL. *Nucis Moſchat. exp.* ʒ v. *Roſarum vulgar. Violarum, Nymphææ,* ana ʒ ij. *Sem. Hyoſcyami exp. Papau. alb. exp. De Lateribus, Benzoin.* ana ʒ j. Miſc. fideliter, & poſtea adde ſequentia : *Vng. Populeon.* ℥ j. *Medul. Ceruinæ,* ʒ iij. *Opij in ſp. Vini diſſ. Ext. Croci Orient* ana ʒ iß. *Ambræ & Moſchi, Ol. Roſarum veri,* ana ℈ j. Miſce, & fiat iuxta artem Balſamum.

*Vires, & Vſus.*

NAribus & pulſibus temporum & brachiorum, necnon ſi opus, auribus & pedum plantis inunctum, ſomnum ſuauiter conciliat, & dolores capitis mitigat.

## BALSAMVM MEMORIÆ.

℞. OL. *Nuc. Moſchat. exp.* ℥ ß. *de Lateribus, De Caſtoreo,* ana ʒ iij. *Myrrhæ rub. Thuris,* ana ʒ j. *Roriſmarini, Lauendulæ, Majoran. Rutæ,* ana ℈ j. *Caryophyllatum, Succini albi, Cinnamomi, Benzoini,* ana ℈ ß. Miſc. & cum cap. mortuo Ol. Nuc. Moſchat. exp. fiat iuſtæ conſiſtentiæ Balſamum, cui adde : Galliæ Moſchat. veræ ℈ ij. Denuò miſce, & ad vſum repone.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0467-9
DFG

*Vires, & Vſus.*

AD amiſſam memoriam, illámque tam confor-
dam, quàm conſeruandam, ſecretum eſt: Se
mulieribus hyſtericis affectionibus obnoxiis, G
Moſchata omittatur, vel ad ſupprimendum odo
pondus ol. Succini alb. augeatur. Vſus eius eſt, vt
nè & veſperi occiput hoc Balſamo bene illinatur.

## BALSAMVM ODONTALGICVM.

℞ OL. *Origani Cretici, Caryophyllorum, Camphoræ*, a
℥ ij. *Opij Spagyricè præp. Flor. Nitri*, ana ʒ j. *Sp*
*Diambræ, Santali rub.* ana ʒ ß. Miſc. & cum Cap. mor
Ol. Nuc. Moſchat. exp. vel in huius defectu, cum c
ræ alb. ℥ ß. fiat l. a. Balſamum.

*Vires, & Vſus.*

EFficax eſt in dolore dẽtium à quacunque ferè ca
sâ, præſertim autem frigida; Goſſipio enim exc
ptum & dentium cauernis impoſitum, ſubitò med
tur: Vermiculos iuſuper necat. humoréſque affluen
per os copioſè educit.

## BALSAMVM PVERORVM DENTIENTIVM.

℞. B*Vtyri Majal. non ſaliti*, ℥ iij. *Ping. Gallinar*
*Anatis*, ana ij. *Flor. Papau. errat.* ʒ j. Coquantu

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0468-5

in ſuc. è Cancris viuis contuſ. & cum aq. Cyani ext. Rad. Altheæ, ana ℥ ij. ad ſuccorum conſumptionem; Poſtea expreſſis adde: *Sacchari candi alb.* ℥ iiij. *Galliæ Moſchat. veræ*, ℈ j. *Vitell. Ouorum*, No. j. Miſc. & fiat iuxta artem Balſamum.

*Vires, & Vſus.*

IN dentitione infantium, ob gingiuarum denſitatem & duritiem ſæpè de vitâ periclitantium, maximos inde dolores, gingiuas rarefaciendo ac emolliendo, ſiſtit, & faciliùs dentire facit, ſi eo gingiuæ frequentiùs inungantur.

## BALSAMVM PARALYTICVM.

℞. OL. *Galbani, cum Sp. Terebinthinæ diſtillat, Succini rectif.* ana ℥ j. *Roriſmarin. Angelic.* ana ʒ j. *Chamomillæ Rom. Caryophyllorum, Saluiæ*, ana ʒ ß. *Origani Cret. Lauendulæ*, ana ℈ j. Miſc. & cum ol. Nuc. Moſchat. exp. ſ. q. fiat iuſtæ conſiſtentiæ Balſamum ſeu linimentum molle, cui pro ditioribus ſaltem adde: Trochiſc. Galliæ Moſchat. ℈ j.

*Vires, & Vſus.*

NVchæ & cerebro tanquam origini neruorum, necnon membris paralyticis inunctum, mirabiliter iuuat, & multum facit in Paralyſi: Quia omnes neruos penetrat ac roborat, quod in hoc morbo maximè requiritur.

## BALSAMVM SPASMATICVM.

℞. P*ing. Anguillæ*, ℥ j. *Ol. Galbani cum Sp. Terebinth. diſtillat.* ℥ ß. *Lumbricor. ter. Lilior. albor.* ana ʒ ij. *Succini alb. rect. Roriſmarini, Angelicæ*, ana ʒ i ß. *Bac. Iuniperi, Chamomillæ, Origani Cret. Laurini*, ana ʒ j. *Caryophyllorum, Lauendulæ, Saluiæ, Rutæ*, ana ℈ j. Miſce, & cum Ol. Nuc. Moſchat. exp. & Ceræ alb. ana ſ.q. fiat l. a. Balſamum.

*Vires, & Vſus.*

IN conuulſione, quæ ab humore frigido neruos replente fieri ſolet, præmiſſis tamen vniuerſalibus & corpus debitè euacuantibus, hoc Balſamum principatum obtinet: Membra enim conuulſa & tremore infeſtata, omnes neruos penetrando, curat; nec non conuulſiuos motus ſiſtit. Fiat autem inunctio non ſolùm in loco affecto, verùm etiam à collo [illegible] que ad vltimam vertebram bis ſeu ter in die. Æger interim caueat ſibi ab aëre frigido, nec membra ſpaſmatica aquâ frigidâ humectet, cibos quoque [illegible]tulentos, crapulam, cruditatem, & nimiam Venerem fugiat.

## BALSAMVM STOMACHICVM.

℞. O*L. Nucis Moſchat. exp.* ℥ ij ß. *Mentæ criſp.* ʒ [illegible] *Arantiorum, Caryophyllorum, Macis*, ana ʒ [illegible] *Roriſmarini, Lauendulæ, Abſinthij, Cymini, Anethi*, [illegible]



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0470-4

 229
℥ ß. Miſc. & fiat mixtura, cui, ſi placet, ad temperandum caliditatem adde parum Ol. Roſar. rub. vulgar & cum ceræ alb, ſ. q. fiat l. a. Balſamum.

*Vires, & Vſus.*

VAlet ad frigidum Ventriculum tardiùs concoquentem & flatibus multis obnoxium : Item, acidum ructum & nauſeam corrigit. Vomitum phlegmaticum ſiſtit. Flatus inteſtina diſtendentes diſcutit. Vngendus autem ventriculus eſt quotidiè bis, manè ſcilicet & veſperi, finitâ concoctione.

## BALSAMVM AROMATICVM.

℞. OL. *Abſinthij vulgar. Nardini comp. Mentæ criſp. Maſtichis*, ana ℥ ij. *Nuc. Moſchat. exp.* ʒ vj. *Ol. Stil. Caryophyllor. Calami aromat.* ana ʒ j. *Roriſmarin. Lavendulæ, Arantiorum, Benzoini, Cymini*, ana ℈ j. Diligenter & fideliter mixtis adde: *Spec. Diatrion. Piper. Gum. Tacamahac.* ana ʒ ij. *Galliæ Moſchat. veræ*, ℈ ß. Denuò Miſc. & cum ſ. q. Cap. Mort. Ol. Nuc. Moſchat. exp. fiat l. a. Balſamum.

*Vires & Vſus.*

INſigniter calefacit frigidum Ventriculum, Concoctionem iuuat & ventoſitates diſſipat. Doſis

pro vnâ vice, nuc. auellan. quantitas, & poſt inun-ctionem linteum calidum duplex ſuperponatur.

## BALSAMVM ABSINTHIACVM.

℞. OL. Nuc. Moſchat. expreſſ. ℥ ij. *Abſinthij vulgar. Nardini comp.* ana ℥ j. *Maſtichis*, ℥ ß. *Stil. Abſinthij*, ʒ j. *Mentæ criſpæ*, *Thymi*, ana ʒ ß. *Caryophyllorum*, *Maceris*, ana ʒ j. Miſc. & fiat l. a. Balſamum iuſtæ conſiſtentiæ.

*Vires, & Vſus.*

VEntriculo inunctum, eius frigiditati, coctricem ac retentricem vim roborando, cibi auiditatem excitando, flatus conceptos diſſipando, mirificè conducit; Necnon ad Cœliacos, Stomachicos, Colicos, & Dyſentericos cruciatus valde vtile. Cerebri quoque & neruorum frigidis affectibus opitulatur.

## BALSAMVM SVLPHVRIS ANISATVM.

℞. OL. *Aniſi*, ℥ vj. *Flor. Sulphuris*, ℥ j. Miſc. & in vitro digerantur & circulentur tamdiu, donec Ol. Aniſi tincturam Sulphuris perfectiſſimè extraxerit: Poſtea aufer Oleum rubicundiſſimum per inclinationem, filtra & ad vſum reſerua.

230

*Vires, Vſus, Doſis.*

Est Balſamum perfectiſſimum, calefaciens, ſiccans, & à putredine conſeruans, in quo ſunt omnes virtutes naturalis Balſami, & vis conſeruatiua maxima. In Catarrhis pectoralibus, Tuſſi, Aſthmate, Phthiſi, Pleuritide, Colicâ, Peſte, Febribus, morbis Epidemicis, Epilepſiâ, lue Venereâ; necnon in omnibus Apoſtematibus & putrefactionibus Corporis, &c. miranda præſtat. Doſis à gut. iij. ad v. & vj. in vehiculis appropriatis & ſpecificis.

## BALSAMVM ZIBETHÆ.

℞. *OL. Nuc. Moſchat. exp.* ℥ j. *Zibethæ non falſat.* ℥ ß. Inuicem priùs bene & fideliter mixtis adde: *Ol. Stil. Saponis rect. Carminatiu. noſt. Ceræ rectif.* ana ʒ j. *Caryophyllorum, Macis*, ana ʒ ß, *Ambræ & Moſchi*, ana ℈ j. Denuò miſc. & fiat l. a. Balſamum.

*Vires, & Vſus.*

Vmbilicus hoc Balſamo inungitur: Intolerabiles cruciatus & dolores Colicos non ſolùm ſedat: ſed & diſcutit & reſoluit malignos, crudos, nitroſos atque vitioſos humores. In coitu etiam mulieribus magnum affert ſolatium, ſi penis glans eo inungatur. Item, ſi in ſuffocatione matricis maritus dicto modo ſeſe inungat, & cum vxore coëat, præſentiſſimum eſt remedium: Matrix enim ſubitò deſcendit. Ad nares autem illarum, eo tempore fœtida adhibeantur; qualia ſunt Caſtoréum, Aſa fœtida, &c.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0473-2
DFG

## BALSAMVM TEREBINTHINÆ.

♃. RVbini tranſlucentis ex Ol. Terebinthinæ per eua- rationem fact. q. v. Pulueriſa, & opt. Sp. vi- ſecundùm artem tincturam extrahe, ſpiritum tinct- per 14. dies digere; poſtea in lento balnei calore a- medietatem ſeu Oleitatem iterum abſtrahe, & p- filtrationem debitam ad Vſum repone.

*Vires, Vſus, Doſis.*

REnum & Veſicæ calculos expellendi, eorumq- dolores ſiſtendi, Gonorrhœam curandi, pote- tiſſimam vim habet. Doſis à gut. v. ad vij. & ℈ß. i- vehiculo conuenienti. Externè etiam regionibus a- ctorum membrorum inunctum cruciatus nephritic- egregiè ſopit.

## BALSAMVM MEDICAMENTOSV-

♃. T*Incturæ Roſarum cum aq. lap. Medicamentoſ. e- tract. Mellis Virginei*, ana ℥ iiij. *Aluminis v-* ℥ j. *Terræ vitrioli dulc. Gum. Laccæ*, ana ʒ iij. Coq. a- conſiſtentiam Balſami; poſtea adde: *Corallor. rub. pr- Sang. Draconis*, ana ʒ ij. *Sarcocollæ, Myrrhæ rub. Maſtich-* ana ʒ j. *Ol. Lig. Rhodini, Nuc. Moſchat. Saluiæ*, ana ℈ Miſc. & fiat l. a. iuſtæ conſiſtentiæ Balſamum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0474-7

*Vires, & Vſus.*

AD gingiuarum putridam, tumidam, ſuperincarnatam & denigratam carnem valet; Illam enim à putredine præſeruat & curat. Inſuper dentes confirmat, illoſque nouâ carne obducit, & cætera oris vitia, vtpote Cancrum, Noli me tangere, Scorbutum, Apoſtemata, Vlcera, Alcolam, Corroſionem, &c. perfectè & ſubitò ſanat, & quamcunque affectionem gingiuarum tollit. Manè autem & ſerò, vel aliquoties in die caro maligna fricetur, atque os eluatur aq. ſaluiæ, vel alio appropriato liquore.

## BALSAMVM STYPTICVM.

℞. *EMpl. Styptici noſt.* vnc. iiii. *Ol. Vitell. Ouorum*, q. ſ. Fiat l. a. Balſamum, cui adde: *Ol. Caryophyllorum, Nuc. Moſchat. Saluiæ*, ana ℈ i. Miſce, & ad vſum repone.

*Vires, & Vſus.*

VEntriculum firmat & ventrem inferiorem totum, ſi eo inungatur, roborat. Concoctionem firmat; ob hæc Vomitum, Choleram morbum, Lienteriam, Diarrhœam & Dyſenteriam hepaticam curat. Præterea ad firmandum Vterum, Menſium abundantiam cohibendam, Abortum prohibendum, Renéſque laxatos ſtringendum, valet.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0475-3
DFG

## BALSAMVM VENEREVM.

℞. R*Ad. Pyrethri, Euphorbij*, ana ℥ j. *Cantharid.* ʒ
Coq. in vini, Maluatici ℔ ij. ad conſumpti
nem medietatis, & Colaturæ adde: *Ol. Oliuarum*, ℥ ii
Denuò coq. donec abſumatur humiditas; Poſtea h
Oleo adde: *Ol. Nuc. Moſchat. exp.* ℥ j. *Formicarum*
℥ ß. *De Nuc. Indicâ, Caſtorei*, ana ʒ i ß. *Moſchatellini, Ca
ryophyllorum, Maceris, Spicæ*, ana ʒ j. *Zibethæ non falſ
Moſchi opt.* ana ℈ j. Miſc. & cum cap. mort. Ol. Nu
Moſchat. exp. vel in huius defectu cum Ceræ alb. ſ.
fiat l. a. in iuſtâ conſiſtentiâ Balſamum.

*Vires, & Vſus.*

SI hoc Balſamo veretrum & partes circunſtantes, vi
delicet regio inter anum & teſtes, vbi penis corp
ra latent, necnon pollex dextri pedis vngantur, egr
giè iuuat ad coitum; Eſt enim inſigne illectamentu
Matricis, atque Venerem ſtimulando, mirabilem er
ctionem facit, & indeſinenter ferè operatur, n
quieſcet ſæpè erectio; quando autem volueris qu
ceſſet, lauabis loca inuncta.

## BALSAMVM VTERINVM.

℞. B*Vtyri Majal. inſulſi*, vnc. j. *Ol. Iouis Anglici, Su
citrin. Terebinthin.* ana ʒ i ß. *Gum. Tacamah
Aſæ fœtidæ, Galbani, Sabinæ*, ana ʒ j. *Caſtorei veri*,
*Seui Hircini*, q. ſ. Vt fiat ſ. a. iuſtæ conſiſtentiæ Ba
mum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0476-9 DFG

232

*Vires, & Vſus.*

VMbilico calidè inunctum, ſuperponendo corticem iuglandis, aſcenſum ſeu recurſum vteri ad ſuperiora ſubitò in locum ſuum reducendo quaſi præcipitat, & dolores mitigat: ſed abſtineat ab odoriferis. Hyſterica, interímque aliquot guttulæ Ol. ſuccini alb. & Caſtoréi, narium extremitatibus & pectoris foſſulis illinantur.

## BALSAMVM PODAGRICVM.

℞. S*Vc. Semper viui domeſt. Roriſmarini, Cucurbitæ. Nicotianæ, Hyoſciami, Chamædryos, Verbenæ*, ana ℥ vj. *Vitrioli ad flaued. calc. Tartari albi, Salis marin. calc.* ana ℥ iij. *Ping. Cati ſylueſt. Anſeris, Vulpis, Medullæ ceruinæ*, ana ℥ iß. *Ol. Terebinthinæ, Laterini, Iuniperi, Saponis*, ana ℥ j. *Mandib. inf. equor. Saturni, Spicæ*, ana ʒ vj. *Gum. Ammoniaci, Opopanac. Sagapeni, Maſtichis, Olibani, Mumiæ tranſmarin.* ana ℥ ß. Mixta coq. ſecundùm artem ad conſumptionem humiditatis, poſteà pinguedinem omnem ad Vſum reſerua.

*Vires, & Vſus.*

HOc Balſamo partes dolentes calidè oblinantur manè & veſperi linteis deſuper impoſitis; mirum in modum ad Podagram & dolores alios quàm plurimos ſedandos valet: Citò enim alterando & penetrando tartareas & tophaceas concretiones reſoluit, ac ſimul ferè omnes podagricos & ſpaſmaticos cruciatus è frigidâ cauſâ ortos tollit.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0477-5
DFG

## BALSAMVM SAPONIS.

℞. SAponis Venet. in ſucco Limonum diſſolut. ℔ j. M
lis virgin. alb. vnc. iiij. Coſmetici Mercurial. Sacch
candi alb. Rad. Iréos Flor. ana vnc. j. Sal. Tartari alb. Sp
mat. Ceti albiß. Aluminis ſaccharini, Boracis Venet. a
vnc. ß. Balſami Peruuiani odorif. ʒ ij. Galliæ Moſchat. v
ræ, ʒ j. Ol. Lig. Rhodini, Cinamomi, Caryophyllorum, La
dulæ, ana ℈ j. Miſce, & fiat l. a. mixtura ad forma
Balſami.

*Vires, & Vſus.*

VTere in lauando fricandóque manûs; Quia niu
inſtar dealbat, cutémque nitidam atque molle
reddit.

# SECTIO XXXV. DE VNGVENTIS.

## VNGVENTVM PARALYTICVM.

℞. OL. *Succini rect. Laterini*, ana ℥ i ß. *Iuniperini, Templini, Terebinth.* ana ℥ j. *Laurini. Petræ, Spicæ*, ana vnc. ß. *De Caſtoreo, De piperib.* ana ʒ ij. Mixtis affunde ſp. Paralytic. noſt. vnc. iiij. & coq. ad ſp. conſumptionem; poſtea adde: *Aluminis plumoſ. præp.* vnc. j. *Ol. ſtil. Roriſmarini, Nuc. Moſchat. Caryophyllorum, Origani Cret. Abſinthij, Lauendulæ, Angelicæ, Saluiæ*, ana ʒ j. Miſc, & cum ſ. q. Ceræ citrin. fiat l. a. Vnguentum.

*Vires, & Vſus.*

EFficaciſſimè membra paralytica recreat, materiam peccantem inhærentemque neruis, muſculis atque tendinibus, digerendo abſumit: Partes neruoſas calefaciendo confortat, & priſtinæ motioni reſtituit, frigidæque Arthritidi confert. Inſuper in Iſchiaticâ affectione medicamentum eſt ſtupendum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0479-9
DFG

Fit autem inunctio manè & veſperi in loco calido, Medicamentis tamen vniuerſalibus præmiſſis.

## VNGVENTVM OPHTHALMICVM.

℞. B*Vtyri Majal. non ſalit. & aq. Euphraſ. ablui*, vnc. iiij. *Sang. Draconis veri & ſubtiliſsimè pulueriſat.* vnc. ß. *Sacchari candi alb. Tutbiæ præp.* ana ʒ ij. *Margaritar. præp. Sarcocollæ*, ana ʒ ß. *Camphoræ*, ℈ ß. *Opij Spagyricè præp.* g̃ iiij. Miſc. & fiat Vnguentum ſecundùm artem.

### *Vires, & Vſus.*

SI huius Vnguenti tantillum, præmiſſis priùs vniuerſalibus, ad angulos & palpebrarum oras adhibeatur, omnes humorum fluxiones, calorem temperando, dolorem ſedando, ruborem auferendo, acrimoniam mitigando, lachrymas ſiſtendo & exſiccando arcet, oculóſque mirè roborat.

## VNGVENTVM PECTORALE.

℞. O*L. De Piſtaciis exp. De Pineis exp. Amygd. dulc.* ana vnc. i ß. *Butyri non ſalit. Majal. Axung. Caponis, Seui Hircin.* ana vnc. j. Mixtis affunde Aq. Pectoral. noſt. vnc. iij. & coq. ad conſumptionem aquæ; poſtea adde: *Eſſ. Croci Orient.* ʒ ij *Ol. ſtil. Chamomillæ Rom. Fœniculi, Maceris, Anethi, Aniſi*, ana ʒ i. Miſc. & fiat l. a. cum cerâ alb. Vnguentum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0480-0
DFG

234

*Vires, & Vſus.*

VAlet propriè ad dolorem pectoris; ſuper illud enim inunctum, pituitam in eo reſoluit, & ſanat, omnia loca, calefacit, humectat, mollificat, &c. Fiat autem inunctio manè & veſperi, coram lento ignis aut fornacis calore.

## VNGVENTVM PLEVRITICVM.

℞. P*Ing. Muris, mont.* vnc.iiij. *Butyri Majal. ſine ſale,* vnc.ij. *Ol. Nuc. Iugland. Amygdal. dulc. Papau. exp. Laurini,* ana vnc.j. *Suc. Flor. Pap. errat.* vnc.vj. Miſc. & coq. ad ſucci conſumptionem; deinde adde: *Ol. ſtil. Chamomillæ, Anethi,* ana ℥ i ß. *De Laterib. Cymini,* ana ℥ j. Denuò Miſce, & cum ſ.q. Ceræ alb. f. Vnguentum.

*Vires, & Vſus.*

POſt principium in ſedatione doloris pleuritici & reſolutione apoſtematis, Vnguentum eſt mirabilis effectûs; Quod adminiſtretur loco dolenti, & non ceſſandum ab inunctione, donec dolores deſiſtant: Et ſcias, quòd hoc remedium valet in quolibet alio forti dolore, in toto corpore exiſtente, & tibi honorem, ægroto autem vtilitatem maximam conciliabit. Nota: Emplaſtra & Vnguenta in morbis pectoralibus debent poni ſuper pectus antè, & retrò ſupra dorſum; in pleuritide verò magis ſuper latera.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0481-6
DFG

## VNGVENTVM ANODYNVM.

℞. OL. *Anodyni noſt. ſeptem Florum*, vnc. vi. *Amygdal. dulc. Hyoſcyami exp. Papau. exp. Lumbric. ter. Hyperici*, ana vnc. i. *Ping. Cati ſylueſt. Anſerinæ*, ana ʒ vi. *Suc. depurat. Nicotianæ, Chamædryos, Verbenæ*, ana vnc. iiii. Miſc. & Coq. ad ſuccorum conſumptionem, poſteà cum ceræ alb. ſ. q. fiat l. a. Vnguentum.

*Vires, & Vſus.*

DOlores in quacunque corporis parte mitigat, vnde nomen quoque traxit: Sed in causâ nimis frigidâ ad Vnguenti vnc. ii. adde: Ol. Petræ, iuniperi de lateribus, ana ß j. Miſce pro vſu.

## VNGVENTVM SPLENETICVM.

℞. OL. *de Capparib.* vnc. iii. *Sem. Erucæ exp. Nigellæ exp. Canabis exp.* ana vnc. i. *Amygdalar. dulc. Iuniperi*, ana vnc. ß. Mixtis affunde ſuc. Scolopend. exp. vnc. iiii. Et coq. ad ſucci conſumptionem; poſteà adde: *Ol. Stil. Maſtichis, Cymini, Myrrhæ*, ana ʒ i. *Gum. Ammoniaci, Chamomillæ, Abſinthij*, ana ʒ ß. *Ext. Croci Or.* ℈ ii. Denuò miſce, & cum ceræ alb. ſ. q. fiat Vnguentum.

*Vires, & Vſus.*

LIeni ad ignem illitum, eum aperit, confortat & à ſcirrho præcauet; præterea dolores & inflationes ſedat & diſcutit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0482-1

## VNGVENTVM SPASMATICVM

℞. OL. *Limacum per deſcenſ. deſtil. Lumbricor. te* *ſamini*, ana vnc. i ß. *Ping. Arietis caſtrat.* *cei, Vulpis*, ana vnc. j. *Butyri Majal. ſ. ſale, Medul. Ce* ana vnc. ß. *Iuniperi*, vnc. iij. Miſc. & coq. ad Sp ſumptionem; poſtea adde: *Ol. Stil. ſuccini alb.* *Chamomillæ, Laurini*, ana ℥ i ß. *Roriſmarini, Salu* ℥ j. Miſc. & cum ſ. q. Ceræ alb. f. Vnguentum.

*Vires, & Vſus.*

IN conuulſione, poſt debitam euacuationem præcipuum: membris enim Spaſmo correptis plicatum neruorúmque origini inunctum, mo cat, reſoluit, neruóſque refocillat. Locus autem maticus manè & veſperi calidè inungatur, & videbis alleuationem.

## VNGVENTVM RENALE.

℞. OL. *Anodyni noſt.* vnc. iiii. *Papau. alb. exp.* vnc. *Vng. Roſati rec. Populeòn*, ana vnc. i. *Ping. Cap* *nis, Medul. Ceruin.* ana vnc. ß. *Santali rub. Nitri præp.* an ℥ ii. *Suc. Flor. Maluæ arbor. rub.* vnc. vi. Miſc. & coq. a ſucci conſumptionem; Poſteà cum cerà citrinâ fia Vnguentum.

*Vires, & Vſus.*

refrigerando & humectando præcipuam habe
nitatem : Propterea vbicunque refrigeratione
nectatione opus, eius vſus eſſe poterit. Impri
item dorſo, lumbis &c. illitum, Renum inflam
ni, calori, & calculo medetur, necnon dolores
icunque corporis parte à causâ calidâ proue
s mitigat atque placat.

## NGVENTVM NEPHRITICVM.

D L. *Scorpionum ſimpl.* ℥ vj. *Flor. Verbaſci, Chamo mill. Populini, Anethini,* ana ℥ j. *Nucl. Ceraſor. Amygd. amar.* ana ℥ i ß. *Ping. Gallinarum, Anſerina, is,* ana ʒ vj. *Butyri rub. è Cancris conf. Vng. Dialthéa,* ij. *Balſ. Terebinthinæ,* ʒ iii. *Suc. Parietariæ exp.* ℔ j. & coq. ad ſucci comſumptionem ; poſtea cum fiat l. a. Vnguentum.

*Vires, & Vſus.*

Enes, lumbi, deorſum vſque ad pubem hoc vn guento quotidiè aliquoties inungantur : Sic enim unctum, mirabiliter vias dilatat, vt calculus & are eò faciliús, doloresnephriticos leniendo, vreteres xando, lapidem & tartaream molem comminuendo, eſcendere poſſint.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0484-3
DFG

## VNGVENTVM AD AMBVSTA.

℞. *Album. Ouorum*, p. ij. *Ol. Oliuarum*, p. j. Conquaſſando diligenter, & exactè miſceantur, vt fiat Vnguentum Album.

*Vires, & Vſus.*

Hoc præſens præſentiſſimum linimentum, nullius ferè authoritatis & pretij eſſe videtur; ſed dico vobis, quòd in totâ Repub. Medicâ ſecretius & præſentius experimentum ad omnia ambuſta nondum inuentum & excogitatum ſit: Quià adeò perfectè, citò, & tutò caloris vim extinguendo, dolorem leniendo, & ſiſtendo, omnia aduſtionis vlcera, etiam à quauis materiâ facta, nullo cicatricis veſtigio remanente, ſanat, vt meritò inter arcana domeſtica referatur, ac poſteritati communicetur. Talis autem vtendi & applicandi modus requiritur: Patiens multoties in die cum plumâ gallinæ nigræ (nullis tamen adhibitis linteolis ſeu ligaturis externis) locum affectum ad ſanitatem perfectam, donec cruſtæ ſpontè decidant, continuando inungat.

## VNGVENTVM DE CALCE VIVA.

℞. *Calcis viuæ*, ℥ iiij. *Auripigmenti.* ℥ i ß. *Rad. Ireos Flor.* ℥ j. *Sulphuris citrin. Nitri*, ana ℥ ß. *Lixiu. ſip. Fabarum fort.* ℔ ij. Miſc. & coq. in ollâ nouâ vitreatâ ad iuſtam conſiſtentiam, quod cognoſces, ſi penna oblinita facilè plumas dimittat. tunc adde:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0485-9 DFG

Ol. Spicæ ℥ ß. vel alia odorifera, & fiat Vnguent
ſeu pulmentum.

*Vires, & Vſus.*

EX huius Vnguenti illinitione crines ſeu pili quacunque etiam corporis ſint parte, miro mo & ex tempore decidunt: Locus autem depilatus v gatur Ol. ſev Vng. Roſatc.

## VNGVENTVM DE RAPIS.

℞. AXung. *Porcinæ*, ℥ ij. *Ol. Chamomillæ, Roſar Violarum*, ana ʒ j. *Tritici exp. Vrinæ*, ana ℥ *Oeſypi human. Seui ceruin.* ana ʒ iij. *Ciner. Cancror Flu Olibani*, ana ʒ ij. *Mucilag. Rad. Althéæ, Sem. Lini, Fœn græc.* ana ʒ vj. *Suc. Raporum exp.* ℥ viij. Mixta bullianta ſucci conſumptionem, & cum Cerâ citrinâ fiat L Vnguentum. Cui circa finem immiſce vitell. ouoru No. iiij.

*Vires, & Vſus.*

SCiſſuras, vſcera, apoſtemata, quæ ſunt aperta, m nuum, pedum & aliorum membrorum à frigo corroſiuo facta, curat. Quotidie autem bis vel t locus affectus eſt inungendus.

## VNGVENTVM MEDICAMENTOSVM.

℞. PIng. *Lardi veteris*, ℔ j. *Terebinthinæ alb.* ℥ vj. *Medicam. Ol. Tartari*, ana ℥ i ß. *Sulphuris viui*

cit

Euin. *Ceruſæ lotæ*, *Lithargyrij*, *Minij*, ana ℥ j. *Hellebori* vtriuſque, *Piperis longi*, *Tutiæ præp.* *Nibili albi*, ana vnc.ß. Mixtis affunde ſuccor. depurat. Rad. Lapathi acut. & ſcrophulariæ, Herb. Fumariæ, Scabioſæ, Cort. int. virid. Sambuc. Limonum, ana vnc. iiij. Coq. ad ſuccorum conſumptionem; poſteà adde: *Styrac. liquid.* *Cinnab. factit.* ana vnc. i ß. *Ol. Laurini*, *Iuniperini*, *Ouorum*, ana vnc. j. *Mercurij ſublimati*, ʒ iiij. Miſc. & f. Vnguentum pro vſu.

*Vires, & Vſus.*

SCabiem manuum, & totius corporis ſanat. Item Impetiginem, Serpiginem, Tentiginem prauam, Pruritum, Syrones, Elephantiaſin, horribilem Ophiaſin ſiue thiriam, & Alopeciam curat: Furfures Capitis & pſydracia tollit. Inungantur autem partes extremæ omni manè, vel de tertio in tertium diem, præſertim in declinatione. Sed caue ne inunctio ante corporis euacuationem fiat; Quoniam ab inunctione cutis poroſitates clauduntur, prohibita verò malorum humorum expiratione magis intus putreſiunt; vnde febres ac apoſtemata ſæpiſſimè inducuntur.

## VNGVENTVM DE SEVO HIRCINO.

℞. SEui Hircini, ℥ j. *Ol. Vitell. Ouorum*, *Amygdal. dulc.* *Hyoſcyam. exp.* *De papauer.* ana vnc.ß. *Adip. Anſeri*, *Gallinæ*, *Anatis*, ana ʒ iij. *Lithargyr. arg. præp.* *Ceruſæ lotæ*, *Tutiæ præp.* *Minij*, ana ʒ i ß. *Nihili albi*, *Alumin.* *Vſt.* *Sacch. cand. alb.* *Olibani*, ana ʒ j. *Croci Or.* ℈ j. *Camo-*

*Phoræ*, *Opij præp.* ana ℈ ß. Miſc. & cum Ceræ alb. fiat l. a. Vnguentum.

*Vires, & Vſus.*

FIſſuras, ſciſſuras, rimas, rhagades, in mani pedibus, podice, papillis, pudendo mulieris, putio in maſculis, palpebris, naribus, auribus, ali à frigore, calore, ſiccitate, humoribúſque bilioſ ſis atque acribus, ſine moleſtiâ ſanat, & omnes ortos dolores placat.

---

## VNGVENTVM NOBILE.

℞. GVm. *Galbani elect. Opopanac. Ammoniac.* ana Soluantur in aceto vini, & ſoluta forti expreſſione colentur, expreſſum ab aceto ſepare & ſeparato tandem adde, *Axung. Humanæ, Canis, C Vrſi*, ana vnc. ß. Mixta inde cucurbitæ ſuper affun do: *Oleor. Terebinthinæ, Bac. Lauri*, ana vnc. ß. *Corn. C* ℥ ij. *Sulphuris mediante Ol. Iuglandis præp. Antimonij cis, ex Puluere Emetico per Retortam diſtillat. Vitrioli laminas ferri edulcorat. Saturni*, ana ℥ i. Iterum Mi Poſtea ad Solem, vel alio loco calido digerantur aliquot dies, & quotidie cum ſpatula ligneâ agi tur, & ſic Vnguentum pretioſiſſimum tibi comp bis, quò Teophraſtus Paracelſus, tam recentia vu ra, quàm inueterata vlcera intra paucos dies conſ dauit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0488-7

*Vires, & Vſus.*

CVrat omnia inueterata, putrida, & Cacoëthica mala: Item Vlcera Venerea deſperata, Lentigines, Lupum, Cancrum & Podagram. Omnibus amputatis, & conquaſſatis muſculis & membris medetur. Leucophlegmatiâ Capitis laborantibus, abraſis priùs capillis, & poſtmodum loco affecto impoſitum, benefacit. Hernioſis item & plaga antiquâ in inguinibus affectis præſtat auxilium: & vt omnia paucis comprehendam, virtus huius Vnguenti, verbis ſatis exprimi non poteſt. Immittatur cum plumâ gallinæ nigræ, vel cum ſtuppis, ſuperimpoſito Emplaſtro Stictico vel Diaſulphuris.

## VNGVENTVM CARMINATIVVM.

℞. F*Lor. Sambuci,* ℔ ij. *Butyri Majalis non ſalit.* ℔ j. *Suc. Chamomill. cum vino expreſſ.* ℔ ß. Ebulliant in B. ad conſumptionem humiditatis, & colaturæ adde: *Ol. Carui,* ℥ vj. *Cymini,* ℥ ij. *Fœniculi,* ℥ j. Miſc. & fiat Vnguentum ſeu linimentum.

*Vires, & Vſus.*

IN Tympanite & inflatione Ventriculi, ſecretum eſt: totus autem venter inungatur bis in die, manè ſcilicet & veſperi eundo cubitum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0489-5

## VNGVENTVM STYPTICVM.

℞. OL. *Myrtillorum*, vnc. viii. *Cydoniorum*, *Nenuph*
ana vnc. iiii. *Hyperici*, *Roſarum*, ana vnc. ii. *S*
*Herb. Plantaginis*, *Burſæ Paſtoris*, *Millefolij*, ana vnc.
Miſc. & coq. ad ſuccorum conſumptionem; poſt
adde: *Sang. Draconis*, *Croci Martis*, ana vnc. i. *Boli*
*Or. præp. Terræ vitriol. dulc. Corallor. rub. præp.* ana vnc.
*Rad. Tormentillæ*, *Biſtortæ*, ana ℨ ii. *Antheræ Roſar. S*
*Plantag. Berber.* ana ℨ i. *Aceti parum*, Miſc. & cum C
ræ ſ. q. fiat l. a. Vnguentum.

*Vires, & Vſus.*

STypticum eſt; Ideò Renibus & Ventri, in flu
vterino inunctum, conducit in ſiſtendis menſib
& fluxionibus immodicis.

## VNGVENTVM CONTRA VERMES

℞. ALoës *Hepatic.* vnc. iii. *Ext. Gentianæ*, vnc.
Soluantur ſimul in ſ. q. ſp. Vini, & ſolutis
de: *Ol. Amygdal. amar. Nucl. Perſicor. Abſinthij cam*
vnc. vi. *Fellis Taurini*, vnc. iv. *Aceti vini*, vnc. i ß. M
& coq. ad Sp. V. aceti, & fellis conſumptionem,
circa finem adde: *Myrrhæ rub.* vnc. i. *Troch. Alha*
*Ol. Sabinæ*, ana ℨ iii. Et cum ſ. q. ceræ fiat l. a.
guentum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0490-8
DFG

## VNGVENTVM HERNIOSVM.

℞. Vitell. *Ouorum rec. ad duritiem coctor.* No. xxxv. *Butyri Majal ſ. ſale*, ℔ ß. Miſc. & in igne carbonum lento ſemper agitando & deſpumando coquantur, & quando olei puri inſtar apparet, prælo fortiter exprimantur, & fæces rejiciantur, poſtea in expreſſo oleo adhuc calido diſſoluantur; *Ol. Balſamici noſt.* ℥ vj. *Petræ*, vnc. iiij. *Empl. Oxycrocei*, vnc. v. Miſc. & fiat l. a. Vnguentum.

*Vires, & Vſus.*

CVrat Herniam inteſtinalem: Patiens autem in lecto per octo vel quatuordecim dies ſupinus, ſobrius, cauendo à cibis ventoſis, jaceat, & quotidiè bis manè & veſperi locum affectum inungat, ſimúlque debitæ ligaturæ faſcięque conuenientes applicentur, & per Dei miſericordiam certiſſimè liberabitur. Interea autem manè & veſperi de decocto noſtro contra Herniam bibat pro vice Cochl. 2. 3. vel 4. Innumeros hoc remedio reſtitui.

## VNGVENTVM CONTRA PEDICVLOS.

℞. OL. *Laurini, Templini*, ana vnc. iiij. *Suc. Rut. exp.* vnc. vj. Miſc. & coq. ad ſucci conſumptionem; poſteà adde: *Argenti viui ſaliuâ ieiuni extinct.* vnc. iß. *Sem. Staphid. agr. Nitri præparat. Aloës Epatic.* ana vnc. ß. *Radic. Hellebori alb. Lapath. acut. Tabac. Indic.* ana

ʒ ij. *Camphoræ*, *Ol. Spicæ*, ana ʒ j. Miſc. & cum Ce
ſ. q. fiat l. a. Vnguentum.

*Vires, & Vſus.*

HVius Vnguenti celeberrimum vſum ipſa expe
rientia docebit; omne enim pediculorum ge
nus interficit, & è caſtris tam Martialibus quàm Ve
nereis longè propellit.

## VNGVENTVM AD LIVOREM FACIEI.

℞. T*Ragacanth. alb.* ℥ ß. Diſſolue aq. Roſarum i
formam linimenti; poſteà adde: *Rad. Sigil.*
*Salom. ſubtiliſſimè pulueriſat.* ℈ iiij. *Camphoræ*, ℈ ij. Miſc.
& fiat linimentum.

*Vires, & Vſus.*

COntra liuorem faciei experimentum eſt; cute
enim contuſionibus, verberibus, aliíſque violen
tis ictibus liuentem; priſtino natiuóque colori reſti
tuit; ſi loco affecto illitum permaneat, vſque dum
per ſe areſiat.

# SECTIO XXXVI.
# DE EMPLASTRIS.

## EMPLASTRVM EPILEPTICVM.

℞. OL. de Caſtoreo, Rutacei, Irini, ana ℥ j. Rad. & ſem. Pæoniæ, Pyrethri, ana ʒ j. Viſci quercini, Squillæ præp. Cornu Alcis, Cran. human. ana ſpagyricè calcinator. ℈ ij. Thuris elect. Maſtichis, Ladani, Galbani, Opopanac. ana ʒß. Flor. Lauendulæ, Stæch. Arab. Spicæ Indic. ana P. j. Ol. Stil. Roriſmarini, Hyſſopi, Nuc. Moſchat. exp. ana ℈ j. Reſinæ & Ceræ, ana q. ſ. & fiat Emplaſtrum, vt eſt artis.

*Vires, & Vſus.*

IN Epilepſiâ & aliis periculoſis capitis affectibus, Suturæ coronali applicatum, præclarum præſtat auxilium, & ſpecificâ vi contra illam virtuoſiſſimè pugnat.

## EMPLASTRVM HYPNOTICVM.

℞. VNg. *Populeôn, Ceræ citrin.* ana ℥ iij. *Opii ſpagyr. præp. Ol. Nuc. Moſchat. exp.* ana ℥ i ß. *Tacamah. Maſtichis, Sandaracæ*, ana ℥ i. *Styrac. calamit. Olib. elect. Reſinæ*, ana ℥ ß. *Galliæ Moſchat. veræ, Ext. Croci* ana ℈ i. *Ol. Stil. Roſar. veri*, ℈ ß. Miſce, & f. Emplaſtrum, vt eſt artis, ad iuſtam conſiſtentiam.

*Vires, & Vſus.*

TEmporibus, fronti, & pulſibus impoſitum, ſomnum iucundiſſimum producit, præſertim ſi veſperi ante ingreſſum lecti illud vſurpetur. Inſuper ad fluxiones capitis ſiſtendas, omnéſque dolores ſedandos, præſtantiſſimum & acuratiſſimum eſt: Sed pro hyſtericis Gallia Moſchata omittenda.

## EMPLASTRVM STOMACHICVM.

℞. GVm. *Tacamahacæ*, vnc. iii. *Ladani puri, Benz.* ana vnc. ii. *Colophoniæ, Ceræ citrin.* ana vnc. *Balſ. Abſinthiaci noſtri, Peruuiani odorif.* ana vnc. ß. *Ol. Stil. Origani Cretici, Serpilli, Zedoariæ, Roriſmarin.* ana ℈ *Terebinth. alb. q. ſ.* Et fiat l. a. Emplaſtrum iuſtæ conſiſtentiæ.

*Vires, & Vſus.*

VEntriculum à nimiâ cruditate & flatibus liberat, eiúſque imbecillitati & diſtentioni opitulatur: Quia calefacit, & concoctionem mirè iuuat; nec non nauſeam & Vomitum reprimit, ſi ſtomacho impoſitum geſtetur.

## EMPLASTRVM SPLENETICVM.

℞. OL. *Capparum, Chamæmel*, ana vnc. iiii. *Succor. Scolopendriæ, Abſinthii, Roriſmarin. Agrimoniæ*, ana vnc. iii. Coq. in diplomate ad ſuccorum conſumptionem; poſteà adde: *Gum. Galbani in aceto diſſ. Ammoniac. Bdellii*, ana vnc. i. *Empl. de Meliloto, Diachylon. ſimpl.* ana ʒ vi. *Ol. ſtil. Iuniperi, Suc. inſpiſſ. rad. Filicis vtriuſque*, ana vnc. ß. *Sem. Agni caſti, Rutæ hort. Geniſtæ*, ana ʒ i ß. *Reſinæ & Ceræ*, ana q. ſ. Miſc. & fiat ſ. a. iuſtæ conſiſtentiæ Emplaſtrum.

*Vires, & Vſus.*

HVius Emplaſtri portio extendatur ſuper alutam rubeam, & obducatur ſyndone rub. ſ. a. cui inſpergatur Ol. Roriſmarini q. ſ. & regioni ſplenis applicetur: Cuius duritiem & tumorem emollit, reſoluit, ſplenémque aperit atque confortat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0495-8
DFG

## EMPLASTRVM MATRICALE.

℞. GVm. Galbani in aceto diſſ. Tacamahac. ana ℥ j. Terebinthin. alb. Ceræ citrin. ana ʒ vj. Aſæ fœtidæ, Myrrhæ rub. Caſtorei veri, ana ʒ iij. Mag. Iouis Anglic. Ol. ſuccini citrin. ana ʒ i ß. Miſc. & fiat Emplaſtrum, vt eſt artis.

*Vires, & Vſus.*

VAldè prodeſt in Matricis eleuatione vel aſcenſu; Vmbilico enim impoſitum vterum mirè reficit, & quàm ocyſſimè in propriam ſedem reducit; Immò, in hoc atrociſſimo affectu, ſupra omnia alia Emplaſtra Vterina excellens, celebre & probatũ eſt.

## EMPLASTRVM CARMINATIVVM.

℞. OL. Bac. Iuniperi, Laurini, ana ℥ iiij. Suc. inſpiſſ. Sambuci, Rutæ hort. Ebuli, ana ℥ iij. Sterc. Columbar. & Caprar. in aceto macerat. Picis naualis, ana ℥ ij. Flor. Chamæmel. ℥ i ß. Myrrhæ rub. Sandaracæ, Maſtichis, Olibani, ana ℥ j. Rad. Angelicæ hort. Enulæ camp. Coſti dulc. Cyperi rot. Zedoariæ, ana ℥ ß. Terebinth. alb. quantum ad cogendum ſatis eſt: circa finem adde: Ol. Sal. Cymini, Carui, ana ʒ vj. Et fiat ſecundùm artem Emplaſtrum.

*Vires, & Vſus.*

AD Hydropem & inflationes diſcutiendas efficaciſſimè adhibetur: præterea Ventriculi, Inteſtinorum, Hepatis, Renum, Veſicæ, Vteri & partium aliarum à flatibus, aut intemperiè frigidâ ortum dolorem placat. In Hydrope extendatur ſuper petiam lineam craſſam, & toti ventri calidum applicetur, vitata tamen regione Epatis.

---

## EMPLASTRVM STYPTICVM.

℞. C*olophoniæ, Terebinth. Ceræ citrin.* ana ℥ vj. *Cruſtæ panis toſt. & in aceto macerat.* ℥ iiij. *Ol. Nuc. Moſchat. exp.* ℥ iij. *Maſtichis. Sandarac. Olibani*, ana ℥ ij. *Terræ Sigillatæ, Bol. Armen. rub. Mentæ criſpæ, Abſynthij*, ana ℥ j. *Calami aromat. Caryophyllorum*, ana ℥ ß. *Balauſtior. Roſar. rub. Nuc. Cupreſſ. Cort. Granator. Gallar. Turc. Sang. Draconis*, ana ʒ ij. Miſc. & cum ſ.q. Ol. Cydonior. conſice. ſ. a. Emplaſtrum.

*Vires, & Vſus.*

IN Dyſenteriâ, Lienteriâ, Diarrhœâ, morbo Cholerâ, vomitu puerorum, & qui cibum retinere non poſſunt, experimentum eſt egregium: Ponitur ſuper ventrem inferiorem in fluxibus eius; ſed in Stomachi ſubuerſionibus, ipſi Ventriculo æqualiter ſuper corium clypei inſtar deductum, & pannis lineis vel ſindone rubrâ coopertum, decenter applicetur.

## EMPLASTRVM STICTICVM Seu PVNCTVRALE.

℞. TErebinthinæ Cypriæ, ℥ iiij. *Gum. Elemi*, ℥ ij. … *citrinæ, Colophoniæ*, ana ℥ j. *Minij tenuiſſ.* … *Sang. Draconis*, aaa ℥ vj. *Styrac. calamit. Magnetis*, … ℥ ß. *Rad. Ariſtoloch. rot. Mumiæ tranſmarin.* ana ℥ ij. … *Epatic. Aluminis vſt.* ana ℥ j. Miſc. & cum Balſ. V… rario f. Emplaſtrum, vt eſt artis.

*Vires, & Vſus.*

VAldè efficax eſt ad punctura & Vulnera rec… tia, vbicunque ſint in Corpore humano, et… in capite, quæ omnia ſiccat, mundificat, conſoli… ſanat, malæ quæ carnis corruptionem & excreſc… tiam impedit. Inſuper ferrum, plumbum, calam… ſurculos & ſpicula corporis alto infixa; necnon … quæque de vulneribus extrahit, dolores mitigat … venenoſorum animalium morſus ictúſque curat.

## EMPLASTRVM DIAPHORETICV…

℞. CEræ flauæ, ℥ xj. *Colophoniæ, Bdellij*, ana … *Succini citrini*. Vnc. iij. *Gum. Ammoniac.* in … *diſſ. Terebinth. alb.* ana vnc. ij. *Galbani in aceto diſſ. S…* *racæ*, ana vnc. j. *Maſtichis, Thuris elect.* ana vnc. ß. M… & fiat l. a. Emplaſtrum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0498-6

*Vires & Vſus.*

PItuitam ac ſeroſam humiditatem abſumit, diſcutit & extrahit, vt poſt eius vſum ſæpè guttulæ appareant aqueæ in Emplaſtro & loco affecto: Hinc prodeſt ſpecificè in iſchiatico dolore, intumeſcentiâ pedum, parotidibus & tumoribus Gallicis pituitoſis, vbi ſuppurationi incumbere nolumus. In duritie crurum & neruorum ſcorbuticâ, oſſium fracturis, iuncturarum doloribus, luxatione, caſu, & contuſione, humiditates ad partem affectam tendentes conſumit, dolorémque legitimè tollit. Alij ingenioſiſſimi & feliciſſimi Practici ſequente vtuntur, magnarúmque eſt virium, & cuius idem eſt vſus.

℞. *Ceræ citrin.* vnc. xvj. *Bdellij pulu.* vnc. v. *Colophoniæ, Picis naual.* ana vnc. iiij. *Succini citrin.* vnc. iij. *Gum. Ammoniaci,* vnc. ij. Miſc. & f. Emplaſtrum, quod malaxetur Ol. Ouorum.

---

EMPLASTRVM DE PICE.

EIVSDEM FERE OPERATIONIS pro tenuioris fortunæ hominibus.

℞. P*Icis naualis*, ℔ j. *Ceræ citrin.* vnc. iiij. *Terebinth. alb.* vnc. ii. *Succini flaui*, vnc. i ß. *Thuris elect.* vnc. i. *Mellis deſpumati, Vernicis liquid.* ana Cochl. ii. Miſc. & fiat Emplaſtrum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0499-4

## EMPLASTRVM DE GALBANO CROCATVM.

℞. G*Vmm. Galbani in aceto diſſ.* ℥ vj. *Empl. de Meli*[*l*]*to, Diachyl. Simp.* ana ℥ iij. *Ceræ citrinæ,* ℥ ij. *Te*[*rebinth.*] *rebinth. alb.* ℥ j. *Croci Orient.* ʒ vj. Miſc. & fiat l. a. iu[ſtæ] conſiſtentiæ Emplaſtrum.

### *Vires, & Vſus.*

EXpertiſſimum vſúque celeberrimum eſt, ad emo[l]liendos & reſoluendos tumores duros & ſcirrho[ſ]ſos; necnon ad ſedandos & mitigandos vehemente[s] & lethales partium dolores, Pectoris, Scapularu[m], Mammarum, Hypochondriorum, Laterum, Ventri[-]culi, Hepatis, Lienis, Renum ac Vteri, &c. ſiue à cru[-]dis humoribus, vel à flatu craſſo, aut aliâ intemper[ie] membrorum frigidâ excitatos. Inſuper omnes ſtr[u]mas tam recentes quàm inueteratas emollit, leni[t], concoquit, digerit, incîdit atque diſſoluit. Prætere[a] in conuulſione & ſingultu feliciſſimè vtimur.

## EMPLASTRVM DE GALBANO.

℞. G*Albani in aceto diſſ.* ℥ j. *Picis naualis,* ℥ ß. *Empl. diachyl. ſimpl.* ʒ ii. *Sal. Ammoniac.* ℈ i. Miſc. & f. Emplaſtrum.

*Vires, & Vſus.*

CVm panno ſuper verrucas & clauos in pedibus dolorem & impedimentum in inceſſu adferentes (Germanicè *Liſter oder Kraën augen*) ponatur, tertio aut quarto die ſemper mutato, & eſt expertum.

---

## EMPLASTRVM MITIGATIVVM, EMOLLIENS, DOLORES SEDANS.

℞. EMpl. Oxicrocei, ℥ ij. *Diachyl. Simp. Compoſ. de Meliloto*, ana ℥ j. Miſc. & cum Ol. Chamomill. f. Emplaſtrum.

*Vires, & Vſus.*

IN Hypochondriis, Pectore, Ventriculo, Iecinore, Liene, & aliis partibus, omnem duritiem & ſcirrhoſos tumores emollit, reſoluit, diſcutit, extrahit, maturat, & dolores varios mitigat, vehementéſque ſedat.

---

## MINIVM COCTVM.

℞. OL. *Oliuarum*, vnc. xj. *Ceruſæ pulueriſat.* vnc. ij. Coquantur ad mediocrem conſiſtentiam Emplaſtri; poſteà adde: *Minij tenuiſſimè triti*, vnc. iiij. *Seui Hircini*, vnc. iß. *Santali rub.* ʒ vj. *Ceræ citrinæ*, *Aluminis vſti*, ana ʒ iij. *Pulu. Roſar. rub.* ʒ j. Miſceantur, & f. Emplaſtrum, vt eſt artis.

*Vires, & Vſus.*

REfrigerat & ſiccat; Ideóque ignibus ſacris magnâ fiduciâ & feliciſſimè adhibetur. Vulnera & Vlcera antiqua, maligna, & exedentia, quæ humorum acrimoniâ ſerpunt, & ſunt difficilis conſolidationis, potenter curat, omnéſque cutis exulcerationes, calores, vſtiones & excoriationes, ex quacunque causâ, ſanat.

## GALBANVM COCTVM.

℞. *GVm. Galbani in aceto diſſ. Ceræ citrinæ*, ana ℥ vj. *Terebinth. alb.* ℥ iiij. Miſc. & fiat iuſtæ conſiſtentiæ Emplaſtrum.

*Vires, & Vſus.*

MAgnarum in emolliendo & reſoluendo eſt virium; Quia Articulorum & membrorum principalium tophos, nodos, ſcrophulas, ac tumores duros, digerit, emollit, reſoluit, eorúmque dolores ex influxu frigido ſedat. Verrucas etiam & clauos in pedibus pedetentim tollit. Hemicraniam, loco affecto applicatum, emendat. Neruos ac Vterum roborat. Morſibus ac ictibus rabidorum animalculorum venenatis, Scorpionum nempe, cricetorum, muſtelarum &c. impoſitum medetur.

EMPLA-

245

## EMPLASTRVM SATVRNI.

℞. SAturni vſti & loti, ℥ ij. Seui Hircini, Ceræ albæ, ana ℥ i ß. Terebinthinæ, ʒ vj. Lap. Calaminaris præparat. Ceruſſæ lotæ, ana ℥ ß. Pompholygis, Tuthiæ præpar. ana ʒ ij. Myrrhæ rub. Maſtichis, Olibani, ana ʒ j. Aloës epat. Camphoræ, Nitri præp. ana ʒ ß. Miſce, & f. Emplaſtrum iuſtæ conſiſtentiæ.

### *Vires & Vſus.*

NObile hoc de Saturno Emplaſtrum, auxilium quaſi diuinum, & nuper ita à me inuentum, valet ſecundùm meam experientiam contra omnis generis Ambuſta, Inflammationes, Tumores, Ignem Perſicum &c. Necnon ad vulnera & vlcera quæuis maligna, fœtida, inſanabilia ac corrodentia: nimirum, Fiſtulas, Lupum, Cancrum, Polypum, Noli me tangere, &c. & ſimilia Saturnina, etiam deploratiſſima, intra paucos dies carne implenda. Et hæc noſtra eſt vera & ſincera Emplaſtri Saturnini deſcriptio; cæteræ verò, quæ paſſim circumferuntur, omnes falſæ ſunt.

## EMPLASTRVM ARTHRITICVM.

℞. OL. *Oliuarum recent.* ℔ j. *Minij tenuiſſ. triti*, ℥ Coquantur mixta ad conſiſtentiam me crem Emplaſtri; poſteà adde: *Ceræ citrinæ*, ℔ j. *Sem. Hyoſcyami ſubtiliſſimè pulueriſati, Colophoniæ, Terebinth. alb.* ana ℥ iiij. Miſc. & fiat iuſtæ conſiſtentiæ Emplaſtrum.

*Vires, & Vſus.*

ANodynum eſt; propterea, præmiſſis prius vniuerſalibus, Arthriticis, Podagricis, necnon aliis cruciatibus, quouis tempore vtiliſſimum: Quia omnes ferè dolorum iniurias mirè ſedat atque placat.

## EMPLASTRVM NARCOTICVM.

℞. SVccor. *Semperuiui domeſt.* ℥ vj. *Hyoſcyami, Cicutæ, Roriſmarin. Verbenæ, Solatri*, ana ℥ iij. *Ol. Liliorum alb. Camphoræ, Flor. Verbaſc. Chamæmel.* ana ℥ i ß. *Medullæ Ceruinæ*, ℥ j. Coquantur l. a. in diplomate ad ſuccorum conſumptionem; poſteà adde: *Ceræ virgin. Colophoniæ*, ana ℥ ij. *Ceruſæ*, ℥ i ß. *Opij Spagyricè extract. Flor. papau. errat.* ana ℥ iij. *Ol. Saturnini, Mumiæ transmar.* ana ℥ ij. Miſc. & f. Emplaſtrum, vt eſt artis.

246

*Vires, & Vſus.*

REfrigerat, & mirabiliter dolores & cruciatus podagricos placat. Phlegmonas, Eryſipelata, Herpetas ſedat, cæteráſque intemperaturas omnes calidas, immò incandeſcentes inflammationum feruores potentiſſimè extinguit. Inſuper ad capitis dolorem expedit, nec non temporibus ac pulſibus applicatum ſomnum conciliat.

## EMPLASTRVM FOETIDVM.

℞. A*Sæ fœtidæ*, ℥ iij. *Gran. Antirrhini quæ ſceleton repræſentant*, No. vij. *Fol. Quercin.* No. iij. *Corallor. rub. Pulu. Magnetis*, ana ʒ iß. Miſc. & f. cum Ol. Hyperici Emplaſtrum.

*Vires, & Vſus.*

AD quæuis maleficia experimentum eſt ſtupendum & quaſi cælitus demiſſum: Super centrum enim vbi cruciatûs, perſequendo, poſitum, non duntaxat maleficium ipſum; verùm etiam omnia phantaſmata & incantationes ſine ſuperſtitione, confeſtim fugat, propulſat atque debellat. Patiens autem bibat interim de ſequente decocto: ℞. *Herb. Antirrhini cum ſemine Hyperici, Pyrolæ*, ana q.v. Coquantur in Cereuiſiâ vel vino ad tertias. Doſis manè & veſperi bonus hauſtus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0505-9 DFG

## EMPLASTRVM DE CARNE BVBVLA.

℞. *CArnis Bubulæ bene infumatæ & puluerisat. Ol. Tartari, Ceræ flauæ*, ana ℥ ij. *Terebinth. alb. Lap. Calaminar. Pumicis, Boli rub. & alb. Lithargyri, Maſtiches, Aluminis vſti, Ol. Ouorum*, ana ℥ ß. *Myrrhæ rub. Oliban. Camphoræ*, ana ʒ ij. Miſc. & cum Aceti vini acerrimi ℥ ij. fiat l. a. Emplaſtrum.

*Vires, & Vſus.*

VVlnera & Vlcera antiqua, maligna, corrodentia, cancroſa, Saturnina, quæ omnia difficilis conſolidationis ſunt, explet, ſiccat, & cicatrice claudit. Fiſtulas quæ nondum callum contraxerint, iungit. Confert quoque ad omnes putredines, Hæmorrhoidas, Condylomata, Sedis vitia, rimas & ficus ani, aliáque mammarum & pudendorum depaſcentia vlcera.

## EMPLASTRVM TALPINVM.

℞. *BVtyri Majal. ſ. ſale*, ℔ ß. *Herb. Rutæ virid. Rad. Sigil. Salomon. rec.* ℥ ß. Coq. donec butyrum viride appareat; poſtea colentur, exprimantur, & expreſſo butyro addantur: *Ceræ citrinæ*, ℔ ß. *Picis Naualis*, ℥ iiij. *Ol. Saturnini*, ℥ j. *Talpæ viuæ combuſt.* No. j. *Mellis virginei*, Cochl. ij. *Auenæ alb. & Sili*[illegible]*inis in ſartagine ferrea ad nigred. toſt. & puluerisat.* ana M. j. Miſc. & f. Emplaſtrum iuſtæ conſiſtentiæ, vt eſt artis.

247

*Vires, & Vſus.*

AD vulnera & vlcera antiqua & fœtentia, peculiariter congruit: quæ omnia deſiccat, ſanat, optimâ carne replet, cicatrizat, & ab eis ſordidos humores ſeu putredines intimè immerſas liberaliter educit.

## EMPLASTRVM CONTRA HERNIAM.

℞. *Reſinæ*, ℥ vj. *Terebinth.* ℥ iij. *Ol. Ouorum*, *Sang. Draconis*, ana ℥ j. *Rad. Conſolid. major. Santali rub.* ana ℥ ß. *Croci Martis per reuerberat. fact.* ʒ ij. *Aluminis vſti*, ʒ j. Reſina & Terebinthina liquefiant, & ab igne remotis pulueres inſpergantur, & oleum addatur, benéque miſceantur, & fiat Emplaſtrum, quod beneficio aquæ feruentis extendatur.

*Vires, & Vſus.*

PRæſentiſſimum eſt remedium ad varias Herniæ ſpecies: Imprimis verò Herniam inteſtinalem & Vmbilicalem curat. Itaque Emplaſtrum hoc parti affectæ, inteſtino vel omento, priùs ſenſim in locum ſuum repoſitis, pube ac ſcroto abraſis, imponatur & ligamentis idoneis vel ſubligaculo, ne exire poſſit, retineatur, illúdque ad perfectam ſanationem continuetur. Patiens interim in molli lecto iaceat, & ſit in quiete; Immò Diætæ rectam rationem obſeruet, Aëris intemperiem frigidam, ventum, clamorem, vociferationem, cantum, riſum, fletum, ponderum gra-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0507-0

uium eleuationem, & omnem motum nimium vi- A cibis quoque flatulentis abſtineat: & alimentis c- ſis, viſcidis & conſtringentibus vtatur. Quantitas - tem parua eſſe debet, inedia enim maximè confe-

## EMPLASTRVM DIACHYLON ANODYNVM.

℞. OL. *Anodyni è ſeptem florib. parat.* ℥ xxiiij. *Lith- gyri optimè trit.* ℥ xij. *Mucilag. Sem. Hyoſcya- Pſyllij, Cydonior. Lini, Mediani Cort. Tiliæ, Rad. Alth- ana cum aq. Solani ext.* ℥ iiij. Lithargyrum ſubtiliſſi- puluerisat. & præparat. cum oleo anodyno ſubiga- poſtea lento igne coquatur, ſemper agitando, vſq- dum probè mixta ſint. Ab igne depoſita paulati- frigeſcat, & tunc mucilagines affundantur, inuice- bene miſceantur, & ad iuſtam conſiſtentiam rediga- tur.

### *Vires, & Vſus.*

EMollit. Dolores ſiſtit. Abſceſſus diſſoluit. Du- inflammationes & tumores calidos digerit atq- maturat: Immò omnia, quæ inflammantur, curat. I- ſuper podagricis auxiliatur; necnon ad intemperie- calidam mulcendam, præſtantiſſimum eſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0508-6
DFG

## EMPLASTRVM DE SPERMATE CETI.

℞. C*Eræ albæ*, ℥ iiij. *Sper. Ceti*, ℥ ij. *Gum. Galbani in aceto diſſolut.* ℥ j. Miſc. & fiat Emplaſtrum.

### *Vires, & Vſus.*

MAmmis puerperarum, poſt partum non lactantium, impoſitum, & continuè per multos dies geſtatum, omnibus ex lacte doloribus, & tumoribus etiam duris, Immò ſcrophulis, & ſtrumis medetur; Lac enim coagulatum ſiue concretum ſoluit, eiúſque abundantiam abſumit.



248

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0509-4
DFG

# SECTIO XXXVII. DE CATAPLASMATIS.

## CATAPLASMA DE FERMENTO.

℞. FErmenti veter. ℥ i ß. *Saccini citrin.* ʒ iij. *Nu*
*Moſchat. Cubebarum*, ana ʒ ß. *Mentæ criſ*
*Caryophyllor.* ana ℈ j. *Caſtorei veri, Lig. Alo*
ana ℈ ß. Miſc. & cum pauxillo ſp. Vi
ſimpl. & acet. Vini ana, redigantur in formam Cata
plaſmatis.

### *Vires, & Vſus.*

CApitis ſummo vertici totum & tepidè impo
tum aliquoties repetendo, & interdum rece
ſubſtituendo, linguæ paralyticæ cauſam egregiè di
cutit, & materiam à ſuperioribus ita euacuat & co
ſumit, vt ſemper non ſine admiratione motus & ſ
tuo redeant: propterea ad loquelam recuperandu
& catarrhos exſiccandum, ſecretum eſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0510-5
DFG

249

## CATAPLASMA FEBRILE.

℞. *PVlu. Pyrij pulueriſat, Sal. commun. fuſi*, ana ℥ j. *Telæ aranear. Nuc. Moſchat. Olibani elect.* ana ʒ ij. *Herb. Abſinthij, Burſæ Paſtor. Vrticæ min. Rutæ*, ana M. j. Terebinth. alb. q. ſ. vt fiat cataplaſma pro pulſibus.

*Vires, & Vſus.*

COmprehenſum hoc duobus linteolis, & ſuper pulſus vtriuſque manûs duabus horis ante paroxyſmum poſitum, Febres puerorum quàm plurimas, præſertim autem Tertianam notham ſeu ſpuriam curat, & mirabiliter ſæpè paroxyſmum ſedat.

## CATAPLASMA SCORBVTICVM, contra tumores pedum.

℞. *FVrfur. Siliginis bene triturat.* ℔ ß. *Farin. Hordei, Fabar.* ana ℥ iij. *Lupinorum, Lentium*, ana ℥ i ß. *Saponis Venet.* ℥ ij. *Flor. Chamæmel. Maluæ arbor.* ana ℥ j. *Lithargyr. Argent. Bol. Armen. rub.* ana ℥ ß. *Rad. Chinæ elect. Rhabarb.* ana ʒ iij. *Fung. Sambucin.* No. vij. Coq. in ſuc. Ebuli expreſſ. ad ſpiſſitudinem, vt f. Cataplaſma.

*Vires, & Vſus.*

HOc Cataplaſma in Scorbuto, veſperi calidis pedibus circumligetur, vt tumor totus eo tegatur; atque ita per totam noctem retineatur, alterâ nocte innouetur, rurſúſque imponatur, repetendo & continuando, vſque dum tumor ſubſideat; qui, ex huius cataplaſmatis vſu, & Dei auxilio, ceſſabit, & membra corroborabuntur.

---

## CATAPLASMA DE CINERIBVS.

℞. *C*Iner. *Hermodactylorum, Rad. Aſphodel. Stip. Fabarum, Lig. Sambuc. Ficuum, Sarmentor. vitis, Ebuli,* ana q. v. Miſc. & cum vino albo f. Lixiuium. ℞. *Huius Lixiuij* ℔ iiij. *Panis cibar. nigri,* q. ſ. Coq. ad ſpiſſitudinem; poſteà adde: *Aceti vini acerrimi*, ℔ ß. *Lap. Medicamentoſ.* ℥ iij. *Pulu. Sem. Cymini, Bac. Lauri, Caryophyllor.* ana ℥ j. Et fiat, leniter coquendo, vt eſt artis, Cataplaſma.

*Vires, & Vſus.*

IN tumoribus hydropicis, factâ euacuatione, extendatur ſuper pannum lineum, ſuperimponatur, relinquatúrque per aliquot horas, poſtquam deinflatur, ponatur versùs genua, ſemper deſcendendo vſque ad pedes.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0512-7
DFG

250

## CATAPLASMA DE NIDO HIRVNDINIS.

℞. Nidi Hirundinis, No. j. *Albi Græci*, ℥ i ß. *Rad. Althéæ. Lilior alb.* ana ℥ j. *Caricar. ping. Dactylor.* ana No. iij. Coq. in aq. com. ad remanentiam pultis; poſteà adde: *Ol. Violarum*, ℥ iij. *Farin. Chamæmel. Fœnugræc. Sem. Lini, Tritici*, ana ʒ vj. *Cerebri, Cati*, ℥ ß. *Pulu. Noctuæ comb. Hirund. comb.* ana ʒ ij. *Vitel. Ouorum*, No. j. *Croci Orient.* ℈ j. Miſce, & fiat l.a. Cataplaſma pro collo.

*Vires, & Vſus.*

IN Angina deſperata collo tepidè ſæpius applicetur: Quia ſecretum eſt. Stercus autem caninum colligatur à cane, Sole exiſtente in Leone, & canis recludatur & nutriatur oſſibus vituli caſtrati & aliorum, detúrque aqua fontis non multa, & in primis tribus diebus ſtercus abiiciatur & reliqua colligantur.

## CATAPLASMA CONTRA SINGVLTVM.

℞. FErmenti, ℥ iij. *Bac. Iuniperi, Roſar. rub. Mentæ criſp.* ana ʒ j. *Caryophyllorum, Nuc. Moſchat. Macis*, ana ʒ ß. *Aceti vini fortiſſ.* q. ſ. Fiat Cataplaſma: cui immiſce Ol. Cymini & Carúi, ana ℈ ß.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0513-3

*Vires, & Vſus.*

HOc maximè in ſingultu calidè Stomacho duobus linteis comprehenſum, & ſæpius applicatum valet, & eſt ſingulare experimentum.

## PANNVS LINEVS CROCATVS.

REcipe crudum ex cannabe linteum, ablue quinquies vel ſexies in Spermate Ranarum in Martio collecto & filtrato, vt grana illa ſiue Oculi nigri inde ſeparentur; idémque toties in vmbra per ſe, non in calore, ſiue luce Solari areſcere ſine. Poſtea recipe Aceti flor. Sambuci & Croci Or. ſufficientem q. & fiat Tinctura, in quâ illud ex cannabe confectum linteum coquatur, donec ſublimem à croco imbibat colorem, túmque vnà refrigeſcere ſine. Poſtea exime pannum illum crocatum, in vmbrâ ſicca, & ad vſum reſerua.

*Vires, & Vſus.*

IN Podagrâ & Eryſipelate (præmiſſis tamen præmittendis) Experimentum eſt: Loco enim affecto pannus ille impoſitus, priùs tamen ſapone Veneto inunctus, ſiſtit dolores, & in cruciatibus arthriticis remedium planè diuinum eſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0514-8

251

# EPILOGVS.

ET ſic tandem etiam, Lector beneuole, hanc compoſitionum mearum Medico-Chimicarum nouam Editionem, multis auctam & locupletatam acceſſionibus, quas promiſeram, multa etiam in recognoſcẽdo, corrigendo, elimando, ſi quid mendoſum, aut minùs aptum vſibus publicis irrepſerat adhibitâ diligentiâ, per DEI gratiam nunc abſolui. Quæ ſanè editio ſic recognita, correcta, & elimata, etſi talis, vt non titulo tenus, ſed reipsâ Theſaurum ſe probet & Armamentarium Medico-Chymicum, quibuſvis morbis & affectibus humani corporis propellendis efficaciſſimum; non dubito tamen, quin adhuc meos inueniam Hadriano-Maſtiges, modò hoc, modò illud canum inſtar, allatrantes & arrodentes in illo opere, imò non tam in opere per ſe, quàm operis producti auctore. Opus enim ipſum quippe bonum per ſe, & à bonis reique Medicæ callentiſſimis iampridem dilaudatum, cùm vituperiis conuellere iſti nequeant, Me ſubinde, Me, poſt DEVM, Operis auctorem calumniis proſcindere nituntur. Et hi ſanè, quantum hactenus quidem de latratibus iſtis & roſionibus compertum nobis, non vnius ſunt, ſed diuerſorum generum. Quidam eorum, cùm ſimile quid, nedum melius, hactenus non præſtiterint (præſtare autem vel planè

noluerunt, inuidiâ forſan prohibente, ſi non ignauia, vel, quod veriſimilius, nequiuerunt) quod meum ſolius eſt, per Dei gratiam, aliorum etiam operis adſcribunt mutuis, ne ſcilicet genuino Auctori ſua maneat integra exiſtimatio; & illa (quæ tamen nemini inuidet ipſe, qui meretur) à bonis viris in templo famæ & bonæ mentis ſuſpenſa iampridem monumenta. Quæ proinde vt ſuo deturbent iſti loco, vel ad minimum maculis aſpergant ſuſpicionum, conquiſitis hinc inde variis miſſilibus, vanis tamen illis & inualidis, aggredi nituntur & impetere. Præcipuum, & quod palmarium putant, hoc eſt: Artem longam eſſe, vitam hominis breuem; ergò aiunt qui fieri poteſt, vt tot illa, per totam artem Medicam, longiſſimâ experientiâ nitentem, diffuſa experimenta, ſingularia vnius ſint hominis? Poſſem hîc, ſi vellem, prolixè commemorare, quid & quantum alij ante me cùm in hac, tum aliis facultatibus, ſuo quiſque modo ſingulariter, magna cum laude & admiratione præſtiterint, ídque annis ſuæ vitæ non vſque adeò numeroſis; ſed miſſis iam illis; de meo tantùm, quo defunctus hîc ſum, labore loquar, per Dei gratiam feliciſſimo. Difficilem hunc, fateor, maximéque operoſum ſum expertus; ſed tandem tamen, Deo aſpirante, ita ſuperabilem, vt quæ per illum ex gratiæ & naturæ lumine, magnis ſumptibus inuenta, multis etiam & variis tam magnorum Principum, quàm aliorum curationibus, ab annis vitæ meæ plurimis feliciter adhibita ſunt & approbata, boni publici promouendi amore, in publicam emittere lucem non ſim veritus. Quæ quidem ita publicata ſi mea ſolius eſſe negare adhuc pergant inuidi, age, demonſtrent tandem, à quibus & per quos illa alios

252

adinuenta, per quos & à quibus aliis mihi communicata. Sed hæc iſtorum demonſtratio cùm ex voto parum ſucceſſura videatur, defectis & ſuccumbentibus iiſdem alia cohors aliorum, prioribus etiam iſtis nequiorum ſuccenturiari & opem ferre ſubſidiariam conatur, dum quicquid præſtitum in hoc noſtro opuſculo, per ſe quidem nec illis ipſis illaudato, ſuâ quippe ſemetipſum bonitate, vini inſtar vendibilis, commendante, ſpiritui adſcribunt familiari. Rectè quidem illi, ſi per ſpiritum hunc primò & principaliter intelligerent eum, qui omnia in omnibus operatur, à quo, & in quo, & per quem ſunt omnia, in quo ſumus, viuimus, & mouemur, Spiritum nempe diuinum & omnipotentem, omnibus bonis familiarem, de quo etiam Poëta Ethnicus, dona illius agnoſcens ait:

*Eſt* DEVS *in nobis, agitante caleſcimus illo,*
*Sedibus æthereis Spiritus ille venit.*

Cui ſoli etiam, vtpote datori & motori rerum omnium, quicquid hîc boni eſt, vnicè acceptum refero, idémque, vt ſemper ſit & maneat quàm maximè familiaris, clemens & propitius, quotidianis eum precibus oro: Si deinde etiam, reſpectu nimirum ſecundario & ſubordinato, nomine ſpiritûs illius familiaris, vel eum ſubnotarent, qui ſpiritûs illius omnipotentis munere mihi datus & connatus, adeóque ad capeſſendum hunc laborem & producendum effectum, ceu cauſſa miniſtra & inſtrumentalis, à principe motus & inſtructus, vis nimirum & genius mentis, arte, vſu, & experientiâ informatus, illuſtratus, confirmatus: quo ſanè Spiritu niſi æquè familiari, à nullis vnquam vitæ meæ actionibus,

dictis & cogitatis ſeparabili, vterer quotidie, parum vtique diſcriminis inter me foret, & brutum animal, imò truncum & ſtipitem. Verùm enim verò cum indiciis pateat non obſcuris, quem & qualem iſti ſpiritum, mihi familiarem & omnia ſuggerentem, hic indigitent, eum videlicet, qui miniſteriis hominum temerariorum, ſuggeſtiones eius clancularias impiè deſiderantium, quandoque ſe mancipans, iam Cryſtallis, iam annulis, iam aliis carceribus includi ſe ad tempus, emi & vendi, mitti & remitti ſe patitur, ſummo poſſidentium tam animæ, quàm corporis ſæpè periculo: meritò equidem, DEI ipſius cordium ſcrutatoris, & innocuæ culpationum iſtarum impiarum conſcientiæ meæ teſtimonio fretus, traductores hoſce meos & calumniatores, dona DEI diuino munere mihi conceſſa, nec aliter, quam in DEI gloriam & hominum ſalutem euidenter vſurpata, Cacodæmoni tribuentes, non ſine horrendo blaſphemiæ crimine, meritò, inquam hoſce impios blaſphemantes non alio dignor loco, quàm quo ſuos ipſe CHRISTVS noſter Phariſæos, progeniem illam viperarum, opera diuina Beelzebub adſcribentium, qui tamen, vtpote malus ipſe, & mali omnis author, non niſi mala operatur, & ſi quid apparenter ſub ſpecie boni operari videtur, nonniſi in perniciem hominis dirigere meditatur. Cui proinde peſſimo Dæmoni & Satanæ, qui dona illa, in hominum ſalutem diuinitùs conceſſa, odio tribuunt Phariſaico, vt ídem cum Authore illo ſuo nomen, eundem titulum merentur Sathanicum & Diabolicum, ſic dignam etiam iſto tam negando crimine pœnam, niſi reſipiſcant feriò, ſuo tempore non effugient. Præter hos denique illorum etiam

(Cato-

(Catonum, dicam, an Catapancritonum; ) proteruitatem & effrontem audaciam experior, qui pro more ſuo & canina impudentiâ, quâ nil non allatrant, impetunt, arrodunt, nil niſi propria magnifaciunt, cætera omnia, etiam artes & ſcientias liberaliores, quantumuis labello ipſis primo vix deguſtatas, cum ſuis & auctoribus & cultoribus alto ſupercilio aſpernantur, nec riſu tantùm & ſannis excipiunt, ſed probris inſuper ſcurrilibus, vanitates, nugamenta, ſtercora proclamando, proſequuntur. Eâdem dubio procul etiamnum temeritate, eodem auſu Memet & Mea ſibi arripient perſtringenda; immemores interim miſelli illi ſocij, inſulſi & ſemicocti Medicaſtri, imò, ſi titulo eos conuenientiore appellitem, Aſini Cumani, quàm ſit ipſis tam rei Medicæ, quam aliarum artium & ſcientiarum curta ſupellex. Verùm, quod prouerbio dicitur, *Quò quis indoctior, eò impudentior*, idem noſtris hiſce Zoilis & Ariſtarchis, ſi DIS placet, acutiſſimis vſuuenit. Propriâ virtute & famâ cùm nequeunt inclareſcere, aliâ rem viâ aggredientes, virtuti & famæ aliorum calumniis detrahendo, ſe verò & ſua magnificè actitando, apud ignaros præſertim & ſimpliciores, laudem ſibi & gloriam aucupantur, prouerbij memores, ῥᾴδιον μωμεῖσθαι ἢ μιμεῖσθαι. Sed ô miſeram illam laudem, vanam & inanem gloriolam! quæ, ſi deueniendum ad rem, & in illâ, de quâ tam profuſè & plus quàm Thraſonicè gloriantur, ſaltandum Rhodo, planè euaneſcit, adeóque fortunam Icari, cuius temeritatem arroganter æmulata, pari cum dedecore ſubit & experitur, vt locum inueniat illud Horatianum, *Riſum teneatis amici.* Quo ſanè ex caſu ignominioſo quem ſibi morbum attrahit (viſa loquor & nota) affectata illa gloria, nullis vn-

quam ſeu decoctis ſeu recoctis ſuis, nedum ſigil- amuletis, characteribus, ſuperſtitionibus, incan- tionibus, ritibus, ceremoniis, figuris, fabulis cabal- ſticis, curis magicis, aliiſque mille vanitatibus (q bus tamen vt aliàs mirè ſibi placet, ſic aliis etiam ſu nomine ſecretioris Medicinæ non rarò imponit) c rabilem deprehendit. Sed de iſthâc Cenſorum fam liâ Thraſonicâ, ſe tantùm & ſua admirantium, al verò aliorum opera, qualiacunque ſint etiam, p ſuâ, quam ſuperciliosè ſibi arrogant, authoritate licentiâ, nigro carbone notantium, quid ego multi Sorices ſuo ſe produnt indicio: Sic noſtri illi Cenſo- res temerario & inſipido iudicio: Quo & ipſo ni aliud præmij loco merentur, quàm quod Midas olim cùm de Phœbo iudicaſſet, de quo vetus illud; *Auricu- las aſini Mida Rex habet*: Quod vberiùs ſic explica Ouidius lib. 11. Metam. fab. 4.

*——— Nec Delius aures*
*Humanam patitur ſtolidas retinere figuram;*
*Sed trahit in ſpatium, villiſque albentibus implet,*
*Inſtabileſque illas facit, & dat poſſe moueri.*
*Cætera ſunt hominis, partem damnatur in vnam,*
*Induiturque aures tardè gradientis aſelli.*

Et hoc ſanè non inuidendum ipſis præmium, no- ſtri ſibi habeant Midæ, eodémque præ aliis conſp cui ſoli ſibi placeant, ſuo voto viuant, ſuo ſen abundent, ſolique ea ſcire noſſe & poſſe, quæ ho- mines demirentur, ſibi perſuadeant. Ego interim eo quod conceſſum mihi talento, Reipublicæ in ſeruire Medicæ, tuíſque, Lector candide, commodi promouendis oleum & operam impendere non de- ſiſtam. Quo nomine etiam amicorum meorum, in

Principum, & Magnatum hortatibus obſequi malui, tam in hoc quàm priore opere publicando, quàm cenſuras latrantium Zoilorum caninas veteri. Ad praxin quidem meam tantùm collegeram hæc primitùs, vt promptuarij inſtar quotidiani, vbicunque agerem, tum domi, tùm peregrè, ſemper ad manus haberem, de publicatione eorundem nil tum ſollicitus; ſed inſtantium apud me & editionem ſuadentium Germaniæ ferè totius Medicorum primariorum authoritas præualuit tandem, vt mentem mutarem, & quæ priuatis ſolùm vſibus meis erant collecta, in publicum prodire paterer, memor hac etiam in parte me non mihi ſolùm, ſed aliis etiam, qui meâ indigent operâ, natum. His talibus igitur non verò Ariſtarchis illis μονοσόφοις καὶ μωροσόφοις nil niſi propria admirantibus (quorum ego iudicia, cùm ipſi vel fundamentorum Medicorum adhuc ignari, vel natiuo quodam vitio præoccupati, vel etiam ex tonſtrinâ nuper aut equili, illotis manibus pedibúſque ad hæc noſtra proruentes, ea partim virulenta, partim imperfecta, inutilia & ſuperuacanea eſſe, præcipitanter iudicent, nec tamen his ingenioſiora, præſtantiora, & tutiora in medium hactenus afferant, nil vtique moror) Mea hæc libens communicare, nihilque inuidioſè occultare volui, eo fine, vt ad DEI gloriam, & proximi vtilitatem ille, cui placent, vtatur, vtque huc tanquam ad aſylum confugiat, ſi quis in periculo ſanitatis & vitæ conſtitutus opem deſideret, imò vt ex hoc, tanquam inſtructiſſimo Armamentario, contra quoſvis morbos & affectus arma ſalutaria, arma remediantia depromat, quorum vſum varium & multiplicem vt locupletiſſimè ſuppeditat, ita euidentiſſimè vtentibus approbat. Id quod Medici fundamentales & Dogma-

tici, omnéſque ſaniores Practici, qui illorum non faſtidiunt vſum, pleno ore fatebuntur. Experimini, qui vultis, ſat hîc pro encomiis ipſe euentus. Quod ſi omnibus tamen placere & ſatisfacere hæc nequeant, ſat reor eſſe, ſi bonis & peritis.

Et hæc, Lector ſincere, de Theſauro & Armamentario noſtro Medico Chymico, non ſine plurimo labore & ſudore producto, Epilogi loco dicta ſufficiant. Quo quidem, promiſſis illis in edito iam antè Theſauro acceſſionibus non paucis nunc locupletato, tantiſper vtare, fruare, donec, ſi per fata licuerit, alia etiam, fortaſſis longè ſecretiora, non minùs proprij mei ingenij inuenta, ſuo olim tempore in lucem, & ad totius Reipublicæ Medicæ emolumentum ſempiternum ſubſequantur. Interim bene vale, paritérque mihi creſce & faue.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0522-2
DFG

THESAVRI ET ARMAMENTARII
MEDICO-CHYMICI APPENDIX
Philoſophico-poëtica, videlicèt;

# TESTAMENTVM
# HADRIANEVM.

*QVO SVAM*

De AVREO Philoſophorum LAPIDE ſententiam, adeóque vltimæ voluntatis ſuæ diſpoſitionem, Sapientiæ & doctrinæ filiis reuelat Author.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0524-4

# MAGNI HERMETIS TRISMEGISTI,

## Fideicommiſſariis & diſcipulis, gratæque & memori Poſteritati.

*ALII de aliis, quibus diſceſſuri, manentium augeant facultates, ſæpè opiniones, ſua elucubrent, legant annua, bima, trima, grauantes fideicommiſsis, quartis, & reſtitutionibus, quos iam beâſſe viſi fuere. Quotuſquiſque non etiam ex prudentiſsimis in communi illâ hallucinandi materiâ, vitium paſſus à ſemetipſo: quorum opes & idéas poſtmodum aut orcinalis euertit, aut mora atterit atque differt. Nos hic vobis non Cretenſe aliquid Dædali, Tantali fugacia poma, hortóſve penſiles adumbramus, & fingimus Semiramidis: ſed Colchidis vltimum deferimus honorem, & Saturnina monſtramus regna, horas Dearum recenſentes beatas ratáſque. Profeſſi ingenuè in Sulphure, Sale, & Sole naturæ eſſe*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0525-0
DFG

*omnia, & quaſi filo Ariadnes Theſeum deducimus, mulicbre & abiectum ſolutionis & coagulationis officium: quomodo bis, ex vno fiant duo, hi rurſus vniantur & in orbem redeant: Fermentum denique & Mulciberi in digeſtione vſum, Mæchíque audaciam canimus & recommendamus: Neque hic vobis Manticæ opus conjecturis, F. Vaſquij, Succeſſ. progreſſ. vel Pretani interpretat. vltim. volunt. Planiùs quàm Majeſtas rei patitur, Archæo recluſo, immaterialem materiandam pandimus materiam, fractóque cortice nucleum denudamus: Lulliani Teſtamenti non imitatores ſed interpretes. Mactamini igitur animis, vôſque metipſos dignos oſtendite, qui tanti Theſauri non ignobiles hæredes efficiamini, quod dum fiet, quando amicam gratámque naturæ & radicalem Aphrodiſiæ Martíſque ſociâſtis in Balneo ſuo ſuauitionem, quo & creſcere & multiplicari poteritis. Valete poſthumi & Hadriani fideicommiſſo fruimini.*

AD

ILLVSTREM ET GENEROSVM
Comitem ac Dominum

# DN. GEORGIVM LVDOVICVM, COMITEM A SCVVARTZENBERGK, DYNASTEN in Hohenlandsbergk, & Murauw, &c.

*S. Cæſ. Maj. Conſiliarium, Camerarium, & ſupremum Aulæ Mareſchallum, Dominum ſuum clementiſſimum.*

SVM memor illorum, quæ me, Generoſe Dynaſta,
Conceſſum illuſtres poſtquam, Phœbo auſpice, vultus
Nóſſe tuos, vbi magnanimus decumberet Heros
Tillyus, ignivomo trajectus crura metallo;
Immò tuas etiam peteret cùm poſtea fibras
Mors Sicelice minax, fatalibus obuia plagis
Atque Illi atque Tibi; noſtræ depulſa per Artis
Vim tamen, à ſacrâ benedictam Numinis aurâ:
Quæ tum, quæ benefacta, meas quæ Gratia Muſas
Concomitata? nouúmque noui gratatus vt inde
Noſter Apollo ſibi tanti Fauoris honorem?

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0527-2
DFG

Hac memori ceu mente ſedent, meritíſque ſubinde
Fas vbi, grata mihi ſermonibus ora reſoluunt:
Sic prodire datâ, quidni iam longiùs anſâ
Illa eadem patiar, doctúmque meare per orbem?
Magnum illi decus, Excelſos habuiſſe ſuorum
Cultores ſtudiorum Animos. Quis clarior Heros
Doctrinâ, Hac etiam naturæ quæ abdita pandit,
Quæ Chymicas ſcrutatur opes lapidemq; Magiſtri:
Hunc ego ( Philoſopho quid enim pretioſius?) almæ
Dum Sophies proli Teſtamentalibus iſtis
Offero deſcriptum foliis, quo digniùs edam,
Hoc niſi præſidio, tua quod Comes inclyte, virtus,
Phœbigenis bene nota viris, merito ſibi iure
Vendicat, exemplíque tua illa ſcientia rari?
Ergo his quod titulis debetur, id accipe clemens,
Accipe, & illuſtris clypeo defende Fauoris.
O! Generoſe Comes, noſtris memorande Camœnis,
Dum mentem his, vocem dum plectra mouebit
Apollo.

*Illuſtr. Generoſ. T. Addictiſſimus*

HADRIANVS A MYNSICHT
Comitis Palat. Med. V. Doct. P. Laur.
Cæſ. &c.

# AVREVM SECVLVM REDIVIVVM.

*QVæſiui, inueni, purgaui ſæpius, atque*
*Coniunxi, maturaui, Tinctura ſecuta eſt*
*Aurea, quæ mundi centrùm nunc dicitur, Inde*
*Tot ſenſus, tot ſcripta virûm, variæque figuræ.*
*Omnibus ingenuè fateor, Medicina metallis*
*Infirmíſque ſimul. Punctum diuinitùs ortum.*



# TESTAMENTVM HADRIANEVM DE AVREO PHILOSOPHORVM LAPIDE.

Theſaurum tibi, Lector, habes, quem numi
dextro
Curis inuentum ſumptúque ingentibus v
Si placet eſſe tuum, non inuidus annuit ille,
Ille Dei dono nobis largitor Apollo.
Ingenuis mea pando viris, quæ voce rogantûm
Communi producta bono; quid ganniat ore
Zoilus, inſano corrodens quidlibet auſu,
Haud ego ſollicitus; Cenſori ſufficit æquo,
Qui ſapit, hunc noſtrum non diſplicuiſſe laborem,
Carpere, quorumuis; laudata imitarier acta,
Paucorum eſt, finxit quos de meliore metallo
Iupiter, & curuum iuſſit diſcernere recto.
His mea iudicibus ſubiecta hæc omnia, quæque; hi
Alta magis Deus Auriflui myſteria Fontis
Nôſſe dedit, naturæ aditûs reſerando latentes.
Quos penetrare cui licitum ( Diuæ vnius vni
Sed licitum Sophies ſoboli, licèt auſpice certo,
Auſpice ſupremi diuino munere patris )
Hunc radiante beat felix ſapientia vultu,
Huic aſſurgit honos, hunc diuitę copia cornu

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0530-6
DFG

253

Regificas ſuperare facit quàm vberrima gazas:
Prodidit ante annos hæc ficto nomine paucos
Ille mei interpres genij genuinus, in auras
AVREA producens REDIVIVI tempora SÆCLI,
Ille inquã, HINRICVS verſo MADATHANVS amictu;
Quem ſe dum captans ventoſæ encomia laudis
Neſcio quis vanâ mentitur fronte Batillus,
Ecce rapi indignum iuſtè indignatus honorem
Prouidus ipſe ſuo, ſpem præter, Apollo clienti,
Detecto Authori ſua nomine reddidit, iſtis
Ne deîn ſe iactet fallax cornicula plumis.
His adeò illa mei foliis contenta libelli
Clariùs ingrato myſteria pandere mundo
Propoſiti haud noſtri fuit hactenus; vnio porcis
Nec debetur enim, canibus nec ſacra prophanis:
Patri orbis tamen eximiæ, natíſque ſophorum
Ingenuis conceſſa mihi inuidiſſe talenta
Ne videar, ſoli tantùm, nec natus & illis:
En tibi, progenies cœli, quæ Nuncius olim
Rettulit ille meus, peregrinâ veſte reuinctus,
Ipſe ego, detracto (ſuperi quod velle videntur)
Schemate, cuncta lubens præſenti publico dextrâ.
Publico ſed tabulis Teſtamentalibus, illâ,
Quâ par eſt, formâ ſolenni. Tu omnibus, Hæres
Quæ lego monumenta mei tibi pectoris, almi
Numinis in laudem, ceu fas, mente vtere gratâ.
Ergo ſua vt conſtet perfectio Teſtamento,
Quæ teſtor, mecum confirmant ritè vocati
Septem, affigentes ſignacla Hermetica Teſtes,
Saturnus ſenior, Phœbus, Cyllenius ales,
Iupiter ille bonus, Mauors, Dea Cypria, Luna.
Additus his cunctorum Hermes pater ille Sophorum
Scriba requiſitus, conceptis omnia verbis

Connotat, & fidâ cuſtos aſſeruat in arcâ.
His verò haudquaquam fas eſt abſentibus vlli
Pro libitu fractis concluſa recludere ſignis.
Haud eſt; ſed cunctis totum præſentibus illis
Ceu debet inſtitui, ſic fas abſoluier actum.
Irrita ſunt etenim, ſunt caſſa vigore; vel vnus
Hoc Teſtamento ſi deſit Teſtis aperto.
Quanta ſed hîc lateat, quàm fundo diuite gaza,
Quæ legata tuis committitur vſibus, Hæres,
Ipſa, reſignatis Teſtamentalibus hiſce,
Solemni patefacta modo contenta docebunt.
Illius intereà, dum clauſum Hermetica ſeruant
Scrinia, ſecreto ſolis ſed habenda ſub vſu
Vobis, ô Diuæ Sophies veneranda propago,
Dij quibus illuſtres arcano lumine mentes
Largiti, arcanis veri penetralibus aptas.
Veſtro hæc Noſtra bono proſtant; vulgaribus illis
Ignota ingeniis, nec prodita; quamlibet auſu
Sæpè arrepta ſibi temeraria lingua proteruo
Delambens, tali cenſuram eructet ab ore,
Quali, Pana inter cùm quondam & Apollina iudex
Ridendas aſini meritus Mida Regulus aures.
Scilicet iſte, ſuis niſi reſpondentia factis,
Et cerebro cognata ſuo, nihil approbat vnquam:
Grex hominum arcanis indigni talibus, almi
Nutrinis indultu, precibus quæ induſtria multis
Obtinet, ingenti non delaſſata labore,
Fracta nec inuidiæ telis, nec morſibus hydræ.
O mihi cum variâ luctanti ſæpè Chimæra,
Dum me Diua ſuam deducit Pallas ad arcem,
Quot liuor technas, quas dira calumnia fraudes
Objicit! à cœptis retractet vt improba ſacris.
Vincit amor veri tamen, alma Scientia vincit;

O mihi præ innumeris electa Scientia nummis.
Et cur non? cunctis cùm ſit præſtantior, vllâ
Quos vnquam tenuit Rex vel ditiſſimus arcâ.
Magnæ olim Salomonis opes opulentia Crœſi
Magna fuit, magnos auri poſſedit aceruos
Semiuir Aſſyriâ Rex Sardanapalus in aulâ,
Magnos magni alij Reges tenuére Ducéſque
Theſauros; tantum ſed præſtat hic omnibus vnus,
Stagnanti quantùm ſcaturigo viua paludi.
Hæc ergo Auriflui quiſquis tibi flumina Fontis
Ebullire cupis, ſacróſque haurire perennis
Ambroſiæ latices, miſſo, cui ſtultus inhæret,
Viſcere naturæ vegetabilis, aut animalis,
Miſsâ multiplici variarum indagine rerum,
Quæ dum naturis incumbit vana remotis,
Séque ipsámque artem nigris obnubilat vmbris;
Nuda hæc noſtra tene: Minerales excute venas,
Erue, quæ gremio tibi fert natura propinquo.
Hîc illam inuenies, quæ noſtri eſt vnica tantùm
Materies lapidis, tantorum prima bonorum
(Aſpectu quamuis externo vilis) origo.
Hic fons ille ſacer, Lympha hæc benedicta ſophorum;
Mercuriale decus, Flos auri fertilis, vnus
Nobilium Thalamus ſponſorum, & nobile ſemen.
Sic rerum vna fuit, quas condidit alma IEHOVÆ
Dextera materies, vnum chaos, omnibus vnum
Principium, vnde Dei virtute exire ſupremi
Iuſſæ res omnes, totus quas continet orbis.
Noſter & à ſimili maſsa lapis exiit vnâ,
Maſsâ compactâ, confusâ, quatuor illa
Quâ contenta latent naturæ elementa creatæ
Semina, maternâ tandem quâ naſcitur aluo
Nobilis ille almæ naturæ partus & artis.

Vna eadem vt lapidis noſtri, ſic mater & ipſa
Prima metallorum, quæ ſciri cunque neceſſe eſt,
Formarum ipſa capax, ſpecies queîs viſitur omnis
Eductis quotquot gremio telluris ab imo
Ille Planetarum ſeptenus præſidet ordo.
Ecce ſed has omnes, his fortior omnibus vnus,
Si qua metallorum formis ſoluenda per artem
Congenitis, primæque ſuæ reddenda ſubinde
Materiæ, virtute regit Lapis ille magiſter,
Perfectam imperfecta jubens aſſumere formam.
Vnus id ille poteſt, non vlli imitabile rerum
Quæ ſubiecta polis; vni ceu propria virtus
Magneti ferrum trahere, aut ſe jungere ferro.
Hinc Medico perfectus honos, hoc pendet ab vno
Claue magiſterium, noſtri diadema theatri,
Claros Artifici pariens Ars celſa triumphos!
Hos igitur quicunque cupis, contentus inhære
Materiæ, quam dixi, vni, nil iſta moratus,
Quæ variis deſcripta libris tibi plurimus offert
Philoſophus, varias perquirens materiarum
Ciſternas ſteriles, veróque à Fonte remotas.
Vna eſt, vna manet Secreti janua noſtri:
Quære hanc, inuenies quærendo ritè, quod optas.
Qualis at hæc, inquis, quibus inuenienda ſub aſtris
Materia, & quonam ſignanda eſt nomine tandem;
Eſſe metallorum, iam dictum eſt antea, matrem,
Cum mineris quæcunque ſuis terra exhibet vſquam,
Concipit hæc, nutrit, minerali enititur aluo,
Denique maturum fecêre vbi tempora partum,
Addo, quod ipſa hominum generet, generata ſubinde
Nutriat & firmis ſuſtentet corpora membris,
Hermaphrodita potens, ſub corpore ſcilicet vno
Fœmina Máſque ferens biſſexas ſemine vires.

Aſtra huic effigiem, vires elementa miniſtrant,
Déque ſuo reliquam fingit vis terrea formam.
Non hæc Hiſpano ſub cœlo, aut montibus Indis;
Non Italo quærenda ſolo, Libyciſque ſub aſtris;
Noſtrâ profertur, Noſtrâ tellure videtur
Quotidiè, res communi communis in vſu,
Sæpe & per vicos puerili exercita: luſu,
Res parui æſtimij, vim quippe ignota latentem,
Noſcere quam paucis conceſſum munere Diuûm.
Et meritò: Manibus quod enim romphæa furentû,
Nobiléque immani quod cornu Rhinoceroti:
Hoc ea præſtet idem, quantumuis optima per ſe,
Veſani inſanum ſi vulgi proſtet ad vſum:
Pejor tantò etiam turbis toto orbe ciendis,
Imáque ſupremis miſcendo & ſacra prophanis,
Quantò nobilior rebus res vnica cunctis.
Sed quidnam hæc tandē? Dicam. Subſtantia ſalſa eſt.
Eſt aqua ſicca, eſt ſpiritibus dilecta aqua cunctis,
Ignitum eſt oleum, vi non combuſtile ſæuâ
Vulcani, irato quemcumque ore euomat ignem,
Eſt reſerans concluſa, ſibi & conformia reddens
Omnia, naturæ Clauis miranda latentis.
Crudâ hæc ſeſe offert facie, membriſque videndam
Impuris, cum prima ſuo procedit ab ortu:
Vires ipſa tamen tali edit corpore tales;
Corruptum emendat ventrem, læſa ilia ſanat,
Puram reſtituit, pulſa putredine, carnem,
Omnem inimica fugat malegratam naribus auram:
Communis Medicina omni, ſeu rebus abundet.
Paupere ſiue inopem toleret ſub culmine vitam.
Hinc de ſe titulis auditur talibus ipſa:
Sum Lapis, Imperij Regum moderamen, egenis
Solamen vitæ, parili quem diues egénſque

Iure tenet, ſum ludus ego puerilis, opúſque
Fœmineum, ſæpè abjectâ contemptior algâ,
Pes quam per luteos inuoluit ſtercore vicos;
Me Regem agnoſcit tamen, & mea pronus adorat
Sceptra metallorum Synodi ſeptemplicis ordo.
Hanc ergo Ignotam mundo, merſamque tenebris
Hactenus, incultam, ſterilem, & ſine honore jacétem,
Aſpirante Deo, noſtri illuſtrabit abundè
Lux Teſtamenti, fructúſque oſtendet amœnos.
Cuius vt indigitem proprium tibi denique nomen,
Scito, quòd antiqui facie ſit filia vatis
Calchantis, MILVI ſimul orta rapacis in ORTV,
Ortu cuius ego, Chymicâ quoque natus in arte,
Tempore quo mœchum cepit cum conjuge Martem
Mulciber ignipotens, Diis exhibuitque videndos.
Tu ſi huius noſtræ roſeúmque grauémque cruorem
Virginis, humorémque potes ſi demere ſiccum
Alitis & niueum, tibi regis parta corona eſt;
Candida nam croceos circumfluit vnda vitellos.
Sed quorſum? Expoſuiſſe ſat hîc, quæ noſtra ſit illa
Materia, ingenuum quod nomen præferat, & queis
Inquirenda locis. Tu vana ſophiſmata deinceps
Linque per anfractûs te ſeducentia curuos,
Herbarum omne genus fas miſſum, animalia linque
Corpora, dum lapidem cura eſt tibi quærere noſtrum.
Nil caro, nil ſanguis, quæque excernuntur ab illis
Menſtrua, ſperma, hominum genitalibus edita vaſis,
Stercoráque vrinæque dabunt: nil crinibus, ouis,
Nílque ſecundinis, viridiue inueneris herbâ.
Sementi fructus reſpondet ſcilicet; atque hinc
Stercoreum inueniet, qui ſtercora ſeminat, agrum.
Nec minùs incaſſum ſudabit, quiſquis in Auro
Quærit & Argento. Sit purior illa neceſſe eſt,

Sit digeſta magis vulgari materia Auro
Argentôve, ſua quæ vi penetrare metalla
Poſſit, in Argentum mutans quæcunque vel Aurum;
Nil opus ingreditur noſtrum vulgare; Sophorum
Solo ex Mercurio trahitur, quo tingimus, & quod
Perficit imperfecta. Hoc eſt punctũ, hoc mediũ illud
Naturæ, impurum à puro quod ſegregat hoc eſt,
Cui, licet extracto nullis nullâ arte metallis;
Seu perfecta, vices admittere neſcia, ſiue
Imperfecta ſient (vitali quippe alimento
Quæ caſſa omninò & genitali ſemine vitæ,
Nullum ex ſe ſimilem ſibi poſſunt gignere fœtum,
Quid? quòd & impuris ſint plena illa omnia morbis
Imperfecta, ſuæ mediorum hinc indiga curæ
Ex alio, in propriis quæ virtus denegat abſens)
Vis vni tamen omnis ineſt, quamcunque metalla,
Quam mineræ & natura tenet vegetabilis, immò &
Quâ ſuperi pollent ſeptem virtute Dynaſtæ,
Præualet, humanos miréque operatur in artûs.
En tibi materiam, Proles Phœbeja noſtram
Ætherei Lapidis. Tu dehinc, dum quæris eandem,
Fac tibi ſint viridis veſtigia nota Leonis.
Sed notâ ablatâque tuis IOVA auſpice, tandem
Materiâ manibus, quid agendum, diſce deinceps,
Optatam vt liceat voti contingere metam.
Cernere ab impuro purum ſapientia prima eſt.
Non niſi perpurgata probè craſsiſque ſoluta
Materia à membris, ac ſublimata decenter,
Tingendi medium fiet, ſubtilia tantùm
Viſceribus naturæ imis queîs ſpiritus exit,
Exſerere haſce valent penetrando corpora vires.
Perfecto hoc, ex purgatâ poſt elice prudens
Materiâ contenta duo, Sal, Mercuriali



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0537-8

Nomine Philoſophis inſigne, oleíque deindè
Sub formâ Sulphur rubicundum & pondere plenum,
In Sale cuncta latent arcana: hoc ſoluere quiſquis
Nouerit, arcani penetrabit in intima Templi,
Hæc Aquilla illa alba eſt rubeo cognata Leoni:
Hic ſponſus Niueo & Rubeo pulcherrimus ore,
Millenos inter multos lectiſſimus, auro
Cui caput è puro.
Scire ſed ex vſu hîc, non totum Aquilæ illius Albæ
Sumendum corpus; ſed corporei intima ſucci,
Cryſtallos, inquam, niueo candore nitentes:
Sic neque tota tibi Rubei capienda Leonis
Membra; ſed interior rubicundi ſanguinis humor
Purgatum impuro nimirum Sulphur ab omni.
Præcipuus labor hic, pretiíque induſtria magni,
Quâ niſi tu vtaris bene, & interiora recludas
Viſcera, nil Sulphur, nec Sal tibi proderit vnquam,
Ex ſale Mercurius (Lac virginis illud, & illa
Philoſophæ Nix alba ſcholæ) procedat, hic vnus
Ianitor eſt Sophiæ & totius clauiger artis.
De Rubeo atque Albo hæc, quali elicienda labore,
Sufficiant; ſequitur, quâ ſint ratione deinceps
Conjungenda, ſacram quò perficiantur ad artem.
Auſpiciis igitur diuinis quiſquis eò vſque
Progreſſus, plenè vt purgatum cum ſale ſulphur
Obtineat, porrò coniungere pergat vtrumque
Philoſophûm iuxta pondus, natura quod ipſa,
Quantũ opus eſt retinens, digito velut indice mõſtrat,
Hinc obſignatis ſignaclo Hermetico iiſdem
Conueniente gradu moderatum adhibeto calorem,
Quali ſuppoſitis, pullorum auida, incubat ouis
Gallina, aut fœtus maternâ creſcit in aluo.
Vanus enim labor omnis erit, fruſtranea cura,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0538-4

Subiectum prudente manu nî rexeris ignem.
Sic thalamo iunctis clauſo Niueâ Rubeóque
Coniugibus, ſuperûm prece adora ſupplice Numen,
Permixtum hoc opere vt videas cum vxore maritum.
Tempore & ecce breui miſtis, ſpectabis, in vnum
Binis, Æthiopem nigrum & corui caput atri!
Hæc ſtudio inprimis ſummo tibi ſcito cauendum,
Ianua ne vitrei reſeretur clauſa cubicli,
Perfectum induerint donec concluſa ruborem,
Facta ſui ſimilem generare aptiſſima fœtum.
Hinc dormitantis ne interpelletur amicæ
Cœpta quies, priùs & tactum ne ſentiat, ipſi
Quàm fuerit libitum, prohibet Rex ille ſophorum.
Illa incluſa ſuo, mox anguſtátaque vaſe,
Mittere ſudorem incipiunt, ſubtilia in altum
Surgere, quóve magis rectore coquantur ab igne,
Spirituum fit maius, eò fit fortius agmen.
Hortus es, (illa eadem ſapientia Regia cantat)
Hortus concluſus. Fons obſignatus, amœni
Flos horti, Fontis ſcaturigo viua fluentis
De Libano: Surge ô Aquilo, túque inſimul Auſter,
Surge, hortum perfla, rorent vt aromata, noſtrum.
Ecce mei vox dulcis adeſt venientis amici,
Montibus ecce ſalit, ſubſultat collibus ille,
Cappreoli ſimilis venientis ab vbere matris,
Mirus enim vitro iunctorum motus, in altum
Iam ſurgunt, fundo iam merſa videntur in imo,
Sæpè reſoluuntur, coëunt ſæpè, ipsáque
Mortificant, vitam reuocántque ſubinde fugatam,
Perfectum aſſumant donec putrefacta nigrorem.
Primum opus hoc noſtri lapidis, (corruptio quippe
Vnius alterius generatio) naſcitur vnde
Coruinum caput, Æthiopum Rex, caudáque nigra,

Eclipſin Sole & Lunâ ſubeuntibus atram.
Nam ſimul ac ingreſſa fuit ſatis aucta nigredo,
Illa picem exſuperans omnémque nigredo nigrorem,
Materiæ facta eſt prægnatio vera, ſolutis
Corporibus, nigram generante putredine terram,
Principium (quod gaude!) operis. Nigra ſcilicet illa
Hæc eſt, ſed multùm formoſa puella, ſine alis
Eſt volitans Niger ille Albus (Nigredine namq; hâc
Occultata Albedo latet puriſſima) coruus:
Vix aliud grauius, ſed nec præſtantius vllum eſt
Naturæ genitricis opus. Tibi ſit modò curæ
Fœmineæ flos ille comæ, pennæque medulla
Coruinæ, nimio ne comburantur ab igne.
Sic conſummatâ Nigredine, fortior vno
Mulciber eſto gradu, viridis ſucceſſerit Atro
Dum color, & viridi pauonis cauda colori,
Illa omnes referens, ſunt quotquot in orbe colores:
Albedo hos ſequitur, Vulcani tertiò adaucti
Viribus elicienda, gradúſque ſubinde per omnes
Igne regenda, ſuam dum ſublimetur ad ἀκμὴν;
Non quæuis etenim, ſed perfectiſſima tingit
Albedo, & radiis tinctum Lunaribus æquat,
Perfectum naturæ Ouum parientis, ab igne
Præſtans illæſum conſtanti albore metallum.
Succedit tandem concluſa albore Rubedo,
Cunctorum Lapidis noſtri vltimus ille colorum,
Suſcepti colophon & meta optata laboris,
Si iuſto directa modo Vulcania flamma
Diuinum pertexat opus feliciter. Ergo
Philoſophum prudens perge hîc moderarier ignem,
Perge augere gradu, ſubiectâ operoſus arenâ,
Perge, citrum donec videas flaueſcere fructu.
Tum porrò prudente tibi ratione regendus

Mulciber ille tuus: Rubeo pulcerrima vultu
Dum ſe, labe carens omni, Regina videndam
Offerat, auroræ ſimilis, cœlóque micanti:
Nec tamen hanc exire ſuo patiare cubili,
Cuius per nitidas tibi conſpicienda feneſtras,
Perfectum induerit niſi cum Rubicunda ruborem.
Intereà nimio ne vitrificatus ab igne
Spem Lapis exuſtâ fallat virtute, cauendum,
Iuſtis decoctum gradibus ceu promouet ignis;
Sic opus immodico totum deſtruxerit æſtu.
Hinc tandem, Ductore Deo, prodibit in auras
CONFECTVS LAPIS, omnigenæ Rex ille medelæ
Inuictis Panacæa potens virtutibus, vnâ
Quâ non eſt toto Medicina ſalubrior orbe,
Pneumaticâ partes penetrans vi corporis omnes,
Sumpta vel vnius ſaltem ſub pondere grani.
Hæc ceu fumus apes, prauos ita corpore pellit
Humores, morborum abigit genus omne, malique
Radice euulsâ penitus, meliora reponit:
Immò aquilæ in morem renouat ſeruátque virentem
Flore iuuentutem, casúque perire maligno
Non ſinit, ætatem niſi pleno clauſerit æuo
Præfixa illa homini ſupremo à Numine meta.
(Mors communis enim, nec declinabilis vlli
Denique, mortali quiſquis de ſemine cretus)
Hoc primæuus Adam, priſci hoc medicamine Patres
Longæuam ſani duxêre in ſæcula vitam.
Hoc ſapientum ætas priſcorum floruit, ipſo hoc
Æternum meruit penu çum diuite nomen.
Nullum huic quantumuis morbi incurabile monſtrũ,
Dirus ſiue hydrops fuerit, ſcabiéſve leproſa,
Siue Podagra pedum tortrix, manúumve chiragra,
Et quæ plura aliis ſunt deſperata medelis

Tormenta illa hominum, mors viua cadaueris illa
Viui & ſpirantis; nullum inſuperabile noſtro
Stat Lapidi; inuicto cuncta expugnantur ab vno,
Illa aliorum etiam quos tempore pharmaca longo
Vix curant, paucis hic ægros roborat horis.
O donum Medicina ingens, cui quicquid in orbe eſt,
Nil vſu tantum meret excellente trophæum!
Sed ſua ne impuris etiam incorrecta metallis
Permaneat ſcabies leproſa, exuta ſed omni
Naturæ vitio, ſummo afficiantur honore:
Pergendum vlteriùs, Lapidiſque operatio noſtri
Multiplicanda, nouas acquirat vt enthea vires.
Confectum ergo ſuæ Lapidem rurſùm inſere Matri,
Quâ natus, ſalibus duplicato nempe duobus
Mercuriali vtero. Fontinæ illi benedictæ,
Iuſtóque inſertum ſub pondere Philoſophorum
Concludat repetita noui chryſtallina cœli
Ianua, Spagyrico ſcitè obſignanda ſigillo.
Sic Matri inſertum, ſic pellucente receptum
Conclaui, calefacta nouis noua balnea prunis
Denuò ritè coquant, dum per genus omne colorum
Ordine materies deducta (id menſe vel vno
Abſolues, denis quod vix perfeceris antè)
Ex binis vnum progignat denuò corpus.
Huius eò fuerit virtus diuinior omni
Purgando impuro, tingendis atque metallis
Philoſopho recoquatur idem quò ſæpius igne.
Quem ſi cui liceat toties iterare laborem,
Suppeditante Deo longæuæ ſecula vitæ,
Impurum omne orbis vel granum tinxerit vnum,
Purius vt puro ſplendeſcat protinus auro.
Fermentum supereſt, Tincturam illa vltima noſtram
Particula ingrediens, penetrandi impura metalli

Certa viam indigitans fixato Adriadna tenore,
Liber vt impuro labyrinthi carcere Theſeus
Fulgentem Regis mereatur ferre coronam.
Hæc ratione igitur fit Fermentatio tali:
Purgati ſublimè auri tenuiſſima fiat
Lamina, quam Lapidi thalamo Vulcanus in vno
Leniter aſſociet, pòſt aucto fortior igne
Tres coitum noctes totidémque liquentia cogat
Continuare dies: Sic ſpiritualibus Aurum
Dotibus ornatum ſubtili cuncta vigore,
Obuia quæ fuerint impura metalla, penetrat.
Nil operatur enim Lapis, & nil tinxerit vnquam,
Coniuncto fuerit niſi fermentatus ab Auro.
Conſimili gaudet ſibi, quo benè conſociato,
Ingreditur corpus Tinctura, ſuiſque ſolutum
Sordibus impurum puro producit amictu.
Sic fermentati Lapidis, ſic ritè parati
Diuinum hunc tandem tingendi inueneris vſum;
Vna in millenas ſumatur portio partes;
Immò vel innumeras, prout multiplicata coquendo
Tinctura, ignitis fluxu miſcenda metallis;
Partus & ecce nouus pretioſo nobilis Auro!
Affectu vnum aliud comprendit quippe lubenti
Corpus, diſſimili natum quantumlibet ortu.
Alterum in alterius tranſit, virtute coactum,
Naturam: hinc ſimile à ſimili natum exit in orbem.
Hoc Fermenti igitur bene qui medio vtitur, omnis
Huic detecta paret Fixatio, ea vnica, quâ non
Res omnes inte, ſubtilior vlla creatas: (MVNDI,
Hoc GRANVM FVNDI eſt, quod CENTRVM nobile
Huius qui factus compos, grato ore IEHOVAM
Laudibus extollat, tanti qui muneris author,
Paupertas quod dira fugit, quod morbus, & atra

Triſtitia; vnde fluit largis ſapientia riuis.
Tantum nempe bonum eſt Tinctura hæc noſtra per
omnem,
Cui paribus nihil æquipares virtutibus, orbem,
Aureus hic imber Iouis eſt: hic ſpiritus ille,
Conſeruatricem mundi quo condidit arcam
Noah vitiſator: quo Templum & fulgida Templi
Vaſa dedit Salomon toto celeberrima mundo.
Hic eſt, quo Templi protypon conſtruxerat ante
Moſes, & multo radiantem erexerat auro.
Hic eſt, collapſam patriæ quo reſtituit rem,
Firmauitque ſuis renouatam legibus Eſdras.
Hic eſt, ſpiritibus qui præualet omnibus vnus,
Cunctarum quotquot gignuntur viſcere rerum,
Fortunæ dator ille bonæ, virtutis, honoris,
Pauperie penitus deſtructâ & mole malorum,
Omnia cum dulcî largitur cætera pace.
Vtque ad vota bonis bona dat quæcunque, paratum
Et decus, & longæ felicia tempora vitæ;
Sic prauo à prauis ſi contemeretur abuſu,
Æterno ingratos cruciandos deuouet Orco.
His concluſa metris Lapidis myſteria ſacri,
Candide lector, habe, Teſtamentúmq; Hadrianum;
Quod cuius cœptum conſcribi nomine, ſancto
Nomine nempe Dei, clauſum hoc ſolenniter eſto.
Huic, cœli ſuperos qui Rex altiſſimus orbes,
Quicquid & his tectum, moderamine dirigit almo,
Huic Artis largitori tam nobilis, & quæ
Gens hominum bonacunq; tenet, Iouæ omnipotenti
Sit laus, ſit cunctis ſæclorum gloria ſæclis.

*FINIS.*

*Vni Deo & Trino gloria.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0544-6
DFG

266

# INDEX I.

## SECTIONVM IN QVAS HOC ARMAMENTARIVM DIVIDITVR.


| | | |
|---|---|---|
| Sectio I. | *De Medicamentis Chymicis ſelectis, & aliis pretioſis, &c.* | pag. 1 |
| Sect. II. | *De Tincturis liquidis.* | 48 |
| Sect. III. | *De Extractis.* | 62 |
| Sect. IV. | *De Præparatis.* | 93 |
| Sect. V. | *De Speciebus & Pulueribus.* | 99 |
| Sect. VI. | *De Catapotijs, ſeu Pilulis.* | 132 |
| Sect. VII. | *De Rotulis.* | 150 |
| Sect. VIII. | *De Morſulis.* | 162 |
| Sect. IX. | *De Trochiſcis.* | 169 |
| Sect. X. | *De Suffimentis.* | 177 |
| Sect. XI. | *De Salibus Compoſitis.* | 185 |
| Sect. XII. | *De Marmeladis.* | 193 |
| Sect. XIII. | *De Confectionibus liquidis & Electuariis.* | 203 |
| Sect. XIV. | *De Confectionibus Catharticis.* | 222 |
| Sect. XV. | *De Lohoch, ſeu Eclegmatis.* | 234 |
| Sect. XVI. | *De Syrupis.* | 238 |
| Sect. XVII. | *De Elixiribus.* | 250 |


Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0545-2

| | | |
|---|---|---|
| Sect. XVIII. | *De ſpiritibus vini compoſitis.* | 253 |
| Sect. XIX. | *De Aquis deſtillatis compoſitis.* | 264 |
| Sect. XX. | *De liquoribus mixtis.* | 296 |
| Sect. XXI. | *De Emulſionibus.* | 310 |
| Sect. XXII. | *De Claretis, ſeu Vinis medicatis.* | 314 |
| Sect. XXIII. | *De Acetis medicatis compoſitis.* | 324 |
| Sect. XXIV. | *De Epithematis.* | 331 |
| Sect. XXV. | *De Decoctis.* | 337 |
| Sect. XXVI. | *De Gargariſmis.* | 357 |
| Sect. XXVII. | *De Lixiviis.* | 363 |
| Sect. XXVIII. | *De Balneis.* | 367 |
| Sect. XXIX. | *De Veſicatoriis.* | 373 |
| Sect. XXX. | *De Peßis.* | 375 |
| Sect. XXXI. | *De Suppoſitoriis.* | 378 |
| Sect. XXXII. | *De Enematis.* | 381 |
| Sect. XXXIII. | *De Oleis compoſitis.* | 403 |
| Sect. XXXIV. | *De Balſamis & Odoriferis.* | 410 |
| Sect. XXXV. | *De Vnguentis.* | 425 |
| Sect. XXXVI. | *De Emplaſtris.* | 439 |
| Sect. XXXVII. | *De Cataplaſmatis.* | 456 |


# INDEX II.

## COMPOSITIONVM OMNIVM IN HOC OPERE DESCRIPTARVM.

### A


ACetum Aromaticum odoratum. 324
Bezoarticum. 328
Diaphoreticum. 328

Hyſtericum. 329
Mithridaticum. 325
Myrrhatum. 327
Rhizoticum. 327
Theriacale. 325
Vomitorium deſtillatum. 330
Zedoarticum. 326
Alumen tinctum. 34
Aluminis plumoſi calcinatio & præparatio. 98
Ambra Moſchata. 43
Ambræ pomum. 176
Anima Vitrioli. 26
Aqua Acetoſa ſtomachalis. 279
Aloëtica ſolutiua. 294
Anticolica ſeu Carminatiua. 285
Antihydropica. 283
Antinephritica. 290
Antiphthiſica. 274
Antiſcorbutica. 284
Apoplectica. 265
Benedicta Serpylli. 285
Caponis. 276
Carminatiua. 285
Caſtitatis. 286
Cinnamomi bugloſſata. 277
Ex Corde Cerui. 277
Cordialis calida. 278
Cordialis frigida. 278
De Cornu Ceruino. 293
Coſmetica. 294
Dominarum. 289
Epileptica. 264
Febrifuga. 287

*Hepatica calida.* 28
*Hepatica frigida.* 28
*Hypnotica.* 26
*Hyſterica.* 28
*Lithontriptica.* 29
*Maſtichina.* 267
*Narcotica.* 269
*Ocularis interna.* 273
*Ophthalmica aurea.* 265
*Ophthalmica de Cancris.* 271
*Ophthalmica ſubnigra.* ibid.
*Ophthalmica viridis.* 270
*Pectoris.* 273
*Pulmonis vituli.* 275
*Splenetica.* 282
*Stomachica calida.* 280
*Theriacalis.* 292
*Contra vermes.* ibid.
*Contra vrinæ ardorem.* 291
*De Xyloaloe.* 266
*Arcanum duplicatum.* 11
*Arcanum vitrioli.* 27
*Argentum potabile.* 10
*Aurum potabile.* 8
*Aurea Hadrianea.* 65

B

*Balneum Artificiale, vbi thermæ naturales deſunt.* 367
*Balneum contra Calculum Renum & Veſicæ.* 370
*Hypnoticum pro pedibus.* 372
*In Icteritia ad cutem detergendam expertum.* 370

Medicamentoſum, ſiue lotio pedum. 371
Contra Menſtruorum ſuppreſſionem probatum. 369
Nitroſum pro pedibus. 372
Contra ſterilitatem ſeu difficultatem prægnationis. 368
Stypticum contra vteri hæmorrhagiam probatum. 369
Balſamum Abſinthiacum. 418
Apoplecticum. 412
Aromaticum. 417
Hypnoticum. 413
Medicamentoſum. 420
Memoriæ. 413
Odontalgicum. 414
Paralyticum. 415
Podagricum. 423
Polychreſtum. 410
Puerorum dentientium. 414
Saponis. 424
Spaſmaticum. 416
Stomachicum. 416
Stypticum. 421
Sulphuris Aniſatum. 418
Terebinthinæ. 420
Venereum. 422
Vterinum. 422
Zibethæ. 419
Bezoar potabile. 34
Bezoarticum Ioniale. 13
Bezoarticum Solare. 62
Bolus in capitis affectibus. 75
In cauſa valde calida. 84
In Colica & Iliaca Paſſione. 88

*In Cordis affectibus.* 76
*In defluxionibus omnibus omnium humorum, & Catarrhorum tenuium è capite in aſperam arteriam perpetuâ tuſſi inſomniam patientium ſiſtendis.* 84
*In dolore Nephritico & Arthritico.* 91
*In dolore Pleuritico.* 89
*In Epilepſia, Vertigine, &c.* 77
*In omni Febrium genere.* 81
*In Melancholia, Mania, & Phreneſi.* 80
*In Morbis pectoralibus, Tuſſi, Aſthmate, Phthiſi, &c.* 82
*In omnibus Profluuiis inteſtinorum.* 85
*In Sanguinis excretione, & menſtruorum nimia euacuatione.* 92
*In Vigiliis ac inquietudinibus immodicis.* 91
*In vomitu, Singultu, & Ventriculo debilitato.* 79

## C

*Calcinatio & præparatio Aluminis plumoſi.* 98
*Calcinatio Spagyrica vel ſine igne, & præparatio cornu Cerui, Alcis, Cranij, &c.* 93
*Cataplaſma de Cineribus.* 458
*Febrile.* 457
*De Fermento.* 456
*De Nido Hirundinis.* 459
*Scorbuticum contra tumores pedum.* 457
*Contra Singultum.* 459
*Catapotia.* 132
Vide *Pilulæ.*
*Catharticum Argenteum.* 29
*Catharticum Cæſareum.* 221

269
*Caryophyllatum.* 225
*Cholagogum.* 227
*Paſſulatum.* 229
*Peruuianum liquidum.* 230
*Peruuianum ſolidum pretioſum.* ibid.
*Peruuianum ſolidum commune pro tenuioris fortunæ hominibus.* 231
*Regium.* 223
*Roſatum.* ibid.
*Terebinthinatum.* 132
*Violatum.* 224
*Vitæ.* 227
*Cicera Tartari.* 147
*Cinamomum laxatiuum.* 226
*Claretum Abſinthiacum laxatiuum.* 316
*Aniſatum.* 320
*Antapoplecticum laxatiuum.* 315
*Antepilepticum laxatiuum.* 314
*Antinephriticum.* 321
*Antipodagricum laxatiuum.* 318
*Antiſcorbuticum.* 323
*Chalybeatum.* 320
*Iuniperinum.* 319
*Moſchatum.* 322
*Paſſulatum laxatiuum.* 315
*Purgans.* 323
*Rhabarbaratum,* 317
*Stomachicum confortans.* 318
*Clyſter.* *Vide* Enema.
*Cochlearum teſtarum præparatio.* 96
*Confectio Cephalica.* 203
*Citri.* 208
*Magnanimitatis.* 210

*Narcotica.* 201
*Opiata.* 204
*Pacifica, de ſucculata Inda.* 211
*Paſſulata.* 221
*Pectoralis.* 206
*Pretioſa.* 207
*Satyrij.* 211
*Stiptica.* 213
*Terebinthinata.* 44
*Theriacalis.* 209
*Zingiberis Indi.* 207
*Cornu Cerui, Alcis, Cranij, &c. Spagyrica vel ſine igne calcinatio & præparatio.* 94
*Crocus Metallorum abſinthiacus.* 13

D

**D***ecoctum Adſtringens.* 355
*Antictericum.* 344
*Arthriticum.* 338
*Catarrhale.* 337
*Radicum Chinæ pectorale.* 34
*Citri.* 34
*Coſmeticum.* 338
*Ficuum.* 344
*Galli antiqui farcinati.* 352
*Ligni Guajaci.* 349
*Contra Hæmorrhagiam vteri.* 347
*Hepaticum.* 343
*Contra Herniam inteſtinalem.* 346
*Lini ſancti.* 350
*Contra mictionem ſanguinis.* 345
*Contra menſes ſuppreſſos.* 347

*Nigrum.* 356
*Nucis Cupreſſi.* ibid.
*Paſſulatum.* 341
*Pectorale Radicum Chinæ.* ibid.
*Pectorale ſubacidum.* 339
*Pectorale ſubdulce.* 340
*Polypodij purgans.* 351
*Rhabarbari.* 354
*Contra Sanguinis mictionem.* 345
*Sanguinem mundificans.* 352
*Satyriacum.* 346
*Contra Scabiem.* 348
*Senæ.* 353
*Senæ cum Rhabarbaro.* 354
*Spleneticum.* 343
*Violatum purgans.* 355
*Vulnerarium.* 349
*Diacinnamomum Regium.* 44
*Diacodion Crocatum.* 236
*Diaſcordium Roſatum.* 221
*Diaturbith Minerale.* 228

E

*ELæoſaccharum Citri.* 46
*Electuarium Abſinthiacum.* 216
*Dyſentericum.* 220
*De Nitro.* 219
*Opticum.* 219
*De Scorzonera.* 216
*Stomachicum.* 217
*Elixir Febrile.* 254
*Pæoniæ.* 253

*Sulphuris.* 251
*Vitrioli.* 259
*Emplaſtrum Arthriticum.* 450
*Carminatiuum.* 442
*De Carne bubula.* 452
*Diachylon Anodynum.* 454
*Diaphoreticum.* 444
*Epilepticum.* 439
*Fœtidum.* 451
*De Galbano.* 446
*De Galbano Crocatum.* 946
*Contra Herniam.* 453
*Hypnoticum.* 440
*Matricale.* 442
*Mitigatiuum, Emolliens, dolores ſedans.* 447
*Narcoticum.* 450
*De Pice pro tenuioris fortunæ hominibus.* 445
*Saturni.* 449
*De Spermate Ceti.* 455
*Spleneticum.* 441
*Sticticum ſeu Puncturale.* 444
*Stomachicum.* 540
*Stypticum.* 443
*Talpinum.* 452
*Emulſio Cannabina.* 314
*Laxatiua.* 312
*Pleuritica.* 311
*Roſata.* 310
*Somnifera.* 311
*Styptica.* 312
*Violata.* 310
*Enema Adſtringens.* 393
*Adſtringens aliud.* 393

# INDEX II.

*Anodynum.* 391
*Anodynum aliud.* 395
*Apoplecticum forte.* 386
*Apoplecticum fortius.* 387
*Ad Aſcarides.* 400
*Bilem euacuans.* 382
*Ad Bilem alterandam in Dyſenteria, &c.* 394
*In Calculo Renum & Veſicæ.* 396
*Aliud in Calculo Renum & Veſicæ.* 397
*Aliud in eadem cauſa.* 398
*Calculum comminuens.* 397
*In Calculi dolore.* 398
*In Calculo Renali mirabile.* 398
*Calefaciens.* 392
*Carminatiuum.* 388
*In Cephalalgia, Vertigine, Scotomia, Phrenitide, & aliis Capitis affectibus.* 383
*Cephalalgicum aliud.* ibid.
*Aliud item fortius.* 384
*Colicum quod vehementer probatur.* 390
*Colicum dolorem ſedans.* 391
*In Colica ventrem leniens.* 389
*Conſolidans.* 394
*In Conuulſione ſeu Spaſmo.* 386
*Detergens & ſiccans.* 394
*Ad Diarrhœam & Lienteriam.* 393
*Diſcutiens.* 389
*Diureticum.* 396
*Dolorem & ardorem leniens.* 395
*In cauſa à Duritie fæcum.* 390
*In Dyſenteria ad bilem alterandam.* 394
*Dyſentericos dolores ſedans.* 395

*In Epilepſia & ſuffocationibus.* 385
*Aliud ſpecificum.* 386
*Humores Melancholicos deturbans.* 382
*Ad Iliacam Paſſionem.* 388
*Pro Infantibus.* 401
*Contra Inflationem Ventriculi.* 388
*Ad Lienteriam & Diarrhœam.* 395
*Ad Nephriticum dolorem.* 399
*Nutriens.* 381
*In Paralyſi & Reſolutione.* 387
*Paralyticum aliud ſpecificum.* ibid.
*Phlegma & Hydropicorum aquas purgans.* 383
*Pituitam purgans.* 382
*Pro pueris.* 401
*In Rhagadiis, Rimis ſeu ſciſſuris ani, probatum.* 401
*Refrigerans.* 391
*Ad Scirrhum vteri.* 399
*In Spaſmo ſeu Conuulſione.* 386
*Specificum in Melancholia, Mania, Triſtitia, Congelatione, Quartana, Scabie, Impetigine. Morphæa, Cancro, Elephantiaſi, Scirrho Lienis, & in omnibus malis ex atra bile procreatis.* 38
*Specificum aliud in Melancholia, &c.* 38
*Stypticum in fluxibus ventris.* 39
*Stypticum aliud.* 39
*In Subeth & ſtupore.* 38
*Ventrem leniens in Colica ab Apoſtemate.* 39
*Contra Ventriculi inflationem.* 38
*Ad Vermes in Ventriculo.* 40
*Ad euacuandum Vermes interfectos.* 40
*Epithema Cordiale calorificum & expertum.* 3
*Aliud in eadem cauſa.* 3

In Cordis palpitatione nobiliſsimum. 334
In Cordis palpitatione aliud. 235
In debilitate & inflammatione Hepatis. 335
Alind in eadem cauſa. ibid.
In dolore capitis à cauſa calida, cum, vel ſine catarrho. 332
Aliud in eadem cauſa. ibid.
In dolore capitis à cauſa frigida, cum, vel ſine catarrho. 331
Aliud in eadem cauſa. 332
Generale in Melancholia, Mania, Phreneſi, Vigiliis immodicis, omni dolore & dyſcraſia caput reſpiciente à quacunque cauſa. 331
Aliud eiuſdem efficaciæ. ibid.
Hepaticum in cauſa frigida. 336
In Renum inflammatione præſentiſsimum. 336
Soporiferum. 333
In Syncope & aliis Cordis affectibus, refrigerans. 334
Extractum Diaſenæ. 69
Panchymagogon. 67
Polycreſtum. 67
Specificum Colicum. 71
Specificum Emeticum. 70
Specificum Hydropicum. 68
Specificum Vterinum. 72

F.

FArina Virginea nobilis. 127
Flores Nitri. 30

## G

GAlbanum coctum. 44
Gargariſmus de Acacia. 36
De Althea. 35
De Auricula Iudæ. 35
De Cortice Granatorum. 35
De Glycyrrhiza. 35
De Hyoſcyamo. 36
Lacteus. 35
De Papauere. 36
De Pyrethro. 36
De Tormentilla. 36
Gemma vitæ. 3

## H

HAuſtus in capitis affectibus. 74.7
In Colica & Iliaca Paſſione, &c. 78
In cordis affectibus. 76
In defluxionibus omnibus omnium humorum & catarrhorum tenuium è capite in aſperam arteriam perpetuâ tuſſi inſomniam parientium ſiſtendis. 8
In cauſa valde calida. ibid.
In dolore Nephritico & Arthritico. 9
In dolore Pleuritico. 89
In Epilepſia, Vertigine, &c. 77
In Febrium omnium genere. 8
In Melancholia, Mania, & Phreneſi, &c. 79
In morbis pectoralibus, Tuſſi, Aſthmate, Phthiſi, &c. 82
In [illegible]ibus profluuiis inteſtinorum. 84

In Sanguinis excretione, & menſtruorum nimia euacuatione. 86
In menſibus ſuperfluis expertiſsimus. ibid.
In vigiliis ac inquietudinibus modicis. 91
In Vomitu, Singultu, & Ventriculo debilitato. 78.
Hellebori albi præparatio. 93

## L

Lapidis Pumicis præparatio. 97
Lapidum ſiue Silicum fluuiatilium calcinatio & præparatio. 96
Laudanum Minerale. 92
Laudanum Opiatum. 73
Liquor Acidus Perlarum. 300
Acidus Corallorum. 300
Arthriticus. 304
Antipodagricus trinunus. 305
Camphoratus. 303
Cephalicus. 298
Ceruſſæ. 307
Cordialis. 299
Diaphoreticus. 301
Mercurij viui. 307
Mercurij Saccharatus. 308
Mercurij acetoſus. 309
Nephriticus. 301
Nitratus. 298
Ophthalmicus ſubalbidus. 297
Pectoralis. 299
Refrigerans. 302
Tartareus. 303

Tutiæ. 308
Veſtimentalis. 306
Vitriolatus. 297
Vulneratius. 302
Lixiuium Antaſtmathicum. 365
Benedictum. 363
Cephalicum. 364
Diureticum. 365
Sapientiæ. 364
Tartari. 366
Tingens. 366
Lohoch Antiphthiſicum. 237
Crocatum. 236
Pectorale. 235
Roſatum. 234
Violatum. 235

M

Magiſterium Corallorum Roſatum. 39
Gum. Ghitta Iemou. 42
Iouis. 25
Lap. Bezoartic. 38
Martis Aperitiu. 23
Petroſelini. 47
Saturni. 25
Scammonij. 41
Margaritæ Trochiſcatæ. 45
Marmelada Carminatiua. 199
Cephalica. 193
Cordialis calida. 196
Cordialis frigida. 196
Epatica calida. 197

*Epatica frigida.* 197
*Hyſterica.* 202
*Magnanima.* 198
*Nephritica.* 201
*Pectoralis.* 195
*Splenetica.* 199
*Marmelada Stegnotica.* 200
*Stomachica calida.* 194
*Stomachica frigida.* 195
*Terebinthinata.* 201
*Mercurius dulcis.* 21
*Mercurius Vitæ correctus.* 22
*Millepedum ſiue aſellorum præparatio.* 95
*Minium coctum.* 447
*Morſuli Cephalici.* 162
*Diacretæ.* 168
*Epatici.* 166
*Martiales.* 167
*Pectorales.* 164
*Regij.* 163
*Roſati.* ibid.
*Refectiui de Cancris.* 165
*Stomachici.* ibid.
*Viriles.* 167

N

*NEctar vitrioli.* 196
*Nitri præparatio.* 95
*Nitrum vitriolatum.* 28

O

*OLeum Acouiſticum ambratum.* 404
*Balſami.* 407

Carminatiuum. 405
Formicarum. 408
Lignorum. 409
Nephriticum. 405
Otalgicum. 403
Sabinæ crocinum. 407
Septem florum. 406
Opij præparatio. 94
Oxyſaccharum emeticum. 18

P

PAnnus lineus Crocatus. 460
Paſſulæ laxatiuæ. 231
Peſſus aperiens contra menſes ſuppreſſos. 375
Adſtringens contra Vteri hæmorrhagiam. 376
Contra Suffocationem Vteri. ibid.
Si mulier propter pinguedinem vel humiditatem eſt ſterilis. 376
Pilulæ Aloëphanginæ noſt. 132
Anodynæ. 136
Benedictæ. 134
de Calce viuâ. 140
Catholicæ. 133
Cephalicæ. 138
Dulces. 145
Familiares. 134
Hydragogæ. 143
Melanagogæ. 142
Narcoticæ. 137
Odontalgicæ. 139
De Origano. 141
Peruuianæ. 145

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0562-6
DFG

Odoriferæ. 140
Pilulæ Proprietatis. 135
Polychreſtæ. 142
Roſatæ. 141
de Sabinâ. 148
de Sandaracâ. 148
Smaragdinæ. 139
Senectutis. 138
Spleneticæ. 144
Stypticæ. 146
de Terebinthinâ. 146
Vterinæ. 149
Pomum Ambræ. 176
Puluis Bezoarticus Imperialis. 100
Carminatiuus. 126
Cyprius Violato-Roſatus. 129
Cyprius Moſchatus. 130
Dyſentericus. 120
Eryſipelatodes. 131
Excellens contra tuſsim infantum. 107
Epilepticus. 101
Febrilis. 125
Hæmorrhoidalis. 127
Manualis. 130
Ophthalmicus. 101
Pleuriticus. 124
Stitticus. 114
Polychreſtus Imperialis. 118
Probatus ad exſiccandum, conſolidandum, & ſanandum variolas. 129
Refectiuus. 107
Stomachicus nobilis. 122
de Verbaſco. 128

R


| | |
|---|---|
| ROs mineralis. | 31 |
| Rotulæ Aromaticæ. | 155 |
| Angelicæ præſeruatiuæ pro grauidis. | 159 |
| Carminatiuæ. | 156 |
| Catarrhales calidæ. | 160 |
| Catarrhales frigidæ. | 162 |
| Cordiales. | 152 |
| Diacymini. | 157 |
| Hyacinthinæ. | 151 |
| Imperiales. | 152 |
| Lac prouocantes. | 154 |
| Mithridaticæ præſeruatiuæ. | 158 |
| Pectorales albæ. | 152 |
| Pectorales citrinę. | 153 |
| Pectorales rubræ. | 153 |
| Refectiuæ. | 154 |
| Refrigerantes. | 156 |
| Smaragdinæ. | 157 |
| Stimulantes. | 151 |
| Theriacales. | 158 |
| Contra Vermes. | 157 |
| Zedoarticæ ſaluificantes pro pueris. | 151 |


S


| | |
|---|---|
| SApo odoratus. | 1[illegible] |
| Sal Apoplecticum. | 1[illegible] |
| Carminatiuum. | 1[illegible] |
| Cordiale. | 1[illegible] |
| Epaticum. | 1[illegible] |
| Epilepticum. | 1[illegible] |
| Eſſentiale. | 1[illegible] |
| Febrile. | 1[illegible] |


Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0564-7

276

*Hydropicum.* 190
*Nephriticum.* 189
*Pectorale.* 187
*Spleneticum.* 191
*Stomachicum.* 187
*Vterinum.* 191
*Scammonium Roſatum.* 40
*Silicum fluuiatilium calcinatio & præparatio.* 96
*Spec. Cholagogæ.* 126
*Diabalauſtiæ.* 116
*Diaborracis.* 112
*Diacinnabaris.* 108
*Diacretæ.* 112
*Diacryſtalli.* 110
*Diaëſulæ.* 121
*Diajalappæ.* 121
*Diajouis.* 104
*Dialunæ.* 100
*Dialauri.* 120
*Diamajoranæ.* 116
*Diamartis.* 102
*Diamercurij.* 103
*Diamumiæ.* 113
*Dianitri.* 109
*Diaolibani.* 114
*Diaplantaginis.* 118
*Diaſaturni.* 105
*Diaſolis.* 99
*Diaſuccini.* 111
*Diaſulphuris.* 106
*Diatabaci.* 115
*Diatartari.* 110
*Diaterebinthinæ.* 113

*Diaveneris.* 104
*Diavitrioli.* 108
*Febrifugæ.* 124
*Nephriticæ.* 125
*Pleuriticæ.* 123
*Stomachicæ.* 121
Spir. *vini Aromaticus.* 256
*Acouſticus.* 258
*Cephalicus.* 255
*Iuniperi.* 260
*Lithontripticus.* 261
*Nephriticus.* 261
*Odontalgicus.* 257
*Otalgicus.* 257
*Paralyticus.* 263
*Pectoralis.* 259
*Stomachicus.* 260
*Theriacalis.* 263
Spir. *Salis Coagulatus.* 31
*Vitrioli coagulatus.* 32
*Styli dentifricij.* 175
Syrup. *Antiſcorbuticus.* 241
*Aſthmaticus.* 242
*De Caßiâ ligneâ.* 243
*Cephalicus.* 240
*Cordialis.* 243
*Corallor. rub.* 239
*Diacitri roſatus.* 244
*Dyſentericus Laxatiuus.* 247
*Hydragogus.* 249
*Nephriticus.* 246
*Pantagogus.* 2[illegible]8
*Pectoralis.* 241

*Perlarum*

Perlarum Orientalium. 238
De Pyrethro. 245
Stypticus. 246
Vitriolato-Roſatus. 240
Suffiment. Angelicum. 177
De Cornu Caprino. 182
Epilepticum. 179
De Hypociſtide. 182
Imperiale. 178
De ſabinâ. 181
De ſandaracâ. 179
De ſuccino. 180
De Tacamahacâ. 180
De Verbaſco. 184
De Vitriolo. 183
Suppoſitor. Anodyna. 379
Ad acuta facienda ſpecies. 378
Carminatiua. 380
Dyſenterica, Anodyna, & ſomnum conciliantia. 380
In Epilepſiâ, Apoplexiâ, Vertigine, Subeth, Congelatione, Stupore, &c. 379
Sicca. 378
Styptica contra Dyſenteriam Ventriſque fluxus. 379

T

Tartarus Emeticus. 15
Tartarus Nitratus. 18
Terra Vitrioli dulcis. 97
Theriaca Febrilis. 216
Theriaca Mulierum. 214
Theriaca Saxonica. 215

*Terebinthina Laxatiua.* [illegible]
*Terebinthina Purgans.* [illegible]
*Turbith minerale verum.* [illegible]
*Tinctur. Antimonij.* [illegible]
*Bac. Iuniperi.* [illegible]
*Caſsiæ ligneæ.* [illegible]
*Corallor. Rub.* [illegible]
*Diaphoretica.* [illegible]
*Hyperici.* [illegible]
*Laccæ.* [illegible]
*Lig. Guajaci.* [illegible]
*Lig. Saſſafras.* [illegible]
*Martis.* [illegible]
*Odontalgica.* [illegible]
*Papaueris errat.* [illegible]
*Proprietatis.* [illegible]
*Styptica.* [illegible]
*Sulphuris.* [illegible]
*Tartari.* [illegible]
*Vterina.* [illegible]
*Vitæ.* 57
*Trochiſc. de Alumine.* 173
*Cordiales.* 172
*De Glycyrrhizâ.* 172
*Iouiales.* 173
*De Nitro.* 175
*Ophthalmici.* 170
*De Papauere.* 171
*De Radic. Rhodiâ.* 170
*De Satureiâ.* 174
*Vitæ.* 169

## V

VEſicatorium in Anginâ expertum. 374
Veſicatorium in dolore Capitis & Dentium, Occipiti poſt aures applicandum. 373
Veſicatorium Aliud in Cephaleâ. ibid.
Veſicatorium in omni mentis Alienatione, Phreneſi, Melancholiâ, Maniâ, &c. probatum. 374
Vinum antiſcorbuticum. 324
Vnguentum ad Ambuſta. 431
Anodynum. 428
Carminatiuum. 435
De Calce viuâ. 431
Hernioſum. 437
Ad Liuorem faciei. 438
Medicamentoſum. 432
Nephriticum. 430
Nobile. 434
Ophthalmicum. 426
Paralyticum. 425
Contra Pediculos. 437
Pectorale. 426
Pleuriticum. 427
de Rapis. 432
Renale. 429
de Seuo Hircino. 433
Spaſmaticum. 429
Spleneticum. 428
Stypticum. 436
Contra Vermes. 436

*Vnicornu Minerale.*
*Vnicornu Solare.*

Z

Zingiber purgans. 216
*Zingiber roſatum.* 208

# INDEX III.

## MORBORVM CVRATIONVM, RERVM, ET VERBORVM NOTABILIVM.

A

*Abortus Cura.* pag. 40. 239. 421
*Aërem malignum, venenoſum & peſtilentem corrigentia ſuffimenta.* 177. & ſeqq.
*Ægrotantes quibus Medicamentis Medico obſequentiores reddantur & Medicum habeant gratiorem.* In Præfat.
*Æſtus Ciſcerum & membrorum Cura.* 108. 236. 310. vide *Refrigerantia.*
*Æthiops ſiue Æthiopum Rex Philoſophicus.* Teſtam. Hadr.
*Alcolæ Cura.* 421
*Aloëtica aqua ſolutiua.* 294
*Alopeciæ remed.* 433
*Aluum duram emollientia & ſubducentia.* 213. 229 Conf. *Purgantia.*
*Alvi profluuiis remedentia.* 39. 55. 184. 200. 213. 236. 247. 355. 379. 392.

*Vide Profluuia ventris, ventris fluxus. Conf. Diarrhœam, Dyſenteriam.*
*Amauroſis cura.* 297
*Amblyopiæ.* ibid.
*Ambuſtorum.* 26. 407. 449
*Amentiæ.* 353
*Vide Maniæ; Phreneſis; mentis alienatæ.*
*Amynteriis & phylacteriis inſtructiſſimum eſt hoc Armamentarium. In Dedic. & Epilog.* 1. & 10
*Anaſarcæ Cura.* 230. *Conf. Hydropis.*
*Anginæ.* 19. 29 61. 175. 301. 358. 359. 373. 459
*Anglici ſudoris.* 31. 63
*Anhelitum commendantia.* 140. 141. *Vide Halitum Oris.*
*Anhelitus difficultati remedentia.* 51. 205. 235. 259. 260. 261. 286. 320
*Ani rhagadiis, rimis, ſciſſuris, fiſſuris.* 401. 434. 452
*Animæ defectioni, ſiue animi deliquio & virtutis caſui.* 45. 164. 169. 172. 173. 187. 206. 277 278. 279
*Animi tranquillitatem & hilaritatem præſtantia.* 138. 299. *Conf. Exhilarantia: &*
*Animum recreantia.* 222
*Anodyna in ſedandis doloribus vehementiſſimis.* 74. 92. 136. 269. 379. 380. 391. 395. 405. 406. 411. 428. 430. 440. 446. 447. 450. 454
*Anthracis ſiue Carbunculi cura.* 64
*Aperitiua.* 23. 24. 34. 54. 120. 201. 202. 209. 281. 408. 411
*Aphrodiſiorum Vlcerum curatio.* 307. 357. *Vide Luis Venereæ. Item Vlcerum & Vulnerum malignorum.*
*Aphrodiſiæ & Martis in Balneo radicalis ſuauiatio. Teſtam. Hadr.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0571-5
DFG

*Apoplexiæ cura.* 16.31.45.66.94.106.115.13
136 142.151.162.169.176.179.185.194.20
206. 238.241.251.253.256. 266. N.B.29
315.364.379.388.411.412. N.B.
*Apoſtematum.* 51.52.64.106.124.27
*Appetitum ſiue appetentiam collapſam excitantia.*
71.122.135.136. 156.166.194.195.207.208
218. 222. 247. 251. 261.279. 280.281.28
296. 300
*Appetitus Canini cura.* 26
*Aquæ intercutis.* 110.166.189.38
*Aquarum in abdomine.* 230. *Vide Hydropis.*
*Aqua ſophorum.* 26
*Aquila alba ſophorum. Teſtam. Hadriam.*
*Arcan. cuncta latent in ſale Philoſophico. Ibidem.*
*Argentum potabile omnium lunaticorum morborum Medicina, & ſpecificum capitale.* 1
*Ariduræ cura.* 45. 106. 23
*Armamentarium Medico-Chymicum cur inſcripſerit Auctor hoc opus. In Dedicat.*
*Arteriacorum cura.* 27
*Articularis morbi. Vide Arthritidis.*
*Arthritidis.* 7.27.45.53.59.64.78.74.113.1
136.137.142 145.224. 225 229. 230. 23
303.304.318. 323. 339. 356. 411. 425.45
460
*Aſcaridum.* 4
*Aſcitis.* 2
*Aſthmatis.* 7.15.19.54 61.64.66.82.99.10
107. 119. 122. 136. 145. 148. 152. 154. 15
164.195 206.230 235. 237. 242. 252. 2
274. 275. 276. 299. 301. 316. 319. 320. 3
352. 365

*Aſtringentia.* 312
*Attenuantia.* 54. 350. 408. 412
*Auctor qualia præſcrib. & propinet ægrotantibus Medicamenta. In præfat.*
*Auctoris Spiritus familiares qui & quales? in Epilogo.*
*Aureus imber Iouis. Teſtam. Hadr.*
*Auri ſolutio, quæ numquam reduci queat.* 9
*Auriginoſi morbi remed.* 344
*Aurium ſuſurrantium & tinnentium, auditúſque debilioris.* 11. 16. 133. 134. 258. 259. 403. 404. 408. 411
*Aurum potabile Medicina præcipua inter ſupremas, & ſpecificum cordiale.* 9
*Auarorum numen nummus. In Dedicat.*

B

*BAlthici maris accolis & locis Borealibus Auctor ſe accommodauit Methodo ſuâ Medicinali. In præfat.*
*Bezoar potabile regia Medicina contra omne Venenum cuiuſcunque generis.* 36. 37
*Bezoar Potabilis probatio in veneno.* 37. 38
*Bilem vtramque atram & flauam, euocantia, conſumentia, &c.* 41. 42. 110. 126. 141. 219. 223. 224. 226. 227. 229. 311. 312. 313. 317. 353. 354. 381. 382

C

*CAchexiæ curatio.* 20. 24. 50. 61. 63. 143. 145. 157. 188. 191. 197. 250. 282. 317. 321.

*Cacochymiæ.* 227. 254. 41

*Cadentium rupturis & fracturis remedentia.* 114. 213. 260. 286. 445

*Cæliacorum cura.* 66. 94. 102. 118. 200. 205. 239. 245. 418

*Calculi renum & veſicæ.* 18. 31. 45. 52. 53. 54. 55. 59. 110. 113. 119. 134. 146. 147. 157. 189. 190. 202. 220. 232. 233. 246. 260. 262. 286. 291. 301. 319. 322. 329. 356. 370. 371. 397. 398. 399. 405. 408. 411. 420

*Calidæ intemperiei.* 195. 198. 209. 236. 244. 310. 454

*Calorem naturalem conſeruantia & reſtituentia.* 38. 108. 155. 166. 188. 207. 236. 244. 256. 261. 391

*Conf. Excalefacientia.*

*Calorem nimium cordis, hepatis temperantia.* 343

*Vide Calidæ intemperiei curam. Item Cordialia: Hepatica.*

*Cancri cura.* 7. 26. 69. 133. 143. 144. 385. 421. 435. 449. 452

*Canitiem retardantia.* 54. 150. 252. 261. 279

*Canini appetitus remedium.* 261

*Capillos colorantia, clarificantia & flauos efficientia.* 366

*Capitalia ſiue Capitis morborum & dolorum remed.* 11. 15. 16. 19. 22. 27. 31. 32. 44. 45. 53. 60. 66. 70. 74. 75. 109. 115. 116. 133. 142. 150. 151. 155. 157. 164. 167. 169. 170. 174. *Conf. Caput confortantia. Item Cephalææ & Cephalalgiæ remed. Item Anodyna.*

*Capite trementium.* 24

*Capitis fluxus.* 12. 10

*Vide Catarrhorum. Item Defluxionum capitis & cerebri.*
*Caput confortantia.* 169. 241. 256. 353. *Vide capitalia.*
*Caput & cerebrum purgantia.* 116. 133. 135. 138. 251. 350. 353. 365. *Vide & conf. purgantia.*
*Caput corui philoſophicum. Teſtam. Hadr.*
*Carbunculi ſiue Anthracis cura.* 64
*Cardiacæ.* 66. 74. 115. 117. 126. 152. 157. 243. 244. 245. 252. 299
*Cardialgiæ.* 196. 226. 384. 406. 451. *Conf. cordialia & Anodyna.*
*Cari.* 162. 315
*Carminatiua.* 380. 388. 405
*Carnoſitatem & pinguedinem nimiam attenuantia.* 148. 356
*Caſtitatis aqua.* 287
*Caſuum & contuſionum curatio.* 445. *Vide cadentium.*
*Catapancritonum mos & impudentia. Epilog.*
*Cataractæ remed.* 134
*Catarrhorum.* 11. 21. 22. 45. 52. 54. 55. 58. 59. 74. 83. 84. 93. 106. 115. 135. 145. 161. 162. 171. 174. 180. 232. 237. 251. 256. 259. 286. 338. 339. 341. 419. 440. *Conf. Deflux. capitis & cerebri.*
*Catarrhi ſuffocatiui.* 115
*Cathartica vniuerſalia, omnia noxia è corpore humano radicaliter pellentia.* 21. 22. 67
*Cauda nigra philoſoph. Teſtam. Hadr.*
*Cauda pauonis philoſoph. Ibidem.*
*Cauſſæ, cur Noua appellet Auctor ſua pharmaca, & cur denuò ſub nouo Armamentarÿ nomine in lucem ediderit. Arm. Dedicat.*

*Cauſi cura.* 31[?]
*Centrum mun̄di granum fundi. Teſtam. Hadr.*
*Cerebri confortatio.* 11. 44. 45. 56. 58. 107. 115. 11[?]
150. 151. 155. 178. 194. 238. 241. 251. 25[?]
266. 277. 286. 268. 325. 418
*Choleræ cura.* 209. 226. 239. 245 268. 339. 42[?]
443
*Ciborum faſtidij.* 56. 118. 173. 27[?]
*Vide Nauſeæ.*
*Clauorum in pedibus , Germ.* Eiſter oder Kraehen augen. 446. 44[?]
*Colicæ & Iliacæ paßionis.* 26. 31. 44. 52. 53. 64. 66,
71. 74. 87. 88. 106. 113. 137. 156. 157. 176. 199,
205. 220. 222 225. 226. 229. 236. 253. 261,
N. B. 285. 286. 317. 323. 352. 388. 389. 390,
405. 408. 411. 418. 419
*Colorem viuidum procreantia.* 119. 189. 266. 411,
*Conf. Formæ corruptæ. Item , formam hominis viuidam & nitidam reddentia.*
*Comatis.* 31[?]
*Comitialis morbi.* 101. 314. 40[?]
*Comparatio & Conditio Theſauri huius Medicinalis & aliorum vulgarium. In Dedicat.*
*Concoctionem promouentia.* 44. 46. 58. 59. 72,
108. 135. 136. 141. 157. 164. 169. 173. 188,
194. 207. 214. 218. 277. 280. 329. 417. 421,
441
*Condylomatum & hæmorrhoidum cæcarum cura.* 127,
452
*Congelationis.* 186. 265. 379. 38[?]
*Conſolidantia.* 39[?]
*Conf. Vulneraria.*
*Conſumptis conducentia.* 27[?]

*vide impinguantia : vire r ſi entia*

*Contagioſorum morborum medela.* 209. 239. 244. 350. 409

*Contracturarum.* 29. 45. 53. 61. 64. 147. 302. 408. 411

*Conualeſcentibus & è morbo diuturno emergentibus proſicua.* 108. 196. 206

*Conuulſionis cura.* 29. 45. 55. 106. 136. 191. 256. 260. 186. 386. 416. 429. 446.

*Corallorum tinctura nobiliſsima & pretioſiſsima eſſentia, & Medicina contra morbos quamplurimos,* 48.

*Cor confortantia.* 169. 207. 238. 244. 251. 256. 277. 278. 279. 299. 300. 322. 328. 333. 342. 343. 353. *conf. ſeqq.*

*Cordialia.* 9. 30. 39. 44. 45. 46. 49. 54. 56. 58. 60. 61 66. 76 77. 94. 107. 115. 117. 119. 123: 126. 150. 152. 155. 164. 167. 169. 172. 176. 187. 196. 198. 206. 209. 223. 232. 316

*Cordis & pectoris anguſtiæ remed.* 45. 232. 316

*Cordis compreſsionum & dolorum.* 60

*Vide Syncopes.*

*Item Cardialgia.*

*Corroſionum Oris & gingiuarum* 421

*Vide Gingiuæ Corruptæ. conf. Oris fœtoris & ſcorbuti curam.*

*Coruus Niger-Albus ſine alis volitans. Teſtament. Hadr.*

*Coryzæ cura.* 93

*Coſtarum doloribus remedentia.* 235

*Vide & Conf. Pleuritica.*

*Item Anodyna.*

*Crapulæ cura.* 13
*Crines vt decidant ex quacunque Corporis parte.* 42
*Curarum grauium diſpulſio.* 11.13
*Cutem mollem & manus albas ac nitidas reddentia.* 13. 338. 424
*Cutis fœditatem & ſordes eluentia.* 110.232.35

## D

*DEbiles & languentes recreantia.* 269. *Vide Vi- reſic.*
*Deſluxionum capitis & cerebri cura.* 12.107.153.236. 325. 329. 365. 411
*Deliquio animi remedentia. Vide Animæ defectionem & Lypothymiam.*
*Deliriȷ cura.* 16.57.353
*Dentifricium purgans & candidos dentes reddens.* 97. 125.175
*Dentium dolores ſedantia.* 58. 60. 140. 174. 257. 362. 373. 414
*Dentium fœtorem relegantia.* 140
*Dentium mobilitas.* 362
*Dentitio puerorum.* 415
*Diabetis cura.* 247
*Diarrhææ.* 27.62.213.236.393.42..443
*Digeſtionis corruptæ.* 261
*Digeſtiuum Vniuerſale.* 303
*Diſcutientia.* 54.389.408.411
*Dyſpnææ Curatio.* 145. 206. 235. 247. 320
*Diuturno morbo deiectos & debiles recreantia & confortantia.* 123.152. 164. 172. 353
*Dolores omnes in quacunque corporis parte mitigantia* 205. 269. 280. 308. 427. 430. 445. 446. 447

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0578-7

454. *vide & conf. Anodyna.*
*Dorſi dolores.* 121. 201. 226. 235
*Doſes Medicamentorum Auctoris exiguâ quantitate, odore & ſapore ſingularem gratiam, ſuauitatem & iucunditatem præferunt. In præfat.*
*Dyſenteriæ cura.* 16. 19. 31. 34. 40. 49. 55. 62. 66. 94. 102. 111. 118. 200. 205. 209. 213. 237. 239. 245. 248. 300. 312. 351. 379. 380. 394. 395. 396. 418. 421. 443.
*Dyſuria.* 113. 125. 190. 291. 319. 366.

E

*EBrietatem cauſantia. Arm.* 44
*Ebrietati reſiſtentia.* 209. 244. 342
*Ebullitio ſanguinis, vulgò* Die Fliegende hitze. 175 *Conf. Feru. bilis & ſang.*
*Eclipſis Solis, & Lunæ philoſophica, Teſtament. Hadr.*
*Ecſtaſis cura, Arm.* 301
*Editio hæc multis acceſſionibus aucta & locupletata. Epilog.*
*Elephantiaſis cura.* 7. 69. 133. 143. 329. 350. 353. 384. 433
*Eleuationis ſiue aſcenſus Matricis.* 423. 442
Eiſter oder krehen Augen. 447
*Emollientia tumores duros & calidos.* 448. 454
*Emollientia ventrem & aluum ſubducentia.* 213. 229. 277. *Conf. purgantia.*
*Empyici.* 274. *vide Exſcreantes ſang. & purul.*
*Epatis cura.* 23. 40. 58. 71. 126. 209. 219. 220. 281. 282. 284. *vide Hepatica.*
*Epatis fluxus.* 240. 421

*Epidemicorum morborum cura.* 12. 14. 26. 32. 39.
66. 99. 121. 221. 240. 301. 326. 342. 419
*Epilepſia.* 7. 11. 15. 16. 19. 26.
45. 49. 51. 66. 74. 77. 78. 94. 101. 106.
115. 110. 133. 136. 142. 151. 162. 170.
179. 186. 194. 203. 206. 238. 241.
251. 253. N. B. 256. 265. N. B. 298.
301. 314. N. B. 323. 353. 364. 379. 385.
419. 439
*Epiphoræ Oculorum.* 271. *Conf. Ophthalmica.*
*Equorum vulnera & plagæ antiquæ curandæ.*
*Eructatio acetoſa, Vide Ruct. acidi.*
*Eryſipelatis cura.* 36. 53. 63. 99. 131. 210. 215.
451. 460
*Euacuantia.* 41. 42. 43. *Vide Purgantia.*
*Exanthemata.*
*Excalefacientia.* 47. 54. 408. 411. 417. 418.
*Vide Colorem naturalem conſeruantia & reſtitu-*
*tia.*
*Excreſcentiæ malæ carnis remed.*
*Exhilarantia.* 243. 252. 279.
*Expellentia. Vide purgantia.*
*Excreantes ſanguinem & purulenta.* 94. 102.
234. 236. 274
*Exſiccantia.* 204. 308. 350. *Conf. Catarrhorum*
*med.*
*Extenuatis conferentia.* 276. *Vide Impinguantia.*
*vires reficientia. Item Imbecill. & exten.*

## F

FAciei clarificandæ & dealbandæ remed. 295.
*conf. Formæ corruptæ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0580-5

284
Faciei & cutis totius maculas citrinas tollens liquor. 308
Fæcum durities. 390
Fœcunditatem promouentia. 8.14.191.368.376
Fœditatem cutis & faciei emendantia. 295
Fœminas, menſibus non amplius obnoxias, vegetas & formoſas conſeruantia, imo denuò fœcundantia. 8
Fœtorem corporis remouentia. 166
Fœtoris dentium remed. 140
Fœtoris naſi & oris. 29. 53. 58. 108. 234. Vide Oris fœt. Item Halitus.
Fœtum in Vtero & naturam internam fortificantia. 45. 239
Fœtum mortuum eiicientia. 113. 286. 289. 348
Familiares ſpiritus quotuplices, & quid operantur. Epilog.
Faſcinationum amynteria. 16.57
Faſtidium ſtomachi curandum. 56.118.173.279. Vide Cibi Faſtid.
Faucium ſcabrities & alia vitia. 30.55.358.359
Faucium & linguæ aſperitas. 152. 164. Vid. Ling. & Fauc. aſper.
Faucium & ventriculi à venenatis & per ingluuiem improuiſam vel incantationem immiſſis liberatio. 16
Febrilia, ſiue febrium & febricitantium varia remedia. 7. 12. 14. 15. 16. 18. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 29. 30. 31. 32. 34. 36. 45. 49. 50. 51. 53. 54. 57. 61. 66. 70. 74. 81. 94. 100. 116. 121. 124. 134. 136. 144. 145. 147. 152. 164. 175. 192. 197. 198. 215.
Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0581-1
DFG

216. 219. 220. 223. 225. 226 227. 236. 24[illegible]
244. 251. 252. 268 281. 293. 296. 300. 30[illegible]
312. 313. 317. 330. 342. 354. 356. 408. 41[illegible]
419
*Febres puerorum, Tertiana præſertim notha ſeu ſpuri[illegible]* 457
*Febris alba ſiue morbus virgineus.* 25. 4[illegible]
*Fermentum ſiue fermentatio Lap. Philoſoph. Teſtam. Hadr.*
*Feruor bilis & ſanguinis. Arm.* 313. *Conf. Ebul[illegible] ſang.*
*Fiſſuræ, Rimæ, Rhagadia in manibus, pedibus, podice, pa[illegible] pillis, pudendis, palpebris, naribus, auribus, &c.* 401. 434. 452
*Fiſtulæ Curatio.* 26. 144. 228. 307. 449. 45[illegible]
*Fiſtulæ Vrinariæ exulceratæ.* 117. 29[illegible]
*Fixatio Lap. philoſoph. Teſtam. Hadr.*
*Flatus diſsipantia. Arm.* 44 46. 47. 58. 59. 72. 10[illegible] 122. 126. 133 156. 157 166 190 192. 194. 19[illegible] 207. 217. 222. 226 229. 262. 284. 286. 32[illegible] 329. 408 411. 417 443
*Flauam bilem & pituitam euocantia.* 41. 110. 126. *vi[illegible] Bilem.*
*Flauos Capillos reddentia.* 36[illegible]
*Fluuio vuluæ curanda.* 94. 147. *Conf. Matricis ag[illegible] remed.*
*Fluores Vterini.* 239. 347. 369. 376. 436. *Co[illegible] Menſtr. profluuia. Item profluuia ventris, m[illegible] ſtruorum.*
*Fluxus albus mulierum.* 24. 29. 202. *Vide Vteri flu[illegible] alb.*
*Fluxus Capitis.* 22. 107. 440. *Vide Catarrho[illegible] Curam.*

Flu[illegible]

*Fluxus Epatis.* 240. 247. *Conf. Hepatica.*
*Fluxus ventris.* 27. 84. 119. 379. *Vide profluuium ventris. Item ventris fluxus.*
*Fontina philoſophorum benedicta. Teſtamentum Hadrianeum.*
*Formæ Corruptæ remed. Armament.* 164. 296. *Conf. Faciei clarif.*
*Formam hominis viuidam & nitentem reddens liquor.* 308. *Conf. Colorem viuidum procreantia.*
*Frigidæ intemperiei cura.* 197. 200
*Frigidis morbis conuenientia.* 169
*Frigidum ventriculum calefacientia.* 417. 418
*Vide Excalefacientia. Item ventriculi curam, & confortantia.*
*Furfures capitis & pſydracia curanda.* 433
*Furfures, puſtulas & maculas faciei tollens liquor.* 307

G

*Gallici morbi Cura.* 45. 231. 329. 350. N. B. 409
*Gemmæ vitæ maximè laudabilis Medicina aduerſus quoſuis morbos, etiam deploratiſsimos.* 33. 34
*Genitalium partium debilitatarum in vtroque ſexu corroboratio.* 24. 211
*Gingipedij morbi, ſeu Scorbuti oris remed.* 53. *Conf. Gingiuæ corruptæ. Item Scorbuti.*
*Gingiuæ corruptæ.* 360. 421
*Gonagræ.* 64. 74
*GonorrhϾ.* 24. 27. 29. 40. 49. 102. 113. 146. 201. 205. 233. 287. 313. 409. 420

*Granum Fundi centrum mundi. Teſtamentum Ha*
*neum.*
*Graueolentiæ halitus remed. pag.* 234. *Vide Halitu*
*tentis.*
*Grauidarum & puerorum in peſte & morbis Epide*
*cura.*
*Gutturis inflammati & aſperi.* 18. 236. 358. *Conf.*
*cium ſcabrit. & aluit.*

## H

*HÆmoptoicorum.* 66.
*Hæmorrhagiæ variæ.* 40. 102. 209. 213. 239.
300. 351. 369
*Hæmorhoidum.* 102. 119. 128. 200. 205. 220.
*Halitum Oris commendantia.* 44. 46. 56. 58. 140.
226. 244. 411
*Halitus fœtentis remed.* 29. 53. 234. 244. 322.
*Oris fœtorem.*
*Hebetudinem & ſtupiditatem mentis, & tarditatem in*
*nij emendantia.* 57. 118. 267.
*Hectica curatio.* 25. 116. 136. 145. 206. 275. 276.
312. 406
*Hemicraniæ.* 54. 66. 133. 147. 241. 298.
*Hemitritæi putridi, vulgò* die heuptkranckheit.
192.
*Hepatica & Splenetica.* 15. 17. 30. 31. 56. 64
119. 133. 145. 152. 155. 197 198. 213. 218.
224. 239. 247. 277. 282. 316. 317. 321.
336. 340. 342. 343
*Herniæ Curatio.* 31. 346. 435. 437.

286

*Herpetis.* 451
*Hinricus Madathanus auctor deſcriptionis Aurei ſæculi, & quis ille reuera. Teſtamentum Hadrianeum.*
*Humectantia.* 209.236.297.311.342.430
*Humidum radicale confirmantia, renouantia & augentia.* 169. 206. 238. 275
*Humores impuros, prauos, vitioſos, venenoſos, craſſos, ſeroſos, tartareos, aduſtos, melancholicos, ſuperfluos, &c. attenuantia, incidentia, conſumentia, expurgantia.* 22.41.42.43.191.217.218 223.225.226. 229. 231.232.237.238.242.259.262.266.281.282. 283. 284. 320. 339. 353. 372. 382. 419 *Conſ. purgantia.*
*Hydragogicus Syrupus glorioſus in Hydrope.* 250
*Hydropis, ſiue hydropiſis cura.* 7. 15. 16. 20.21.24. 27.31. 45. 49. 53. 61. 63.66. 69.70.106.143. 145.147.188.190.197.206.210 215.219. 228. 230. 231. 250. N. B. 254. 282. 284. 301.317. 321. 329. 339. 344. 350. 354. 363. 366. 383. 408. 443. 458
*Hypochondriacorum dolorum aliorúmque affectuum.* 72. 121. 133. 135. 157.166.242.283.317.354.406. 411. 447
*Hypnotica.* 333. *Vide Soporifera, & Somnum inducentia.*
*Hyſteralgiæ remed.* 405
*Hyſtericorum affectuum.* 25. 27. *Conf. Matricis ægr. Vteri ſtrangul. & ſuffocat.*

# I

Icteritiæ Cura. 7.15.16 21.24.31.53.61.6
70.133.143.145.147.152.189.210.21
218.228.231.383.293.301.317.321.34
354.370
Ictuum & morſuum venenatorum. 55.56.328.44
448
Iecur roborantia & curantia. 56.108.133.142.14
157.164.166.169.207.218.226.239.24
325.342.350.353.447
Vide Hepatica.
Ignis Perſici curatio. 26.44
Ignis ſacri. 215.448. Conf. Eryſipelas.
Iliacæ paſſionis. 31.64 71.87.88.157.388. Vide
Conf. Coliacæ & Iliacæ paſſ.
Imbeciles & extenuatos ex morbo diuturno corroborantia
123.152.164.173.279. Conf. vires refic.
Imber Iouis aureus. Teſtam. Hadr.
Impetiginis remed. 69.143.309.384.433. Conf. Se
pig. item Prurit.
Impinguantia. 198.200.275. Conf. Extenuat.
Impotentiæ & læſæ virilitatis remed. 155.211.212.21
408. Conf. Venerem ſtimulantia.
Incantationum amymeria. 16.57.45
Incendium caloris. 236. Vide Aeſtum viſc. Item Inflam
mat. ſedantia.
Incidentia. 29.47. Vide Humor. imp.
Infantum tuſſis remed. 107. Vide Tuſſim.
Inflammationes ſedantia. 49.175.240.308.342.448.
451.454

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0586-1

Inflationem remed. 54. 192. 219. 226. 260. 283. 319. 388. 435. 443. Conſ. flatus.
Ingenij tarditatem & mentis ſtupiditatem emendantia. 57. 188. 267. 298
Ingenium & ſenſus acuentia, ſubtiliſantia, excitantia. 188. 298. 325
Inſaniæ cura. 7. 12. 16. 298
Inſomniæ, vigiliarum & inquietudinis. 11. 55. 74. 83. 101. 236. 313. Vide Vigiliarum & Inquietud.
Intemperies calida. 195. 209. 244. 454. Vide calid. intemp.
Intemperies frigida. 197. 200. Vide frigid. intemp.
Inteſtina & membra interiora confortantia, & à doloribus liberantia. 213. 226. 256. 286. 443. Conſ. viſcera confort. Item Anodyna.
Inteſtinorum, renum, veſicæ, pulmonis exulcerationes curandæ. 111. 220
Intumeſcentia pedum. 445. 457
Iſchiaſis cura. 7. 64. 66. 74. 246. 356. 411. 426. 445
Iſchuriæ. 125. 366
Iuncturarum & membrorum dolores curandi. 110. 224. 305. 445. Conſ. Arthritim. Item Anodyna.
Iuuentutis, pulchritudinis & roboris conſeruandi & augendi remed. 7. 8. 13. 353

## L

LAc coagulatum & concretum ſoluentia. 455
Lac muliebre emendantia & augentia. 45. 111. 154. 238
Lac Virginis philoſophicum. Teſtam. Hadr.

Lapidem frangentia. Arm. 262. Vide Calculi curam.
Lapidis philoſophici & metallorum materia & origo pri-
ma. Teſtam. Hadrian.
Lapidis philoſ. Fermentatio. Ibid.
Lapis philoſophorum confectus, Medicina vniuerſaliſſima.
Arm. 4. Teſtamentum Hadrianeum.
Lapis tingens, ſeu Tinctura philoſophica. Ibid.
Laterum tumores & dolores. 23[illegible]
Vide Pleuritica.
Laxatiua Clareta varij generis. 314. & ſeqq.
Laxatiua emulſio in infantibus. 31[illegible]
Lentiginis remed. 53. 43[illegible]
Leo rubeus. Teſtam. Hadr.
Leo viridis. Ibidem.
Leo Spagyricus. Arm. 1[illegible]
Lepræ Curatio. 22. 31. 49. 53. 61. 64. 69. 106. 110.
143. 206. 215. 227. 232. 350
Lethargicorum. 101. 186. 194. 265. 32[illegible]
Leucophlegmatiæ. 45[illegible]
Libidinem veneream reſtinguentia. 26. 209. 28[illegible]
Lichenes & impetigines tollens liquor. 309
Lienis & Lienteriæ Cura. 15. 23. 26. 29. 3[illegible]
31. 56. 58. 62. 64. 66. 71. 119. 123. 133. 144.
145. 146. 155. 157. 189. 197. 200. 207. 21[illegible]
218. 239. 240. 281. 283. 284. 317. 328. 34[illegible]
350. 353. 393. 421. 428. 447. Confer Sple[illegible]
tica.
Linguæ & faucium aſperitas aliáque vitia Curanda. 15[illegible]
358. 360
Linguæ paralyſis. 45[illegible]
Lippitudo oculorum. 270. 271. 308. Conf. Ophthalmica
ſiue Oculorum remedia.

*Lipyria.* 312
*Lithiaſis.* 74
*Litteratos è ſtudiis continuis debilitatos recreantia, & ſuſtentantia.* 151
*Liuoris faciei remed.* 438
*Locis Borealibus, Saxoniæ præſertim inferioris hominibus, & Balthici maris accolis ſe accommodauit Auctor in ſua methodo Medicinali. In præfat.*
*Longo morbo deiectos & imbecillitate languentes refocillantia.* 123. 152. 164. 172. 279. *Conf. vires refic.*
*Loquela amiſſa vel deficiens curanda.* 456
*Lotij ardor & acrimonia.* 292
*Lotium cruentum.* 102
*Vide Mictiones ſanguinis.*
*Luis venereæ Cura.* 7. 22. 49. 53. 61. 64. 106. 136. 143. 210. 215. 228. 230. 293. 301. 350. 419. 435
*Lumborum dolores curandi.* 201. 291. *Conf. Anodyna.*
*Lumbricorum necatio & ſuffocatio.* 31. 121. 136. 158.
*Vide Vermes.*
*Lunaticorum Curatio.* 11. 101. 204
*Lunæ vera anima, ſiue, Argentum potabile, curans omnium Lunaticorum morborum ſentinam.* 10
*Lupi cura.* 7. 26. 144. 435. 449
*Luxationis.* 445
*Lypothymiæ.* 45. 164. 170. 172. 187. 206. 279



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0589-0

## M


MAcie confecti curantur. 29. 106. 153. 198. 21[...] 281. Conf. Extenuatis conferentia. Item in[...] pinguantia. Item Vires refic.
Maculæ oculorum. 270. Conf. Ophthalmica.
Maculæ & lentigines, furfures & puſtulæ faciei. 29[...] 307. 308. 338
Maculas omnes Veſtium & pileorum eluens & tollens liqu[...] 307
Maleficia, phantaſmata & incantationes propellentia. 45[...] Vide incantat. amynteria.
Maleficiatis, & qui femoris ſunt inualidi, conferenti[...] 211
Mammarum ex lacte dolores & tumores, ſcrofulæ & ſtru[...] mæ curandæ. 45[...]
Mammon iniuſtus theſaurizantium vulgò auarorum Nu[...] men. In Dedicat.
Maniæ Cura. 16. 45. 51. 57. 74. 79. 80. 143. 170. 269. 331. 374. 384
Manus albas & cutem mollem reddentia. 131. 338. 424
Maraſmodum remed. 3[...]
Maris Balthici accolis, & locis Borealibus ſe accommoda[...] uit Auctor. In præfat.
Marcoris ſenilis curatio. 45. 23[...]
Martis & Aphrodiſiæ radicalis in Balneo ſuauiat[...] Teſtam. Hadrian.
Materias peccantes educentia. Arm. 22[...] Vide Humores impur. Conf. purgantia.
Matricis ægræ, aliorum muliebrium morborum Curati[...]

14. 24. 25. 29. 32. 40. 49. 55. 60. 72. 102. 104. 119. 173. 176. 178. 179. 181. 182. 205. 214. 220. 253. 422. 442

*Medicamenta auctoris curationibus variis & multiplicibus comprobata.* In Dedicat. & Epilog.

*Medicamenta eiuſdem qualia ſint odore, ſapore & doſi.* In præfat.

*Medici omnium temporum ſuum quiſque cælum potiſſimum & ſuos homines reſpexerunt.* Ibidem.

*Medicum ægris gratiorem quæ reddant Medicamenta.* Ibid.

*Medullam in oſſibus rectificandi remedium.* 21

*Melancholiæ & mœroris cura.* 7. 11. 12. 15. 16. 19. 24. 45. 49. 50. 51. 54. 57. 64. 66. 74. 79. 80. 117. 119. 133. 142. 143. 170. 243. 252. 269. 283. 299. 301. 331. 353. 374. 385

*Membra omnia principalia, roborantia.* 222. 244. 251. 256. 300

*Membrorum tumor, rubor & inflammatio curanda.* 308

*Memoriæ & intellectus debilis recreatio & confortatio.* 11. 16. 45. 119. 150. 151. 283. 266. 267. 298. 315. N. B. 364. 414

*Menſes mulierum prouocantia.* 24. 47. 49. 53. 56. 57. 49. 61. 64. 120. 147. 149. 167. 189. 191. 286. 289. 301. 321. 348. 369. 375. 407

*Menſtruorum profluuia & abundantiam ſiſtendi remed.* 25. 40. 49. 74. 86. 87. 102. 117. 200. 205. 213. 236. 247. 300. 347. 369. 421. 436. *confer profluu. Veneris, menſtr. & ſang.*

Mentis alienatæ cura. 12, 143. 374
Mentis Vigorem conſeruantia. 133. 261
Mercurialis philoſophici lapidis Vterus. Teſtam. Hadrian.
Mercurius duplicatus, ſiue REBIS, Sal Sapientiæ & naturæ. Arm. 3
Mercurius ſophorum tingens, & imperfecta perficiens. Teſtam. Hadrian.
Meſeraicarum Venarum materiam craſſam & ſuccum melancholicum attenuantia & emollientia. 283
Metallorum immundorum depurgatio, inque purum & fixum aurum tranſmutatio. Armamentar. 4
Teſtam. Hadrian.
Metallorum & Lapidis philoſoph. prima materia. Teſtam. Hadrian.
Methodus hæc Medicinalis quâ ratione NOVA. Arm. præfat.
Microcoſmica terra. 321
Mictio ſanguinis quâ curanda. 118. 345. Conf. Lotium cruentum.
Midæ & Midæſequorum iudicum præmium Aures Aſininæ. Epilog. Teſtam. Hadr.
Morbi etiam deſperatiſſimi, pharmacis Auctoris feliciſſimè curati. In Armamentarij Dedicatione.
Morbillorum cura. 36. 64. 342. 345
Morphææ. 7. 307. 384
Morſuum & ictuum venenatorum. 55. 56. 328. 444. 448
Mulierum infirmitates ferè omnes curantia. 214. Conf. Matricis ægr. aliorúmque mulieb. morb.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0592-6

N

Narium hæmorrhagiæ ſiſtendæ remed. 40
Vide Hæmorrhag. var.
Naſi & oris fœtorem emendantia & gingi prohibentia. 108. 141. 222. 322
Vide fœtorem naſi & oris.
Natiuum humorem & calorem conſeruantia, augentia, reſtituentia. 244
Vide Calorem Naturalem.
Naturæ ouum. Teſtam. Hadr.
Naturæ omnia in ſulphure, ſale & ſole. Ibid.
Naturam hominis totam renouantia, corroborantia, conſeruantia. 4. 9. 31. 154. 198. 279
Nauſeæ remed. 16. 17. 56. 108. 188. 207. 225. 244. 261. 268. 280. 417. 441
Nauſeantibus medicamenta, Item grauidis & infantibus Magiſterium Lapidis Bezoar adhibendum. 38. 39
Nebulæ oculorum diſsipandæ. 270. Conf. Ophthalmica.
Nephritis curanda. 430
Neruorum conuulſorum, reſolutorum & imbecillium cura. 29. 45. 56. 188. 246. 266. 365. 406. 416. 418. Conf. conuulſionis. Item paralyſis curam.
Neruos roborantia. 448. Conf. præced. de Neruis.
Niger Albus coruus, ſine alis volitans. Teſtament. Hadrian.
Nix philoſophica. Ibid.
Noctambulones. Arm. 315

*Noli me tangere, morbus.* 421. 449
*Nomen Materiæ primæ Lapidis philoſoph. & Metallorum proprium. Teſtam. Hadr.*
*Noua quâ ratione ſint & dici poßint Auctoris Medicamenta. Arm. præfat.*
*Numen auarorum Nummus. In Dedicat.*

## O

*OBliuionis remed. Arm.* 261. 267. 411. *Vide Memoriæ curam.*
*Obſtructiones reſerantia.* 15. 24. 50. 52. 64. 71. 118. 119. 120. 133. 135. 136. 144. 145. 146. 147. 149. 166. 167. 188. 191. 197. 200. 201. 202. 218. 219. 220. 229. 239. 240. 283. 298. 302. N. B. 321. 344. 354
*Oculorum Cura.* 26. 44. 45. 101. 133. 134. 142. 150. 171. 217. 270. 271. 272. N.B. 273. 277. 297. 300. 308. 365. 426
*Odontalgica. Vide dentium dolores ſedantiâ.*
*Odoriferæ pro Gynæceis.* 41. *In aurâ peſtilentiali malignâ.* 176. *Conf. Suffimenta.*
*Ophiaſis ſiue Thiriæ cura.* 433
*Ophthalmica. Vide Oculorum curam.*
*Opus hoc Medicum à callentißimis rei Medicæ iampridem dilaudatum. Epilog.*
*Orexis ſiue ardor Ventriculi curand.* 112. *Conf. ventriculi curam.*
*Origo & Materia prima Metallorum & Lap. philoſoph. Teſtam. Hadr.*
*Oris & linguæ inflammatio curanda. Arm.* 175. 358. 359

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0594-8

Oris fœtorem curantia. 29. 53. 58. 108. 140. 222. 322
Vide Fœtorem naſi, & oris. conf. Halitus ſiue Anhelitus fœtentis remedia.
Oris halitum commendantia. 44. 46. 56. 58. 140. 141. 226. 244. 411
Oſsium fracturæ conducibile emplaſtrum. 445
Otalgica. Vide Aurium & auditus læſi remedia.
Orthopnœæ cura. 145. 206. 235. 174. 286. 316
Ouum Naturæ. Teſtament. Hadrian.
Oris ſcorbuti & putredinis remed. 360. 421. Conf. præced. de Oris fœtore.

P

PAlmi remed. Armament. 194
Palloris faciei. 167
Panacæa in morbis deploratis. 21 22
Paralyſis 15. 31. 45. 49. 53. 54. 61. 66. 151. 162. 185. 194. 238. 241. 246. 253. 256. 263. 266. 301. 315. 367. 387. 408. 411. 415. 425
Parotidum & tumorum Gallicorum. 445
Parturientibus, & puerperis, partuíque promouendo conducentia. 8. 112. 113. 170. 286. 289. 405. 411. 412.
Pauonis cauda philoſophica. Teſtam. Hadr.
Peccantes materias & humores educentia. Armament. 229. Vide Humores impuros. Conf. purgantia.
Pectoralia, ſiue morborum & vitiorum Pectoris remedia. 54. 72. 82. 83. 99. 119. 145. 152. 153. 164.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0595-4

171. 172. 187. 195. 205. 207. 214. 220. 23
234. 235. 236. 237. 242. 252. 259. 260. 274
276. 311. 339. 340. 341. 343. 352. 419. 42
447
*Pediculorum.* 458
*Pedum intumeſcentiæ.* 445. 458
*Penetrantia.* 408. 41
*Peripneumonicorum cura.* 275. 299. 31
*Perſici ignis.* 26. 44
*Peſtis antidota.* 8. 12. 14. 15. 19. 21. 32. 51. 52. 55.
61. 64. 66. 99. 121. 136. 158. 159. 160. 210.
215. 221. 227. 228. 239. 244. 264. 293. 294.
301. 325. 326. 327. 328. 329. 342. 406. 408.
412. 419
*Petechiarum ſiue febrium petechialium*, der Placken
fieber *remedia.* 36. 38
*Phantaſiæ.* 49. 57
*Phantaſmatum & maleficiorum.* 45
*Vide incantationum amymeria.*
*Pharmaca Auctoris qualia ſint doſi, odore, ſapore,*
*In præfat.*
*Philtrorum antidota.* 16. 5
*Phlegmatis remed.* 226. 280. 28
*Phlegmonum.* 45
*Phreneſis ſiue phrenitidis.* 45. 74. 79. 80. 170. 269.
331. 374. 383. 406
*Phthiſis cura.* 7. 26. 55. 82. 105. 106. 107. 116.
136. 145. 148. 153. 163. 165. 206. 235. 237.
252. 274. 275. 276. 299. 339. 340. 341. 350.
419
*Phylacterijs & Amynterijs instructiſsimum eſt hoc Ar-*
*mamentarium. In dedicat.*

*Picrocholis quid obſeruandum & proficuum.* 17. 32. 224
*Pili vt decidant ex quacunque corporis parte.* 432
*Pinguedinem & carnoſitatem ſuperfluam attenuantia.* 148. 356
*Pituitam euocantia & concoquentia.* 198. 229. 230. 232. 274. 280. 318. 323. 353. 354. 382. 445. *Vide Bilem.*
*Pleuriſis & puncturarum Lateris cura.* 7. 15. 16. 19. 21. 27. 29. 36. 53. 55. 61. 63. 64. 74. 89. 106. 123. 124. 137. 145. 153. 154. 205. 232. 234. 235. 236. 237. 242. 274. 293. 301. 311. 316. 340, 352. 406. 419. 427
*Podagræ.* 7. 15. 19' 21. 31. 45. 53. 64. 66. 70. 74. 110. 134. 136. 142. 143. 147. 206. 224. 228. 231. 281. 318. 323. 353. 423. 435. 450. 451. 454. 460
*Podagricus liquor trinunus.* 305. 306
*Polypi remed.* 449
*Prægnantibus & pueris omniſumque ætatum hominibus conueniens purgatio.* 353. *Confer. Purgantia.*
*Præſeruantia contra Venenum & peſtem.* 39. 158. 159. 160. *Conf. peſtis antidota.*
*Prima Materia metallorum & Lap. philoſ. Teſtam. Hadrian.*
*Probatio Bezoar potabilis in veneno. Armamentar.* 37. 38
*Procidentia Vteri curanda.* 176. 179. 182
*Profluuia ventris, menſtruorum, & ſanguinis ſiſtendi remedia.* 27. 84. 85. 86. 87. 119. 147. 184.

200. 213. 220. 236. 237. 247. 313. 379. Vide & Conf. Ventris, Alui, Menſtruorum, Sanguinis profluuia, ſiue fluxus.
Prouocationis ſedandæ remed. 20[illegible]
Prunellæ ſiue inflammati gutturis curatio. 18[illegible]
Vide & conf. Gutturis inflammati & aſp. Item Faucium curam.
Pruritus remed. 53. 143. 215. 353. 43[illegible]
Pſoræ. 69
Pſydraciorum & furfurum Capitis. 433
Pueris & virginibus delicatulis, picrocholis ſenibúſque conueniens Catharticum in morbis articularibus & febribus tertianis. 224
Puerperarum in mammis ex lacte dolores & tumores curandi. 45[illegible]
Pulchritudinis, iuuentutis & roboris conſeruandi & augendi remedia. 7. 8. 13. 35[illegible]
Pulmonum cura. 30. 56. 126. 153. 195. 220. 234. 237. 242. 252. 275. 281. 340. 341. 342. 341. 35[illegible] 411
Pulſationis & palpitationis Cordis. 45. 206. 279. 299. 334
Vide & conf. Tremorem cordis.
Purgantia. 41. 42. 43. 68. 69. 70. 110. 121. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 222. 223. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 248. 350. 353. N. B. 354. 355
Purgantia pantagoga pro omnis ætatis & conſtitutionis hominibus. 248. 249. 35[illegible]
Purulenta exſcreantes curandi. 27[illegible]

*Vide Exſcreantes ſanguinem & purulenta.*
*Pus ſuppuratorum diſſoluendi, tergendi, educendi remed.* 242
*Puſtuli rubei faciei, & aliæ maculæ quibus curandæ.* 26. 29. 307. 353
*Vide & conſ. Maculas & lentigines, furfures & puſtulas faciei.*
*Putredinem & corruptionem arcentia vel impedientia.* 13. 18. 26. 29. 32. 40. 44. 49. 52. 53. 61. 106. 124. 169. 194. 208. 244. 274. 293. 296. 300. 302. N. B. 329. 339. 350. 408. 409. 412. 419. 452

Q

*QValia ſint Auctoris pharmaca quoad odorem, ſaporem & doſin. In præfat.*
*Quartanæ cura.* 7. 16. 22. 24. 26. 34. 50. 54. 57. 66. 72. 133. 142. 143. 157. 189. 192. 281. 283. 287. 412. *Vide & Conſ. Febrium Curam.*
*Quid & qualis materia prima Lapid. Philoſoph. & Metallorum. Teſtam. Hadr.*
*Quotidianæ febris curatio.* 281. 356. *Vide Febrium curam.*

R

*RAtio tituli huius Operis & pharmacorum nouitatis. In Dedic.*
*Raucedinis ſiue rancitatis remed.* 234. 235. 237. 242



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0599-9
DFG

*Refrigerantia.* 156. 209. 236. 239. 244. 297
302.-308. 311. 312. 342. 343 391 430.
451
*Regia medicina contra omne venenum cuiuſcunque gen*
36
*Regina philoſophorum rubicunda. Teſtamentum Had*
*neum.*
*Regij morbi Cura. Arm.* 94. 126. 166.
*Renouantia & conſeruantia totam naturam.* 4. 9.
154. 198. 279
*Renum calculo & alijs affectibus laborantium, curatio.*
30. 40. 52. 55 110. 113. 118. 119. 146. 147.
201. 207. 209. 214. 217. 226. 230. 232.
239. 242. 244. 262. 277. 290. 291. 292.
323. 336. 342. 420. 421. 430. *Vide & C*
*Calculi curam.*
*Reſolutionis neruorum.* 29. 45. 56. 188. *Vide Neru*
*conuulſ. reſolut. & imbecil. Curam.*
*Reſoluentia Tartarum & alia Coagulata.* 23. 110.
114. 232. 448
*Rex Aethiopum philoſophicus. Teſtam. Hadr.*
*Rhagades, rimæ, ſciſſuræ, fiſſuræ in manibus, pedibus,*
*dice, papillis. pudendis, palpebris, naribus, auri*
*&c. Arm.* 401. 434.
*Roborantia omnia membra principalia.* 222. 244.
256. 300
*Ros mineralis Medicina generalis ad extrahendum*
*nium vegetabilium Eſſentias & Tincturas ap*
*priata.*
*Rubedinis Oculorum remed.*
*Vide Ophthalmica.*
*Rubeus Leo. Teſtam. Hadr.*

*Rubiginem ex ferro, chalybe, & hinc fabrefactis armis ex tempore tollens puluis. Armam.* 97
*Ruboris, tumoris, inflammationis & doloris remed.* 308
*Vide inflammationes.*
*Rubri Leonis ſanguis.* 3
*Ructuum acidorum remed.* 108. 197. 225. 281. 417.
*Rupturarum & vulnerum internorum ex caſu alto.* 114. 213. 260. 286. 445
*Conf. Conuulſionem. Item vulneraria.*

S

*Sal & ſulphur philoſophicum. Teſtamentum Hadrian.*
*Sal philoſophorum, ſapientiæ & naturæ, Mercurius duplicatus, ſiue* REBIS *nuncupatus. Armam.* 3. 11.
*Conf. Teſtam. Hadr.*
*Sale in philoſophico cuncta latent arcana. Teſtam. Hadrian.*
*Salis in reſolutione peccantis ad coagulationem promotio. Arm.* 321
*Salinæ abundantis remed.* 225. *Conf. pituitam.*
*Sanguinem expuentium.* 118
*Vide Exſcreantes ſang. & purul.*
*Sanguinem emingentum. Vide Mictionem ſang. Item Lotium cruentum.*
*Sanguinem purificantia, & rectificantia.* 21. 31. 45. 49. 119. 121. 133. 136. 143. 222. 226. 229. 239. 266. 285. 293. 300. 317. 324. N.B. 344. 353. 354

*Sanguinis ebullitio, vulgò* Die Fliegende hitze.
*Sanguinis profluuia ſiſtendi.* 27.74.86.87.102.1
111
*Sanguini concreto ſiue coagulato remedentia.* 19.49.
286.408.411
*Sanguis rubri leonis, ſiue mineralis.* 3. *Conf. Teſt*
*Hadr.*
*Sanitatem & vitam maximè conſeruantia & prol*
*gantia.* 4.5.7.9.13.33.34.45.58.2
251
*Saturnina vlcera & vulnera.* 452. *Conf. Vlcera & vul*
*ra maligna.*
*Satyriaſis.* 2
*Saxoniæ inferioris hominibus & Balthici maris ac*
*lis ſuâ Methodo ſe accommodauit Auctor.*
*præfat.*
*Scabiei Remed.* 53.110.143.145.210.215.231.2
302.317.348.353.384.433
*Schiaticæ.* 136.2
*Scirrhum, ſeu ſcirrhoſos tumores duritiéſque diſſoluen*
17.110.188.200.344.350.384.399.4
446
*Sciſſuræ vlcera & apoſtemata aperta, à frigore fa*
432
*Conf. Vulneraria.*
*Scorbuti cura.* 14.15.29.45.49.110.206.215.24
245.284.302.317.324. N.B. 344.356.3
371.421.458
*Scorbutica Crurum & neruorum duritiies curand*
445
*Scotomia.* 253.3
*Secundinas & fœtum mortuum eiicientia.* 286.289.34

# INDEX III.

Sedes natiua Materiæ primæ Metallorum & Lapid. Philoſoph. Teſtam. Hadr.
Semen Humanum augentia. Vide Sperma.
Senectutem retardantia. Arm. 353. Vide Canitiem. retard.
Senum & naturâ frigidorum Cura. 8. 43. 44. 45. 72. 154. 169 188. 184. 196. 206. 211. 224. 242. 244. 261. 267 279. 281. 286. 298. 353
Senſus & ingenium acuentia, ſubtiliſantia, excitantia. 188. 298. 325
Seroſorum Excrementorum & Aquarum in abdomine, &c. remed. 230. 232
Serpentum ictus. 55
Vide Ictuum & morſuum Venenatorum remed.
Serpiginis. 53. 143. 433
Siccantia. 29. 394. 411. 419. 448
Singultus remed. 74. 78. 79. 122. 194. 205. 244. 261. 286. 446. 460
Sitim reſtinguentia. 29. 32. 156. 197. 198. 236. 239 244. 296. 297. 311. 342
Solutio auri, vt nunquam reduci queat. 9
Somni Inquieti Remed. 11
Somnia grauia & terribilia arcendi. 139
Somnum inducentia. 74. 91. 92. 138. 147. 205. 220. 236. 269. 311. 372. 380. 413. 440. 451
Sophorum Mercurius tingens, & imperfecta perficiens. Teſtam. Hadrian.
Soporifera. 92. 333
Vide Somnum inducentia.
Soporis & ſtuporis remed. 315. 379. 385. Conf. Veterni remed.
Spaſmi. 49. 66. 246. 386. 408. 411. 416. 429



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0603-2
DFG

*Specificum Capitale.*
*Cordiale.*
*Odoriferum.* 1
*Stomachicum.* 28.
*Vterinum.* 72.
*Sperma ſiue ſemen humanum augentia.* 44.45.211.21
213.238
*Spiritus vitales & Animales recreantia & corroborant.*
9.39.45.49.58.139.151.169.176.178.1
196.207.236.264.269.277.278.279.2
325.328
*Spiritus familiares quotuplices, & quid operent.*
*Epilog.*
*Splenetica.* 141.144.189.209.226.277.284.285.3
354.441. *Vide Lienis curam.*
*Sputum facilitantia.* 153.172.236.3
*Sterilitatis remed.* 8.59 191.368.3
*Stomachi Cura.* 16.28.40.44.54.56.58.72.102.1
123.126.133.155.156.157.166.167.168.1
195.205.217.240.261.268.274.279.2
300.319.408.411.418
*Stranguriæ.* 113.119.125.201.214.291.
*Strumarum & ſcrofularum.* 446.
*Strangulationis Matricis. Vide Suffocationis.*
*Stupiditatem & hebetudinem mentis & tarditatem in*
*emendantia.*
*Vide ingenij tardit.*
*Styptica.*
*Subeth & ſtuporis remed.* 101.185.195.3
385
*Sudare qui per naturam non poſſunt, compelli ad id m*
*bent.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0604-8
DFG

Sudorifera ſalutaria. 7.8.29.37.55.64.66 99.125. 210. 215. 216. 221. 264. 293. 294. 301. 341. 408. 409

Sudoris Anglici cura. 31. 63

Suffimenta varia & ſalubria. 177.178.179.180.181. 182. & ſeqq.

Suffocationis & ſtrangulationis Vteri ſiue Matricis cura. 32. 40. 49. 55. 60. 72. 73. 104. 173. 176. 178. 179. 181. 191. 202. 214. 220. 253. 260. 262. N. B. 288. N. B. 330. 376. 385. 386. 408. 411. 419

Suffocatiuum Catarrhum prohibentia. 115

Suffuſionis oculorum remed. 297
Vide Ophthalmica.

Sulphur Martis & Veneris. 3

Suppoſitoria. 378. 379. 380

Suppuratorum pus diſſoluendi, diſſecandi, tergendi, educendi remed. 242

Surditatis aurium cura. 408
Vide aurium curam.

Suſpirioſorum. 274. Conf. Aſthmatica.

Suſurrantium aurium. 11
Vide aurium curam.

Sutura coronalis. 439

Syncopes. 44. 117. 152. 187. 244. 279. 255. 301. 319. 334

Synochi. 312

Synouiæ. 121

Syronum. 433

Syrupus hydropicus glorioſus. 249. 250

Syrupus purgans pantagogus, pro omnis ætatis & conſtitutionis hominibus, 248

T

TAbacum ſingulare pro cerebri expurgatione benign
115
Tabis cura. 107.126.152.153.163.214.238.249.40
Tartarei humores. Vide Humores impuros.
Tartari in corpore coagulati reſolutio & per ſeceſſum ed
ctio. 23.110.111.114.232.44
Temulentos efficientia. 4
Teneſmi remed. 62.18
Tentiginis prauæ. 43
Terra microcoſmica. 190.191.3
Tertianæ remed. 16.57.66.192.224.281.287.31
330.356. N.B.
Tertianæ nothæ ſeu ſpuriæ. 287.45
Teſtamenti Hadrianei Notarius & teſtes qui ſint, quæ co
tenta, qui hæredes. Teſtam. Hadr.
Theſauri titulum cur huic ſuo operi Medico-Chymico præ
xerit Auctor, & quæ diuerſitatis ratio huius & iſ
rum vulgarium Theſaurorum. In Dedic. Arm.
Theſaurizantium vulgò & auarorum Numen Numm
Ibidem.
Theſaurorum vulgò collectorum finis, vſus & accident
modus, & ratio colligendi. Ibidem.
Thoracis affectibus remedentia. 172.206.237.24
252.274.320.342. Conf. Pectoralia.
Tituli huius operis ratio. In Dedicat.
Tinctura, ſiue Lapis Philoſophicus tingens. Teſtam. H
drian.
Tophi, nodi, ſcrofulæ membrorum curand. 44
Torminum remed. 55.58.122.192.199.260.280.28

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0606-0
DFG

*Conf. Colic. & Iliac. paſſiones, & cruciatus.*
*Totam Naturam renouantia & conſeruantia.* 4. 9. 31. 154. 198. 279
*Tremorem Cordis ſedantia.* 45. 61. 117. 119. 164. 194. 206. 241. 244. 256. 293. 299. 319. *Vide & Conf. Pulſat. & palpit. cordis.*
*Triſtitiæ abigendæ remed.* 269. 279. *Vide Melancholiæ & mœroris Curam.*
*Tumoris & doloris laterum.* 232. 283. *Vide & Conf. Pleuritica.*
*Tumorum calidorum, durorum, & ſcirrhoſorũ.* 308. 446. 447. 448. 449. 454. *Vide & Conf. ſcirrhum.*
*Tuſsis remedia.* 19. 51. 54. 55. 82. 83. 84. 93. 106. 107. 115. 119. 136. 145. 148. 152. 153. 154. 157. 164. 172. 195. 205. 207. 214. 230. 234. 235. 236. 237. 242. N.B. 252. 259. 274. 275. 276. 299. 312. 316. 319. 320. 339. 340. 419. N. B. *Inter hæc remedia inuenies etiam ſpecifica in Tuſsi diuturnâ, veteri puerorum, infantum, ſenum, &c.*
*Tympanitis.* 32. 119. 199. 408. 435. *Vide & Conf. Hydropis curam.*

V

*VAriolorum cura.* 36. 64. 129. 342. 445
*Vberum ex lacte dolores & tumores, ſcrofulæ, & ſtrumæ curandæ.* 455
*Venarum, viſcerúmque obſtructiones reſerantia.* 136. 147. 169. 194. 283. 320. *Conſ. Obſtruct. reſerantia.*
*Veneni antidota.* 14. 16. 19. 31. 36. 39. 46. 51. 55. 56. 63. 66. 94. 99. 121. 139. 210. 244. 277. 294. 300. 301. 406. 412

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0607-6
DFG

*Venereæ luis & vulnerum curatio.* 7. 21. 419. 43
*Vide luis venereæ.*
*Venerem ſtimulantia, vímque procreandi excitantia & a gentia.* 44. 105. 155. 168. 198. 211. 212. 21 345. 408. 411. 419. 422
*Veneri reſiſtentia.* 26. 209. 28
*Ventoſitates & flatus diſſoluentia & carminantia.* 20 217. 262. 281. 417. 418. *Conf. Flatus diſſipa tia.*
*Ventrem emollientia, & aluum ſubducentia.* 214. 22
*Vide Purgantia.*
*Ventris dolores ſedandi remed.* 205. *Vide Anodyna. Ven tris fluxus ſiſtendi.* 27. 84. 85. 120. 184. 213. 379 392. *Vide & conf. Diarrhœæ & Dyſenteriæ cu ram. Item profluuia ventris.*
*Ventriculi affectus varij curandi.* 15. 16. 19. 30. 31 44. 54. 58. 74. 78. 79. 108. 121. 141. 164. 198. 220. 251. 279. 280. 281. 296. 319. 342. 417. 418. 441. 447
*Ventriculi dolores.* 225. 226. 260. 286. 443. 447. *Conf. Anodyna.*
*Ventriculum confortantia.* 31. 32. 74. 78. 79. 122. 169. 188. 194. 207. 208. 209. 218. 220. 241. 244. 277. 280. 286. 319. 322. 342. 421
*Venuſtatis, pulchritudinis, iuuentutis & roboris conſer uandi & augendi.* 7. 8. 13. 363
*Vermes in corpore necandi & educendi.* 22. 29. 31. 61. 103. 121. 136. 158. 293. 400. 436
*Verrucarum remed.* 447. 448
*Vertiginis.* 11. 16. 45. 54. 66. 77. 78. 94. 101. 113. 133. 150. 151. 157. 169. 176. 186 194. 203. 206. 253. 256. 265. 298. 330. 379. 383. 411

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0608-2
DFG

*Veſicæ cura.* 18.30.53.57.94.110.113.118.119.147.
218.232.262.277.291.292.301.420
*Veſtimentalis puluis.* 130
*Veſtium & pileorum maculas omnes eluens & tollens liquor.*
306.307
*Veterni remed.* 315.330. *Conf. Soporis & ſtuporis.*
*Vigiliarum & inquietudinis.* 74.91.92.138.268.331.
*Conf. Inſomniæ, vigiliarum, & inquietudinis.*
*Vini ſpiritus Catholicus.* 261.262
*Vinum illuſtrantia odore & ſapore.* 46
*Vinum Martiale, & quid operetur?* 3
*Vires reficientia.* 44.45.74.107.136.152.154.164.
165.169.172.173.178.198.236.299.300.325.
353
*Virginei morbi ſiue Febris albæ curatio.* 24.50
*Virginibus & pueris delicatulis picrocholis, ſenibúſque conueniens Catharticum in morbis articularibus, & febribus tertianis.* 224
*Viridis Leo. Teſtam. Hadrian.*
*Virilitatem læſam vel amiſſam reſtituentia. Vide Venerem ſtimulantia.*
*Viſcera confortantia.* 342.353
*Viſum acuentia & roborantia.* 56.101.133.134.
150.169.217.261.273. *Vide & Conf. Ophtalmica.*
*Vitam & ſanitatem maximè conſeruantia & prolongantia.*
4.5.7.9.13.34.45.58.252
*Vlcera, ſciſſuræ & apoſtemata aperta à frigore facta.*
432
*Vlcerum malignorum & antiquorum curatio.* 26.
144.127.228.307.350.435.448.449.
452

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0609-0 DFG

*Vngarici morbi & febrium.* 16.18.29.30.36.6
*Vniuerſales Medicinæ.* 4.5.13.28.33.63.6
*Vocis iacturam reſarcientia.* 106.172.242. *Vide & Con*
*Raucitatem.*
*Voluptatem parientia.* 206
*Vomicina quomodo & quâ cum diſcretione adhibenda &*
*vſurpanda.* 17.18
*Vomitoria.* 15.16.70.228.330
*Vomitus remedia.* 40.59.74.78.79.108.122.123
156.194.195.197.207.208.239.244.245
247.261.268.280.281.286.329.417.421
441
*Vomitus cordis.* 319
*Vomitus puerorum.* 443
*Vrinariæ fiſtulæ exulceratæ remed.* 118.292
*Vrinæ ardor & acrimonia curand.* 292
*Vrina cruenta. Vide Lotium cruentum. Item Mictionem*
*ſanguinis.*
*Vrinæ incontinentia.* 102.118.292
*Vrinæ promotio.* 29.30.31.47.55.56.57.146.157.187.
189.197.201.202.214.244.260.277.286.301
*Vteri aſcenſus ſiue eleuatio.* 422.442
*Vteri fluxus albus & fœtens curandus.* 24.29.40.202
*Vteri intemperies, aberratio, & alij affectus.* 25.119.138.
164.405.406. *Vide Matricis ægræ remedia.*
*Vteri fluores abundantes ſiue hæmorrhagia.* 147.239.
369.376. *Conf. Menſtruorum profluuia.*
*Vteri obſtructiones aperientia.* 24.120.149.191
*Vteri procidentis remed.* 176.179.182
*Vterum à ſuffocatione & ſtrangulatu liberantia.* 32.40.
50.60.72.104.149.176.179.181.182.196 *Vide*
*& conf. Suffocat. & Strangulat. vteri ſiue Matricis.*
Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0610-1
DFG

Vterũm roborantia. 405.421.448
…ae, linguae, & amygdalarum vitia. 358.360
…ulnera & rupturas internas è caſu curantia. 114.303.445. Conf. Rupturarum & vuln. internor. Item vulneraria.
Vulneraria nobilia pro Chirurgis. 349.434.435.444.448.449
Vulnerum & vlcerum antiquorum praeſertim Aphrodiſiorum cura. 307.435.448.449.452.453. Conf. Luis Venereae. Item Vlcerum malign. & antiq.
Vulſorum & ruptorum. 286. Vide Conuulſionis & Rupturarum.
Vuluae ſtrangulatui & ſuffocationi remedentia. 32.40.49.55.60.104.179.260. Vide Suffocationem & ſtrangulationem vteri ſiue Matricis.
Vuluae caſui remedia. 360

FINIS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0612-2
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0613-8

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0614-4

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0615-0
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0616-6

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0617-2

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0618-8

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0619-6
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0620-6

DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0622-8



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-24909-p0623-4

DFG